Universidad de Deusto
Biblioteca

GRAÑA

Decretalium

II



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

D·D·ANTONII·

GRAÑANIETO

I·C·HISPANI

IN III·DECRETALIVM

LIBRVM·

TOMVS II:

BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATENA IVRIVM

VTRIVSQVE IVRIS PRVDENTIAE.

SIVE

IN LIBRVM III. DECRETALIVM GREG. IX.

INTEGRI, ET ABSOLVTI COMMENTARII PER. SINGVLA EIVSDEM CAPITA.

IN QVIBVS NON SOLVM VERA CVIVSQVE TEXTVS SENTENTIA, ET MENS APERITVR, SED ET PLVRIMIS ADDVCTIS, ET EXpositis iuribus vniuersa difficilia eius referantur, & resoluuntur, potioribus sententijs Doctorum, quæ ad rem magis pertinere videbantur in medium allatis, probatis breuiter, vel excusis.

TOMVS SECVNDVS.

OPVS SANE ARDVVM, IN HISPANIA ANTE HAC NVNQVAM TENTAtum cuilibet literario certamini subeundo aptissimum omnibus iuris vtrius que professoribus præsertim ijs, qui Academicas disputationes, & Collegiorum togas, vel Ecclesiasticas exercitationes circa rem beneficiariam tractare, autcertatim appetere consueuerunt, valde necessarium, & vtile.


AVCTORE D. ANTONIO GRAÑAETNIETO in Salmanticensi Academia Decretorum Doctore olim Maioris Decretalium postea pro Primario nunc vero Iuris Pontificij Vespertinæ proprietatis Cathedræ egregio Antecessore.

CVM TRIPLICI INDICE: PRIMO TITVLORVM, ET CAPITVM, QVAE releguntur. Secundo *textuã vtriusque iuris, qui obiter illustrantur.* Tertio *verborum, & rerum quæ in toto opere continentur.*

MO.

EXCELL. PRINCIPI COMITI MONTIS-REGII.

03926

Anno.  1648.

SALMANTICÆ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI PRÆCLARISSIMO HEROI, INTER PRIMATES OPTIMO, INTER HESPERIÆ PROCERES MAGNO D. D. EMANVELI DE FONSECA, ET ZVÑIGA COMITI DE Monte-Rey, & d: Fuentes Domino Domuũ Gentilitij de Viedzma, & Villoa, de Riuera, & Araujo, Iacobeæ militiæ equiti tredecemuiro, Castellæ munitionum Comendatario, Vniuersitatis Compostellanæ, & ibi collegij positi Patrono vnico olim in Regno Neapolitano Proregi rectissimo, & apud Vrbanum VIII. pro Potentissimo Rege Nostro Philipo IIII. diligentissimo Legato, ad versus Lusitanum perduellem Capitaneo Generali, nunc à Consilijs status & belli, Philipi IIII. Cubiculario, ac Yscaliæ Senatus Præsidi integerrimo perpetuâ fœlicitatem exoptans.

S. P. D.

PRODEVNT Ad gloriã (Excelẽtissimè Princeps) lucubrationes meæ, excelso patrocinio modeste tumidæ, oficiose superbę, & quasi de tua benevolentia, dum licet, ambitiosæ; tuo feribuntur clarissimo Nomini, imò inscribuntur Numini, vt ex tanto Nomine splendeant, & ex tanto Numine grandescant, obscurentur, siqui sunt Patroni, quos mentita est adulatio, habeo enim Mæcenatem, in quo magnitudinis veritas omnium cultu excepta radiat, despectis aliorũ alleatoriæ adulationis vmbris. Aduocare testes, ni res ipsa pateret. Nobilitas tua illustris deducta à lustris sine memoria numerosis, & fortũ sciat à Regibus Lusytaniæ, & Nauarræ, nescit Occasũ: nec sine prouidẽtia (reor) Cõmitatus tui antiquior institutio Mon-Regij fuit appellata, vt omnia tua & re, & nomine Regia fõrent, sed in quę prolabitur oratio mea materiæ hãucta, contineo iam calamum, multum nanque restat operis, præcipuè cum auitorum tuorum gesta (Excellentissime Princeps) licet ante Agamemnona occæpissent, non tamen caruerunt vate sacro. Tuorũ gloriæ, (si infinitum creseeret additionè) maximũ cumulares ornamentum prudentia solerti, indefesso studio, vigilantissima cura, immensis denique laboribus, quibus Regnum Neapolitanum gubernasti, eximiam in bello pariter, & in pace politiam haud satis cõmemorare iuuat, quã immortalis rerũ gestarum testis hystoria omni posteritati re colendã tradidit. Audi de te Sencã in octauia.

¶ Pul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pulchrum eminere est inter illustres viros
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare
Orbi quietem, sæculo pacem suo
Hæc summa virtus, petitur hac cœlum via
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est, colitur & templis Deus.

Omnia hæc expleuisti promptus subuenire, nescius decipi virtute tua heroyca, & clarissima Nominis tui fama; quæ mortalium aures penetrans vtrunque iam pollum vibrat. Vt non immerito, præferam Excellentiæ tuæ potentias Herculi illi Gallico, qui vere Alcides, solis catenis propriæ linguæ infixis aures populi sui attingentibus sine omni vi externa quoquo versus sua impulsile traduitur læua modo arcum, dextra clauum minitando. Adsciri bam tibi illud Elrodij Fœlicijs in panegyrico ad Theodoricũ, cum satius mihi sit tantis obruto, cedere tuæ dignitatis splendoribus silendo, quam excidere panegyri inglorium scribendo, excelentis & tui prærogatiua meriti silentij linguæ præconijs effertur.

Nulla te terris rapiet vetustas
Tu COMES Phœbo, comes ibis astris.

Reuocaui hæc in memoriã fortasis cũ otio, nã tua nec tepus edax nec vlla potest abolere vetustas. Vt nulli nõn innotesceret tot titulis sufulta, causa consecrandi excelentiæ tuæ hoc literariũ, quale quale munusculum; nec dedigneris id quià exiguum, cùm facile sit à te habere momẽtum, Principibus inscribi elucubrationes (antiquum est,) nec intererat quas, dummodo ex honestate cõmendaretur materia quando ea literarum dignitas semper fuit, vt lipteas Principes dicari glorioſum putarent, adeoque nullum genus sa tiditum est, vt Iulius Polux ad Comodum Cæsarem de Grammatica, Vitruuius ad Augustum de Architectura, Oppianus ad Antonium de piscibus, Diophanes ad Deiotarum Regem de Agricultura scripserint. Meas igitur solemnes recitaciones ad secundum & tertium Decretalium Gregorij libros Maiestati tuæ consecro, auidusque feror in tui almi tutaminis participium, quo si potiri non aciderit, papilionis instar amatis ignibus, amantis immolari, honorifica pyra solabitur, sed quis nesciret, quantum Mullis fauisses, & quãtũ ego tibi ab origine prima deberem; vtrumque profecto scio; nã quis Salmanticæ tam peregrinus vt ignoret illos Turisprudentiæ Proceres. D. D. Ildephonsum de la Carrera, D. Martinum Lopez de Hontiueros, D. D. Franciscum Ramos del Man-

Manzano, D. D. Ferdinãdũ Arias de Messa, & Ouetensis Collegij ingeniosam eruditamque prolẽ, D. Benedictum de Trelles, & Augustinianeæ familiæ doctissimum germen R. P. M. F. Bernardinum Rodriguez, quos vel Senatus Ytaliæ cui præes, vel ipse tu bono publico cõsulentes premiorũ dulcedine pellicientes literas ad Archiepiscopatus honores & Magistratus maiores euexistis, aut quis tã patriæ suæ despicator iniquus, vt gleuam illam, in qua natus, aut ex qua oriundus est, magni nõn faciat? Facio me hercle ego, & nihil antiquius, aut fortunatius duco, quam habuisse Parentes ex illa Galeciæ parte, quæ Comitatus tui im perio merito superuit. Igitur non me latet in omnes literarũ cultores benevolentia, nec quantum tibi debeã, quãtũ verò præstare conatus sim cui erã expõdere ergo *Mæcenas* Lusytanis, Nauarris *atauis edite Regibus*, accipe hãc obseruantiæ meæ arrhabonem, hoc meæ reuerentiæ obsequium, æquo animo susci pe, quod spero fidenter. Vale Excellentissime Domine & quod facis, pergefauere doctis, vigilãtibus, merentibus.

EXCELLENTIAE TVAE.

OBSEQVENTISSIMVS.

Doctor Don Antonius Graña Nieto.

CANDIDO LECTORI.

NIHIL Quicquam aliud gratius unquam scriptoribus cõtingere potest, nec gloriosius, quam vt sua ipsorum scripta legantur; omniumq; manibus terantur; quærantur vbique accurate; studiose tractentur. Tunc enim tantũ abest vt maleuolorum detractorum morticarionibus lædãtur, vt potius aut læti conculcent, paruique faciant, aut eas ipsas, nescio quo pacto, pene sibi ceu blanditias commendent. Incenditur animus alacer, erigitur, & ingenium ad maiora conatur. Abhinc annis num, commentaria in secundum Decretalium librum adhuc lucem certe renuentia è manibus in publicũ misi timidus, quo euẽtũ Verebar Catonũ censuram, & tamen en iam in tertium tomus alter. Quid ita? *Tu facis hoc lector amice mihi.* Prior enim ille breuissimo temporis intervallo desiderabatur, nec iam occurrebat quærentibus, nec modo vtriusque iuris, sed & sacræ Theologiæ professoribus omnigena literarum premia peteẽtibus: quo vno volumine fama est, perfacile in suis petitionibus optata consecutos. Quinimo vnus, & alter (spondeo sponsor adsum, nec vana fides) addisputationes omnimodas in Cathedrarum, Collegiorum, Præbendarum, Beneficiorum, & aliorum huiusmodi petitione proculdubio multum iuuabunt: præterea cum nostræ facultatis professores immenso codicum numero indigeant, ad quos parandos vix Cresi diuitia sufficiat, vel Midæ, tu in breuissimis tomis bibliotecas amplissimas reperies. Pergo igitur, vt facis, faue: quod si vt spero euenit, actutũ accingar (polliceor) ad reliquorũ quinq; librorum commentaria: hasq; suscipiam libentissime tua causa vigilias nec gloriæ nimis, nec precij cupidus: natum quippe me nõ mihi solum, sed & tibi, & bono publico cognosco, & fateor. Talis animus mihi imputetur, &.

Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis premia, si placui.

DEmandato Licenciati D. Gabrielis de Aldama officij supremæ Inquisitionis cõsultoris & Vicarij Generalis Madritensis vices gerentis vidi quæ potui diligentia Cathenam vtriusque iurisprudentiæ super aliquos Titulos libri tertij Decretaliũ auctore D. D. ANTONIO GRAÑA NIETO in Salmanticensi academia Decretorum Doctore Proprimario iuris Pontificij & nihil in illis titulis inueni fidei Catholicæ ac bonis moribus contrarium imo vti opus in scholis versantibus per necessarium typis mandari posse censeo Madriti hac die 2. Septembris 1644.

D. Augustinus Barbosa.

NOs el Licenciado Don Gabriel de Aldama consultor del sancto Officio de la Inquisicion y lugar de Vicario general desta Villa de Madrid, por los Señores Dean y Cauildo de la sãta Iglesia de Toledo Primada de las Españas sede bacante. Por la presente, y por lo que nos toca damos licencia y facultad para que se pueda imprimir e imprima el Libro intitulado Cathena Iurium sobre algunos Titulos del Libro tercero de las Decretales compuesto por el Doctor D. ANTONIO GRAÑA NIETO Cathedratico de substitucion de Prima de Canones de la Vniuersidad de Salamanca atento somos informados que en el no ai cosa contra N. S. Fè, y buenas costumbres. Dada en Madrid à dos dias del mes de Setiembre de mil y seiscientos y quarenta y quatro años.

Licenciado D. Gabriel de Aldama.

Por su mandado
Iuan Martinez Auila.

CAthenam auream auctore D. D. ANTONIO GRAÑA ET NIETO Decretorũ Doctore & in Salmanticensi academia Cathedrã Proprimariã iuris Pontificij Regente recolui & in illa auctoris lucubrationes ad aliquos Titulos tertij libri Decretalium perlegi, quæ satis demonstrant auctoris facundiam & magisterium vtiliter in discipulorum gratiam profecutum ab opere illo quod in prædicti Doctoris primo tomo in lucem edito continetur: quapropter & quia nihil à fide Catholica ac bonis moribus auersatur prelo mandari posse censeo. datum Mantuæ carpeatanorum postridie idus Septembris anno salutis de M. DC. XL. IV.

Licenciado D. Gabriel de Pareja & Quesada.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIene priuilegio de su Magestad el Doctor D. ANTONIO GRAÑA NIETO para poder imprimir vn Libro intitulado *Catena Iurium* que es segundo Tomo de sus obras sobre el tercero Libro de las Decretales, despachado en el oficio de Don Diego de Cañiçares Escribano de Camara su fecha en Zaragoza à primero de Otubre de seiscientos y quarenta y quatro.

TASA.

Yo D. Ioseph de Arteaga y Cañizares Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor de los que en su Consejo residen. Certifico que auiendose visto por los Señores del vn Libro intitulado segunda parte *Catena Iurium* compuesto por el Doctor Don ANTONIO GRAÑA NIETO Cathedratico de Visperas en la facultad de Canones de la Vniuersidad de Salamanca que por mandado de los dichos Señores fue impresso tassaron à quatro marauedis cada pliego de los del dicho Libro, el qual pareze tener dozientos y veinte y cinco pliegos y medio sin principios ni tablas, y al dicho respecto monta nouecientos y dos marauedis, y a este precio mandaron se venda y no mas y que esta tassa se ponga al principio de cada Libro de los que se imprimieren, y para que dello conste de pedimiento del dicho Doctor Don Antonio Graña Nieto. Doy la presente en Madrid à primero de Setiembre de seiscientos y quarenta y ocho años.

Don Ioseph de Arteaga y Cañizares.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATÆ.

PAgina 2. num. 1. l. 39 de iudicijs Pag. 4. num 6. l. 22. quolibet. Pag. 6. num. 10. l. 20. laicis. Pag. 9. num. 8. l. 30. interdum. Pag. 15. num. 6. l. 13. vnicuique. Pag. 16. num. 2. l. 9. licet, & l. 2. vt. Pag. 24. num. 11. l. 14. vt ei l. 15. gereret, & num. 11. l. 14. dele est. Pag. 33. num. 12. l. 5. ex actionibus. Pag. 35. num. 2. l. 30. prostibulum. Pag. 37. num. 4. l. 77. commiserint.

His demptis lituris reliqua huius libri Catena Iurium inscripti; opera; & studio Doctoris Graña Nieto; protocolo respõdent. D. Salmãticæ Postridie Idus Iun. anno M.DC.XL.VIII.

Bonarum artium professor primarius in Salmantina Schola; eius senatus iussu librorum, qui typis mandantur; Corrector dictus.

Magister Gonzalus de Villarroel.

Don Franciscus de Puga, & Feijoo argentata Diuæ Mariæ Angelorum clamyde insignitus Cæsarei iuris publicus Professor; Cathedrarumque Peticor in laudem colendissimi sui Magistri D. D. D. Antonij Graña & Nieto Vesperorum Pontificij iuris Cathedræ dignissimi Moderatoris. In principe Salmantina Academia, sic monebat iuris Studiosos.

ASTREAE Fidissimi cultores, quibus in literarum floridissimo Areopago sunt præcordia è meliori luto, vota è meliori luce; vos etiam illi, quibus censoria nota est literarij supplex; quorumque criticum salit supercilium, dum spes est aliquid addendi, siue audendi. Mercurius Eubodius (meus Doctor) adest, qui quasi in quadriuio peritiæ ciuilis, & canonicæ positus viam rectam hoc libro demonstrat vtriusq; sophiæ amatoribus, & velut altera Hegemenona Dea eos manu ducit; Astreæ, inquam, cultores, siue vos maturum ornet iudicium, siue vatria adauctum peruigili, librum Doctoris mei plaudite: non eblãdita prece, sed è causæ merito vestrum efflagito suffragia; abtrectatorum, si qui sunt, non stridean dentes liuidi; nec taceatis benevolentes odiosi, vt mordeatis humum, & reptetis caput, à quorum linguis (vt à fritillis solet) citius canis quam venus excidit, in quos amarulenter sthomatharer, nisi ipsi sibi centatriora flagella. Sapientium pro altero tam tomo in secundum Librum Decret. Gregorij tulit Auctor pũcta, & pro hoc laturum fortasis potiori iure (in dies namque se ipsum excedet) confido. In alijs solent ex animo pœna temperari, in libro non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur, legitur epist. fam. Cicer. lib. 6. epist. 22. omnes bono publico consulentes (ita credo) scribunt, sed non omnibus contingit scribere bono publico; hauriam Doctoris mei laudes è fonte illo, è quo non sit leuiter aspersus. Scripsit, & scribit denuò (vtinam non cesset cataeius animus) auetis scire, quo fato? voto respõdit exitus, ab omnibus fuit debita ut huc usque fuit literarium certamen in quo palestrita non subierit agonem veto tituta non euasit oratio, Benedixit. Desiderabat ius Pontificium interpretem elassicum non ænigmatistam, sed tersum, elegantem, habebat Abbates, Geminianos, Hostienses & id genus alios, sed vereor ne stylus minus gypsatus, scholas & familiaris, habet nunc elassicum interpretem accensendum ordini, & nollentem, cedãt, cedant iuris canonici tum proletarij, tum clasici Commentatores, triumphus enim omnis suus est; illis abundè satis, si armillis, aut hasta donatis e quantur candidæ Famæ suæ currum, ita vt non solum Hyspanorum primus, sed etiam

etiam exterorum merito gloriam interpretandi Pontificium decreta acute, & lãde, elassice nactus sit Lucanus 9. Pharsalia

Primus arenas.
Ingrediar, primusque gradus in puluere ponam.

Non inseruit aliorum placitis illiberaliter, ingenuè, & comiter consentit, & si aliquando vitra scobliastarum politiorum sententiam (via enim dicendi publica est, ideoque à nemine vsucapitur ex Seneca) aliquam iuris partem exponit, vt est cælesti scyntillatus genio acutissimam vibrat mentis aciem quassato omnium impugnationum ariete, & quod difficillimum est, contra Artifices loqui, & apud illos aliquid agere qui se putant omnia præuidere, vt est apud Cassiodorum, fœliciter exequitur, non ex alitis volatu, è cantu syniſtro oscinis (vt mos fert Nouatorum, imò Augurum nostri sæculi) nec è tripudijs solistimis, aut somnijs auguratur, certiora habet meus Doctor signa, principia iuris scilicet in concussa, Ecclesiasticorum rituum obseruantiã, quã minus habent, & obscuritatis, & erroris. Plautus sic de tanti interpretis sententijs, & delectu circa aliorum placita in Mercat. actu 4.

Quod illi displicet, facile excludunt cæteri
Quidquid placitum id sequontur, qui viuont omnia, atque sentiunt
Alios enicat, extinguit, alios solo lacte fouet atque erigit

Hnc vsque Comicus. O novandi cacoethes, quot præcipites egisti alias benè de iuris scientia meritos. Ridendi sunt prorsus illius farinæ homines, quorum ausus omnia sibi visus est callere, plerumque discere nesciunt, & docere satagunt, frigescit calamus, aiunt, & torpescit lingua si ex aliorum commentarijs sapiat, novas extollit audacia machinas, quas leuis aura haud difficulter diruit, omes artes ignorant prater somnispiciam, quos deportarent proculdubio Epicurus, Xenophanes Colophonius, Metrodorus Chius, & ex Romanis Tullius; dormiunt vltra Epimenidis somnium, vt est apud Lucianũ, & in somnia vertunt, dum scribunt, aut loquuntur; hæ pestis scholas inuasit, sed in amæniori viridario dolosè supponuntur floribus spinæ, Doctori meo, non omnibus, data est copia fandi iuridicè iuxta, ac nouè, semitam hanc ipse adinuenit, sine ipso viator cespitabit frequenter, & casutiet sæpe, quod profecto erit.

Qualc per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in siluis, vbi cælum condidit vmbra
Iupiter, & rebus nox abstulit atra colores.

Arcaniora iuris pandit, & expendit mysteria, facem Lychnuchus præfert in illis quæst. vbi.

Nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæque ereptant crepuscula noctis.

Cantate sic Poetarum Principe Palpitabit Nullus securus, quisque iam fugit pedem. Comeda testimus est etiam liber hic, quod Auctor in vno quoque textu, & summa tãgit fastigia rerũ, obscuriora nempe iuris loca, & tractationũ ima, rationem. è tandem firmat, textus glomerat, Auctorum loca signat, eruditi habent, quos excipiant, pedarij, quos discant: tandem est Magistris, & tyronibus scriptus. Solent, qui ingenio parum fidunt, scholasticis periculum effugere sic consulente Plinio lib. 8. epist. ad Arrianum; *sat habuntur omnes, nec faciet Auctor periculum, commentatur ita aride plures, vt præter vnius textus sententiam vix possimus decerpere ex eorum scriptis; fertilior est seges hæc, fructus fœcundiores. Amico dein le coniungunt ur fœdere & iura Pontificia, & ciuilia, nec dedignãtur Sacri Canones leges saltari, cultiori indutus habitu liber exit, & Pontificiũ & Imperatorũ, vtroq; Romano, sed quæ iuri canonico aptauit primus Doctor meus, inscribitur liber Iurium Catena, verè aurea; auro Ophirisio, siue obrizæ co contexta, & omnia ab obrusam inco sunt explicita, solebat catena miserum esse seruitutis symbolum, nunc est speciosius libertatis insigne, miro ordine hæ catena iura catenantur non opprimuntur, in ea tantummodo premitur stultitia. Salue Mater Academia Salmantica scientiarum emporium, virtutum gazophylazium, omnium Academiarum Magistra veneranda, quæ tantum fœtum Reipublicæ literariæ edidisti. Salue Galecia nostra, firmissimum fidei propugnaculum; qua ex nobilitudinis tuæ clarissimis gentilitijs tantum sæculo dedisti scriptorem. Salue excellentissime Mon-Regij Comes, qui benevolo tuorum syderum influxu protegis opus pœnè cœlicum, & tu mi Doctor Salue, vt scribens magis & Academiæ, & Patriæ, & Mœcœnati, & tibi respondeas, dum ego calamum cohibeo à tuis laudationibus, stylitenuis est seges hæc, sed dabit aliquando tempus oratoriæ falci manipulos lætiores.*

M.

Universidad de Deusto
Biblioteca

M. ANTONII ALVAREZ VALVER DE PONFERRATENSIS IN SECVNDAM CATENÆ PARTEM, EIVSQVE AVCTOREM ELOGIVM.

Hesperio cedant Ganges, Pactolus, & Hermus,
Aurea cui ferturplurima arena, Tago:
Cedat & Hispanis Doctoribus ipse Lycurgus,
Et, quos miratur Græcia docta, Sophi.
Quos inter doctrinâ Antoni Graña refulges,
Ceu stellas inter Cynthia sole micat.
Non satis è Cathedrâ diuinum fundere nectar?
Deditus at studijs illud vbique bibet?
Quot iuvenes fecit doctos pars prima Catenæ?
Quot study fructus ista catena dedit?
Nec factura magis, nec vincet Prima Secundam:
Si Primam demas, Prima Secuuda manet.
Corpora multa typis manda, quorum indiget orbis,
Vt sint: hos libros quisque tenere cupit.
Bellaribus, Scombris aliorum scripta ferendis,
Rumpimus; at manibus non tua scripta cadent.
Eia Catena veni; te expectant scire Volentes:
Atque tuas doctos carpere crede moras:
Prima viam fecit: placuit placitura per ævum:
Quid Tu, displiceas? digna vt emaris, eris.
Viue diu felix Antoni Graña, paterno,
Sanguine qui nostras, dulce decus patriæ.
Scribe, doce, fulge, supera, moderare, potire,
Accipe iam meritis præmia digna tuis.
Sed quia sunt homines armati dente Theonis,
Ista vel haud rodant, vel sua scripta ferant.

In

Index Titulorum & capitum quæ in hoc volumine exponuntur.

De vita & honestate Clericorum Tit. I.

Cap. vt laici, 1. fol. 1.
cap. clerici, 2. fol. 6.
cap. vt quisque, 3. fol. 12.
cap. si quis ex clericis, 4. fol. 15.
cap. clericus, 5. fol. 15.
cap. clerici, 7. fol. 15.
cap. quondam, 9. fol. 18.
cap. cum ab omni, 10. fol. 18.
cap. vt clericorum mores, 13 fol. 28.
cap. clerici 15. fol. 28.
cap. ex literis, final, fol. 28.

De Cohabitatione Clericorum & mulierũ Tit. II.

Cap. inhibendum, 1. fol. 34.
cap. si quisquam, 2. fol. 34. & 41.
cap. clericos, 3. fol. 41.
cap. sicut, 4. fol. 34. & 41.
cap. super eo, 5. fol. 34.
cap. si autem, 6. fol. 34. & fol. 41.
cap. pestrã, 7. fol. 52.
cap. tua nos, 8. fol. 41. & 52.
cap. à nobis, 9. fol. 34.
cap. quæsitum, final, fol. 52.

De Clericis coniugatis Tit III.

Cap. siqui, 1. fol. 54.
cap. sane, 2. fol. 54.
cap. quod à te, 3. fol. 54.
cap. sane, 4. fol. 54.
cap. clericis, 5. fol. 54.
cap. cum olim, 6. fol. 54.
cap. Ioannes, 7. fol. 54.
cap. cum decorem, 8. fol. 54.
cap. ex parte, 9. fol. 60.

De Clericis non residẽtibus Tit. IIII.

Cap. non licet, 1. *vbi fere integer Titulus de translatione Episcopi explicatur*, fol. 64.
Reliqua huius Tituli iuxta methodum exponuntur & in quatuor partes diuiduntur.
cap. primum quo iure residentia proueniat, fol. 70.
cap. secũdũ de personis ad beneficioru residentiam adstrictis, fol. 73.
cap. tertium de causis a residentia excusantibus, fol. 75.
cap. quatum de pœnis aduersus nõ residentes à iure statutis, fol. 78.

De Prebendis & Dignitatibus Tit. V.

Cap. vt nullus, 1. fol. 80.
cap. non licet, 2. fol. 88.
cap. ratio nulla, 3. fol. 92.
cap. Episcopus, 4. fol. 88. & 95.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. quia in tantũ,5. fol.95. & 110.
cap. cum teneamur,6. fol. 95.
cap. referente,7. fol. 99. & 110.
cap. maioribus,8. fol. 99.
cap. relatum,9. fol.99.
cap. auaritiæ,10. fol. 102.
cap. significatum,11. fol.102.
cap. de monachis,12. fol.104.
cap. ad hæc 13. fol. 104. & 110.
cap. præterea,14. fol. 104, & fol.110.
cap. cũ nõ ignores,15. f.104. & 110.
cap. cum secundum Apostolum,16. fol, 104.
cap. cum iam dudum,18. fol. 104. & 110.
cap. dilectus,19. fol. 104. & 99.
cap. nisi essent,21. fol.104.
cap. de multa,28. fol. 110.

De Clerico ægrotante veldebilitato. Tit. VI.

Cap. cum percusio,1. fol.118.
cap. de rectoribus,3. fol. 122.
cap. tua nos 4. fol. 118. & fol.122.
cap. ex parte,5. fol.122.
cap. consultationibus,6. fol.122.

De Institutionibus Tit. VII.

Cap. non ampluis,1. fol. 126.
cap. in Ecclesia,2. fol.128.
cap. de rectoribus,3. fol. 128.
cap. auctoritate,4. fol.126.
cap. ad decorem,5. fol.133.
cap. cũ veniss ẽt,6. fol. 128. & 133.
cap. cum ad nostram final fol.133.

De Concesione præbendæ Tit. VIII.

Cap. qui in viuorum,1 fol.133.
cap. nulla,2. fol. 137.
§. cũ vero eiusdem capitis, fol.143.
cap. relatum,3. fol. 137.
cap. proposuit,4. fol. 143.
cap. quia diuersitatem,5. fol.146.
cap cum nostris,6, fol. 143. & 137.
cap. post electionem,7. fol. 146.
cap. litteras,9. fol.143.
cap. ex parte,10. fol.146.
cap. dilectus,11. fol.146.
cap. postulastis,15. fol.146.

Ne Sede vacante aliquid innouetur Tit. IX.

Cap. nouit,1. fol.153.
cap. illa deuotionis,2, fol.157.
cap. constitutis,3. fol. 153.

De his quæ fiunt a Prælato sine consensu Capituli Tit. X.

Cap. irrita,1. fol.161.
cap. continebatur,2. fol. 161.
cap. cum nos,3 fol. 161.
cap. nouit,4. fol.161.
cap. quanto,5. fol.161.

cap.

cap. cum Apostolica,7. fol.161.
cap. tua nuper,8. fol.161.
cap. pastoralis,9. fol.161.

De his quæ fiunt à maiori parte Capituli Tit. XI.

Cap. cum in cunctis,1. fol.167.
cap. quæsiuit,2. fol.167.
cap. ex literis,3. fol.167.
cap. ex parte final. fol.167.

Vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione cõferantur Tit XII.

Cap. vt nostrum vnico, fol.172.

De Rebus Ecclesiæ alienandis vel non Tit. XIII.

Cap. non licet,1. fol.180.
cap. qui res,2. fol.187.
cap. consensus,3. fol.191.
cap. Episcopi,4, fol.191.
cap. nulli,5. fol.196,
cap. si quis Presbyterorũ,6, fol.205.
cap. ad aures,7, fol.210,
cap. vt super, 8. §, possessiones. fol. 210. & 214,
cap. ad audientiam, 9. fol. 216,
cap. possessiones, 10. fol. 218.
cap. ad nostram,11. fol. 218.
cap. cũ laicis final, fol.220. & 187.

De Precarijs Tit. XIIII.

Cap. precariæ,1, fol 224.
cap. de precarijs,2. fol.224.
cap. precarium,3. & final. fol.231.

De Commodato Tit. XV.

Cap. cum gratia vnico, fol.238.

De Depositо Tit. XVI.

Cap. grauis illa,1. fol.243.
cap. bona fides, fin. fol.250.

De Emptione & venditione. Tit. XVII.

Cap. placuit,1. fol. 255.
cap. vt mensuræ, 2. fol. 261.
cap. cum dilecti, 3. fol. 265.
cap. peruenit,4. fol. 277.
cap. ad nostram,5. fol. 280.
cap. cũ causa,6. fol.264, & 280.
cap, si venditori final fol.280.

De Locato & Conducto Tit. XVIII.

Cap. ex rescripto,1. fol. 286.
cap. vestra 2. fol. 288.
cap. propter sterilitatem, 3 fol.288.
§. verum, fol. 297.
cap. potuit, 4. fol.302.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Rerum permutatione Tit. XIX.

Cap. si princeps, 1. fol. 312.
cap. ut cõmutationes, 2. fol. 312.
cap. Mancipia, 3. fol. 312.
cap. iniustum, 4. fol. 312.
cap. quæsitum, 5. fol. 312.
cap. ad quæstiones, 6. fol. 312.
cap. cum olim, 7. fol. 312.
cap. cum vniuersorum, 8 fol. 312.
cap. exhibita, 9. & final, fol. 312.

De feudis Tit. XX.

Cap. insinuatione, 1. fol. 323.
cap. ex parte, 2. & final, fol. 329.

De Pignoribus & alijs cautionibus Tit. XXI.

Cap. nullus, 1. fol. 329.
cap. lator, 2. fol. 334.
cap. presentium, 3. fol. 329.
cap. illo vos, 4. fol. 340.
cap. ex litteris, 5. fol. 348.
cap. cũ contra 6. fol. 340. & 353.
cap. significante, 7. fol. 340. & 353.
cap. cum constet, final, fol. 357.

De Fideiussoribus Tit. XXII.

Cap. clericos, 1. fol. 363.
cap. peruenit, 2. fol. 365.
cap. constitutus, 3. fol. 373.
cap. quod quibusdam, 4. fol 375.
cap. eum prequo final, fol. 375.

De Solutionibus Tit. XXIII.

Cap. ad hoc, 1. fol. 375.
cap. siquorundam, 2. fol. 375.
cap. Oduardus, 3. fol. 383.
cap. isqui, final, fol. 393.

De Donationibus Tit. XXIIII.

Cap. prudente, 1. fol. 408
cap. fraternitatem. 2. fol. 414.
cap. cæterum, 3. fol. 414.
cap. consultationibus, 4. fol. 419.
cap. pertuas, 5. fol. 424.
cap. cum dilectus, 6 fol. 424.
cap. pastoralis, 7. fol. 433.
cap. inter dilectos, 8. fol. 439.
cap. apostolicæ, 9. fol. 444.
cap. propter, final, fol. 444.

De Peculio Clericorũ Tit. XXV.

Huius Tituli iura sumarie inscribuntur, fol. 492.

D.D.

D. D. ANTONII GRAÑA NIETO

I. C. HISPANI IN. III. DECRETALIVM LIBRVM.

TOMVS. II.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

TITVLVS. I.

AD TEXTVM IN CAP. VT LAICI. I. HOC TITVLO.

SVMMARIVM,

1 Celebrationis tempore diuissus esse debet clerus a populo.
2 Ius publicum in sacris, & sacerdotibus consistit.
Officium sacerdotis extat in frequenti oratione.
Clericus latine sors appellatur, quia sorte electus est a Domino.
Sacerdotibus apud omnes gentes magna fuit adhibita reuerentia.
Sacerdotes in loco, & sedibus præcipue in basilica laicis præferri debent.
Fœminæ nec laici secus altare intra cancellos sedere debent.
3 Integra textus in cap. 1. de vita, & honestate clericorum impugnatur.
4 Interpretatur Cõcilium Calcedonense cap. 16. relatum in cap. diaconisam 23. 17. quæst. 1. Laudacense cap. 11. relatum in cap. mulieres 32. dist.
Fœminæ etiam moniales vasa sacra, nec vestimenta altaris tangere possunt.
Fœminæ, nec ad sacerdotium, nec ad diaconatum promoueri possunt.
5 Illucidatur illud ad Galathas cap. 3.
Feminæ in multis deterioris conditionis sunt quam viri.
6 Explicatur text⁹ in c. diacon⁹ 63. dist.
Sejunctis pribilegium publicum est, & renunciari non potest.
7 Exponitur textus in cap. subdiacono 93. dist.
8 Intelligitur textus in cap. cõtinua 5. 11. quæst. 1.
Laici hodie, qui titulo sunt illustres intra cancellos ecclesiæ sedere poterunt.
9 Expenditur textus in cap. contumaces 21. 50. dist.
Laicalis, seu peregrina communio differt a clericali, & quæ proprie peregrina communio dicatur.
10 Dini Hieronymi auctoritas Ecechielis cap. 42. exponitur.
Interpretatur textus in l. 2. C. de sacrosanctis Ecclesijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca



1 ONCLVSIO. Cũ celebratur diuiſus eſſe debet clerus à populo, conſonat, *textus in cap.* 1. apud finem, *de cohabitatione clericorum, & mulierum cap. dolentes* 9. *de celebratione Miſſarũ, cap. perniciosam* 18. *quæſt.* 2. *verſiculo ſimili modo prohibemus ne ſanctimoniales ſimul cum Canonicis, vel Monachis in Eccleſia, in vno choro conueniant ad pſalendum, cap. legimus* 93. *diſt. cap. in ſancta de conſecratione diſt.* 1. *cap. Sacerdotum* 30. *de conſecratione diſt.* 2. *cap.* 6. 95. *diſt. cap. Diaconos cap. nonnulli* 93. *diſt. cap. mulier. cap. non oportet cap. miniſtrum, cap. ſacratas* 25. *&* 26. 23. *diſt. cap. diſſimimus* 27. cum ſequentibus 18. *quæſt.* 2. *cap. final.* 93. *diſt. gloſſa in cap. mulier verbo propter reuerẽtiam* 33. *quæſt.* 5. *gloſſa verbo conceſſam in l. nemo* 2. *C. de ſacroſanctis Eccleſijs, cap. mulieres de iudicijs lib.* 6. *cap. pernitioſa* 16. 18. *quæſt.* 2. *cap. admonere* 8. 33. *quæſt.* 2. *Concilium Toletanum* 4. *cap.* 18. *Bracarenſe* 1. *cap.* 12. *Bracarenſe* 4. *actione* 3. *cap.* 13. 25. *&* 31. *Bracarenſe* 2. *cap.* 42. *Turonenſe* 2. *cap.* 4. *Conſtantienſe canone* 6. *&* 69. *Valentina Synodus actione* 1. *cap.* 16. *Maguntinum cap.* 13. *Laudacenſe* 2. *cap.* 44. *Arelatẽſe* 2. *cap.* 15. *l.* 3. *C. de cuſtodia reorum, authent. vt nulli iudicum §. neceſſarium in fine l.* 4. 5. 6. *&* 7. *titulo* 9. *lib.* 6. *recopillationis*. Exornant vltra ordinarios in præſenti, quos omnes *in* 1. *tomo* retuli *in cap.* 1. *diuidijs num.* 1. (& tamquam communiter ſcribentes omittere operepretium duxi, cum in ijs commentarijs omne ſuperfluum vitare inſtitui) præcipue *Antonius Auguſt. collect.* 1. *decretal. lib.* 3. *titulo* 1. *Cenedus in collect. ad decretales collect.* 47. *Ferdinandus Paez in repetitione ad textum in cap. miſſas de cõſecratione diſt.* 1. *num.* 49. *Henriquez in ſumma lib.* 3. *cap.* 25. §. 9. *litera I. Cerola in praxi Epiſcopali parte* 1. *verbo chorus Cuiacius in poſthumis ad hunc textum Petrus Gregor. lib.* 1. *parti. iuris Canonici cap.* 4. *Duarenus de ritibus Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 7. *&* 26. *Albertus Trotius in floſculo clericorum parte* 2. *n.* 126. *&* 157. *Baronius anno Chriſti* 57. *cap.* 127. *& anno* 12. *cap.* 2. *&* 3. *Bulenge. diatre.* 3. *folio* 212. *&* 147. *Spondanus in epitome Baronij anno* 34. *num.* 71. *& Anno* 57. *num.* 37. *Paz in praxi* 5. *parte cap.* 3. §. 2. *num.* 12. *&* 13. *Tiraquellus de nobilitate cap.* 2. *num.* 66. *Caſaneus in catalogo gloriæ mundi* 1. *parte conſideratione* 12. 14. *&* 31 *cum traditis à Barboſa in collect. ad hunc textum nu.* 1. *&* 2.

2 Ratio eſt, quia cum ius publicum in ſacris, & Sacerdotibus conſiſtat *cap. ius publicum* 1. *diſt. l.* 1. §. *huius ſtudij ff. de iuſtitia, & iure*, & proprium Sacerdotis officium conſiſtat in frequẽti oratione in canẽdis diurnis, ac nocturnis horis, quare clericus Latine *ſors* appellatur, quia forte electus eſt à Domino *cap. duo ſunt* 12. *quæſt.* 1. *Colonienſe Concilium* 2. *par. cap.* 2. *Duarenus lib.* 2. *de ſacris Eccleſiæ miniſterijs cap.* 10. *&* 11. & apud omnes gentes tanta reuerentia, tantuſque honor eis fuiſſet adhibitus, vt difficile eſſet omnia exemplo demonſtrare, præcipue Romani nulla poſtſacerdotum religionem ponenda eſſe exiſtimarunt, non dubitantes ſupræmi imperij culmen ſacris, & Sacerdotibus ſubijci debere, Notat. *Arnobius lib.* 4. *aduerſus gentes. Anaſtaſius Germonius lib.* 1. *de ſacris Eccleſiæ miniſterijs cap.* 3. *num.* 7. merito ſi barbaræ ille gentes, quibus nulla Dei cognitio erat, tantam reuerẽtiam ſacerdotibus præſtaſſent, mirum non eſt qnod fideles, qui veri omnipotentis Dei cognitionem retinent, maiorem veris ſacerdotibus reuerentiam præſtent, ita vt in loco, & ſedibus ſacerdotes laicis prę ferri debeant, præcipue in Baſilica ſeu loco ſacro dum diuina officia celebrantur, nec permittere debeut laicos, ſeu populum intra cancellos

cellos ſecus altare ſtare, ſeu ſedere, vt ſic liberius ſacra officia exercerí valeant, iuxta *textum in cap. ſacerdotum* 3. *de conſecratione, diſt.* 2. Et præcipue fœminas, quæ in Eccleſia extra cancellos ſtare, vel ſedere debent etiam velato capite, propter reuerentiam ſacerdotum, & ne ſacerdotes earum facies intuentes ad libidinem inuitentur, & à ſacris officijs diuertantur, iuxta *textum in capit. mulier* 33. *quæſt.* 5. *iuncta eius gloſſa verbo propter reuerentiam*, notat *Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *cap.* 3. *Auguſtinus Barboſ. in collect. ad hunc textum, num.* 3. *Cenedus dicta collect.* 47.

3 Primo, impugnatur noſtri *textus integri*, dum in ea refertur eius deciſionem deſumptam fuiſſe, *ex Concilio Maguntino* 2. *capit.* 13. vt refert, *Burcardus, lib.* 3. *Decretal. capit.* 102. cum tamen appareat deductam fuiſſe, ex *Concilio Turonenſi* 2. *cap.* 4. *volumine* 2. *Conciliorum*. Qua in difficultate veriſsime eſt dicendum, *textum noſtrum*, fuiſſe deſumptum, ex *dicto Concilio Turonenſi*; atque ideo *noſtri textus verba*, male conſcripta fuiſſe, & peius attributa, *dicto Concilio Maguntino*, vt recte animaduertit, *Antonius Auguſtinus, in collect. ad Decretales, lib.* 3. *titulo* 1. *cap.* 1. & *originalia noſtri textus* referuntur à *Cenedo in collect. ad Decretales collect.* 45. *num.* 1. notat *Ferdinandus Paez in repetitione ad textum in dicto capit. Miſſas de conſecratione, diſt.* 1. *num.* 49. *Cuiatius in notis, ad noſtrum textum Barboſ. in collect. ad eundem textum, num.* 1.

4 Secũdo obſtat, *Concil. Calcedonẽſe, capit.* 16. relatum in *cap. diaconiſſam* 23. 27. *quæſt.* 1. *Laudacenſe Concilium, cap.* 11. relatum in *capit. mulieres* 32. *diſtinct.* quibus in iuribus cauetur fœminas poſſe ordinem diaconatus, & presbyteratus ſuſcipere, vnde infertur fœminas diaconiſas, vel presbyteras ſemel factas ſimul cum clericis intra cancellos Eccleſiæ, vt presbyteras admitti poſſe. Augetur difficultas, ex *textu in capit. Sacratas* 29. 23. *diſtinct.* ex quo conſtat mulieres etiam moniales veſtimentà altaris, & vaſa ſacra non poſſe tangere, nec incenſum circa altaria deferre, vt refert. *Acuña ad primam decreti partem in dicto cap. ſacratas, num.* 2. nam mulier quauis docta, & ſancta viros in cõuentu docere, vel aliquos baptizare non poteſt, *cap. mulier* 20. *de conſecratione, diſt.* 4. *cap. mulier* 23. *diſt.* ex ratione tradita, *in cap. noua* 10. *de pœnitentijs, & remiſſionibus*, iuncta eius *gloſſa Verbo prædicare*; Siquidem mulieres, nec ad ſacerdotium, nec ad diaconatum promoueri poſſunt 15. *quæſt.* 3. *in principio §. mulieres*. Cui dubio reſpõdendum eſt, fœminis officia ſacra, & ſimilia prohibita eſſe ex rationibus, & iuribus ſupra adductis, nec obſtat, *textus in dicto cap. diaconiſſam* 23. *quæſt.* 1. quia *textus*, ille pro illo verbo *diaconiſſa*, debet intelligi, *Abbatiſa*, nõ ex eo, quod habeat officiũ diaconi, nec vllum ordinem ſuſcipere videatur, ſed impropriè *diaconiſſæ* appellantur: quia olim forte fuit debatur ſuper eas aliqua benedictio, ex qua conſequebantur aliquod officium ſpirituale inter moniales ipſas, non inter ſacerdotes exercendũ: forte legendi homiliam, vel Euãgelium in matutinis, notat, *gloſſa verbo ordinari in dict. cap. diaconiſſam verbo Euangeliũ in dicto cap* 9. *Turrecremata in dict. cap. diaconis. Acuña ad primã decreti partem in dicto cap. presbyter* 18. 23. *diſt. num.* 2. *Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico, lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 7. *Auguſtinus Barbol.* omnino videndus, *in collect. ad decretum in dict. cap. diaconis* 23. 27. *quæſt.* 1. vbi plura, & plures refert. Nec ſimiliter obſtat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

texsus in dicto cap. mulieres 32. distinct. vbi mulieres presbyteræ appellantur, quia respondendum est, ibi impropie mulieres illæ presbyteræ dicebantur, quæ magis proprie viduæ seniores, non ordinatæ appellari debent: si quidem nulla benedictione ad ministerium aliquod consecrabãtur, sed relictis viris presbyteris electis in cõgregatione viduarum vitã celibem ducebant. Notat *Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico in dicto lib. 2. cap. 3. num. 7. Baronius tomo 1. Annalium, Anno Christi 34. num. 289.* Sic inuenimus in latina Ecclesia mulieres vocatas Episcopas, diaconissas, & subdiaconissas, constat ex *synodo 2. Turonensi* sub *Pelagio 1. cap. 14. canone 20.* & *in Concilio Antisidorensi Canone 22.* vt refert, *Acuña in 1. Decreti parte in dicto c. presbyter 32. dist.* & *in cap. mulieres eadem 32. dict.*

5 Tertio, prædictis obstabit illud ad *Galathas, cap. 3.* ibi, *quia Christo Iesu, nec masculus, nec fœmina omnes enim vos estis in Christo Iesu*, ex quibus cõstat nullã esse differẽtiã inter masculũ, & fœminam, quo ad Basilicã in Christo Iesu, quia respõdẽdũ est id verũ esse, quantum ad meritum per comparationem ad Christum, nam tunc nulla est differentia inter masculum, & fœminam: est tamen plurima quo ad officium, & dignitatem, quæ in multis deterioris conditionis sunt, quam viri, *l. in multis, ff. de statu hominum; l. fœminæ, ff. de regul. iuris*, & ita respondet. *Riealdus in 4. distinct. 25. quæst. 3. Trotius vbi supra, numero 6.* Nec turbat illa *Platonis lex lib. 6. de legibus*, ibi, *Sacerdotes tam viri, quam mulieres æditui constituendi sunt.* Nec illa, *Dionis. Alicarnas. lib. 2. antiquita. Roma.* ibi, *quoniam autem quædam sacra fieri per mulieres oportet*, quia prædictæ authoritates ptocedunt ethnicorum, & Paganorum tempore, in quo mulieres ad altaria vti sacerdotes accedebãt, notat, *Petrus Gregorius, lib. 16. sintag. iuris, capit. 1. numero 24. Baro. tomo 2. Annal. Ann. Christi 179. numero 51. Barbos. in collect. ad decretum in dicto cap. sacratas, num. 51 P. F. Mnuel Rodriguez tomo 1. Regular. quæst. artic. 2.*

6 Quarto, obstat *textus in capit. diaconus 93. dist.* vbi constat diaconum iubente presbytero debere sedere in quolibet loco, ergo & extra cancellos inter laicos, augetur difficultas ex eo quod priuilegiũ sessionis publicũ est ex iuribus supra adductis, & indultũ in fauorẽ totius habitus clericalis, quod renũtiari non potest, argumento *textus in capit. si diligenti, de foro competenti.* Cui dubio respondendum est diaconum coram presbytero sedere non oportere sine eius iussu propter honorem, & reuerentiam presbyteris debitam, *cap. Episcoporum 74. distin.* argum. textus *in l. 1. C. de consulibus, lib. 10. l. 1. C. de præpositis sacrorum, l. 1. C. vt dignitatum ordo seruetur, cap. Episcoporum 5. & final. 74. dist. capit. Episcopus 17. dist.* Nec obstat verbum illud *quodlibet loco in dicto cap. diaconus*, quia non debet intelligi de quolibet laicorum loco extra cancellos, sed clericorum honesto, & decenti intra cancellos, argumento *textus in l. si cum dies §. si arbiter in fine, ff. de arbitris, l. vt gradatim §. 1. ff. de mun. & honor.* cum traditis ab *Acuña in dicto capit. diaconus 93. dist. num. 2.* & *in dicto cap. Episcoporum 74. dist. nu. 1.* Vnde apparet ius publicũ nõ ledi, cũ inter Ecclesiasticas personas, non inter laicos diaconus sedeatur, etsi in minori, seu nõ tã honorifico loco, iuxta *textũ in cap. nõ oportet 26. 23. dist. Concil. Arelatens. 2. cap. 15.*

7 Quinto, solutioni obstat *textus in cap. nonnulli 20. 93. dist.* ibi, *tam ij quã illi in vtroq; cõsistant*, ex quibus verbis

verbis cõstat tã diaconos, quã presbyteros in vtroq; choro æqualiter sedere posse, quia sensus illorũ verborũ est, quod separatim sedeãt in vtroque choro, hoc est, presbyteri in primo, diaconi in secũdo, pro vt dignitatis ordo postulauerit. *Cap. Episcopo 47 distinct. glos.* ibi, *verbo sublimiores in marginali.*

8 Secũdo, solutioni, *obstat tex. in c. subdiacono 5. 93. dist. versic. hostiario Abbas*, iũcto *versiculo in loco repræsenter obsequiũ*, ex quo deducitur Abbatẽ inferiorẽ esse omnibus Ecclesiæ ministris, & honorẽ in sessione, & in omni loco obsequiũ hostiario præstare debere, augetur difficultas ex *textu in c. 1. de ætate, & qualitate, c. 1. 96. dist.* Ex quibus deducitur, Abbatibus maiorẽ honorẽ, & reuerentiã, quã cæteris clericis deberi. Cui dubio respõdẽdũ est, *textũ in dicto cap. à subdiacono* loqui de illis Abbatibus, qui nõ erant constituti indignitate clericali: sed tantũ laici, vt olim esse solebant, notat *Nauar. consil. 1. de statu monachorũ, glos. verbo Abbas in dicto cap. subdiacono*: vnde cũ olim monachi, & etiã corũ Abbates essent laici, iusta de causa præstabant obediẽtiã in sessione hostiario, notat. *Barb. in collect. ad decretũ in dicto cap. à subdiacono, nu. 5.* Et pro interpretatione ad *textũ in c. 1. de officio Archipresbyt.* cum *cap. statutũ 15. de maioritate, & obedientia*, videndus est, *Pazius centuria 10. quæst. 97.*

9 Septimo, obstat *textus in cap. cõtinua 5. 11. quæst. 1.* vbi constat Imperatorẽ Constantinũ in Nicænã synodo primũ locũ inter Episcopos obtinuisse, & Concilio illud congregasse. Cui dubio respondendũ est, Constantinũ non propria, sed Pontificia auctoritate Concilium congregasse, vt colligitur *ex 6. synodo cap. 18.* nec in eo tãquam caput præfuit, sed tamquam inferior tantũ ad sedandas seditiones, & ab eis petit, vt sibi liceret in parua sella in medio Cõcilij sede re, nec prius fecit quã ipsi Episcopi sederent, vt testatur *Eusebius de vita Constantini cap. 10.* & adeo intra cancellos laicis dũ officia celebrãtur inter clericos sedere erat prohibitũ, vt nec Theodosio Imperatori Ambrosius voluit permittere ingredi, nec sedere intra cancellos, vt refert *Historia tripartita, c. 30. Cerola in praxi Episcopali 1. parte*, verbo *chorus*; hodie vero laici, qui titulo sunt illustres admittuntur intra cancellos ex *cõcilio prouinciali Toletano Anno 1586. actione 3.* notat *Cenedus in collect. ad decretal. collect. 35. num. 4.*

10 Octauo, his omnibus obstat *textus in cap. cõtumaces 21. 50. dist. versiculo peregrina eis communio tribuatur*, vbi constat, clericis laicalẽ seu peregrinã cõmunionem inter laicos esse tribuendã, quæ quidẽ laicalis, seu peregrina cõmunio differt à clericali, non tantũ in loco, sed etiã in forma susceptionis in loco: quia extra chorum, & cancellos altaris simul cum laicis susciebatur: in forma quia depositis clericalibus insignijs, & vestimentis, laicalis tantum communio illis concedebatur, iuxta *textũ in cap. quisquis 84. dist.* constat etiam ex *concilio Illeberitano, cap. 76.* & quod laicalis, & peregrina communio idẽ sit, docet *glossa in d. cap. contumaces verbo peregrina cõmunio*: verũ huic difficultati communiter dici solet *textũ illiũ* procedere in clerico contumace delinquente, qui si officium suũ implere neglexerit, à cæterorum communione prout eius dignitas fuerit, separatur à clericis, & inter laicos, extra cancellos Ecclesiæ ei laicalis cõmunio tribuitur, & ab officio, & beneficio suspenditur, Notat *Præpositus in dicto cap. contumaces, num. 1. Turrecremata, nu. 3. Acuña in 1. decreti parte, in dicto cap. contumaces, num. 1.* Sed hæc interpretatio aperte conuincitur ex eo quod neutra communio intelligi potest de Eucharistiæ communione, cum illa primis Ecclesiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporibus, nec clericis, neque laicis pœnitentibus concedebatur, iuxta illud *Nicænum, cap.* 11. 12. & 13. Quare ijs, & alijs omissis verissime est dicendum, quod quamuis clerici illi ad communionem illam non admitterentur, non tamen omnino ejiciebantur à communione clericorum, sed seorsum in loco secreto orabant, & in eo statu tanquam laici erant, qua pœna peregrinæ communionis puniti, clericorum cõmunionem amittebant, & sic communio illa peregrina erat medium quodam inter laicalem, & Ecclesiasticam communionem, vt constat ex *Canone Apostolorum* 432. relato *in* 1. *tomo Conciliorum.*

10 Octauo, solutioni obstat illa *Diui Hieronymi auctoritas, cap.* 43. *Ezequielis*, ibi, *fabricati sunt limẽ suum iuxta limen meum, iuncto versiculo nihil inter esse inter sacrum, & profanum postes suos iuxta postes meos, vt laicorum, & clericorum esset interitus.* Ex quibus verbis constat, nullam esse differentiam in sacra domo inter clericos, & laicos. Verum huic dubio dicendum est, diuinam illam authoritatem non æquiparasse sessionem laicorum, & clericorum in sacra domo: sed tantum in eo, vt omnes æqualiter accedant ad corpus, & sanguinem Domini absque labe peccati, vt indicant illa Apostoli verba ibi: *probet autem homo seipsum*, vti refert, *Germonius in paratitlis ad nostrum textum*: nam licet laici secus altare, quando sacra ministeria celebrantur, stare, vel sedere inter clericos non debeant, cum pars illa, qua cancellus ab altari diuiditur tantum psalentibus pateat clericis; tamen ad orandum, & communicandum laicis, & fœminis Sancta Sanctorum patere debent, *cap. peruenit de consecratione distinct.* 2.

11 Nono, obstat textus *in l.* 2. *C. de Sacrosanctis Ecclesijs*, cuius hæc sunt verba: *neque Apostolorum, vel martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessum*: ponderando verbum illud *sedem* iuncto *versiculo, nemo*, ex quibus constat, neque clericis permissum esse in Ecclesia vbi corpora sanctorum sepulta sunt, sedere, in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *glossa verbo concessum in dicta l.* 2. dum asserit, verba illa esse intelligenda ex sententia nostri textus iuxta diuisionem sessionis clericorum, & laicorum. Verius tamen dicendum est, ibi non tractari de gradu, vel ordine clericorum, seu laicorum quo ad sessionem, sed tantum agitur de sepulchris Apostolorum, & Martyrum, quæ sunt in vrbe ita, vt sensus sit quod in ea sepulchra mortui simul cum Apostolis non inferantur: neque sedem habeant sed extra vrbem: nam ibi sedes pro sepulchro accipitur, iuxta *concilium Triburiense, cap.* 17. Notat *Cuiacius in recitationibus ad nostrum textum*. Similiter quoad nostrũ *textũ* interpretari poterit *textus in c. peruenit* 20. *c. diffinimus* 18. *quæst.* 2. *l. sanctissimarũ C. de Episcopis, & clericis nouela* 12. *de sanctissimis Episcopis, cap.* 36. *§. in omnibus.*

Ad textum in cap. clerici 2. hoc titulo

SVMMARIVM.

1 *Clerici arma portantes, & vsurarij excommunicari debent.*

2 *Arma Clericorum tantum sunt orationes, & lacrimæ.*

Clerici temporalia arma deferre prohibentur.

3 *Exponitur textus in cap. Olim* 12. *de restitutione spoliatorum.*

Arma suscipere clericis pro rerum suarum defensione permissum est.

4 *Declaratur textus in cap.* 2. *verse.* te, tuaque liberando *de homicidio Clericus pro defensione maximi patrimonij poterit absque irregularitatis pœna aggredi & occidere: dum tamen spes sit, aliter bona recuperare non posse.*

5 *Explicatur textus in c. suscepimus* 10. *de homicidio versic.* expediebat potius post tunicam.

6 *Expenditur textus in cap. dilecto* 6. *de sententia excommunicatio. lib.* 6.

Vicio cuilibet permissum est iniuriam proximi sui defendere.

Illustratur textus in cap. & multa §. finali de voto.

7 *Expenditur textus in cap. præsentium* 3. *de clerico percussore.*

Arma clericis permissum est suscipere in bello iusto aggressiuo, qui si non deformandi animo susceperint, etiam si mors fuerit secuta irregulares nõ fiunt.

8 *Clerici qui iudici in sententia sanguinis assistunt irregulares fiunt.*

Declaratur difficile Toletani concilij decretum cap. 7.

Deportatio mors ciuilis dicitur.

9 *Illustratur textus in cap. qui in dubijs* 5. *de pœnis.*

10 *Clerici qui in bello in iusto incitant irregulares fiunt, etiam si proprijs manibus homicidium non commiserint.*

11 *Declaratur concilium Toletanum* 1. *capit.* 8. *relatum in capit. siquis* 4. 51. *dist. iuncto versiculo* si ad clerũ admissus fuerit.

12 *Examinatur textus in cap. clerici* 5. 23. *quæst.* 8. *versiculo* in quacunque seditione.

13 *Armorum delatio non tantum clericis in sacris, verum etiã in minoribus ordinibus constitutis prohibita est.*

Exponitur textus in cap. ex multa 9. §. *de clericis de. voto, & voti redemptione, cap. sacerdotibus* 2. *cap. clericis* 5. *ne clerici, vel monachi.*

14 *Sufficit quod clericus sit vsurarius, vel arma porter, vt excõmunicari possit.*

15 *Declaratur textus in cap. clerici* 5. 3. *quæst.* 8. *c.* 1. 47. *dist. c. si quis.* 10. 14. *quæst.* 4.

1 VERBA nostri textus sic se habent, clerici arma portantes, & vsurarij excommunicentur. De prima nostri textus parte nunc agendum est, de secunda vero hoc est, de clericis vsurarijs postea agemus in cap. præterea de vsuris. Primæ partis conclusio hæc est, armorum delatio clericis est prohibita, probatur *ex textu in cap.* 1. *de clericis pugnantibus in duello, cap.* 10. *versiculo rixas, cap. clerici, cap. sententiam sanguinis ne clerici, vel monachi, cap. final* 36. *distinct. cap. quid culpatur* 23. *quæst.* 1. *c.* 2. 3. 5. & 6. cum alijs 23. *quæst.* 3. *l.* 1. 5. *clericos, C. de pace tenenda, & eius violatoribus. authentic. statuimus, C. de Episcopis, & clericis, authent. de armis in principio collatione* 6. *l.* 1. & per totum, *C. de armorum vsu in scio Principe lib.* 11. *glossa verbo pugnandum in capit. ex multa §. final. de voto concilium Bracarense* 3. *cap.* 11. *Matisconense, cap.* 1. *Toletanum* 4. *cap.* 44. & 45. *l.* 5. *titulo* 4. *lib.* 1. *recopilationis*, exornat *Couarruuias dict. lib.* 2. *variarũ, cap.* 20. *numero final.* Idẽ *in practicis, cap.* 33. *num.* 7. & *in clement. si furiosus* 3. *parte.* §. *vnico de homicidio. Menpquius de arbitrarijs lib.* 2. *centuria* 4. *casu* 94. *Suarez de censuris dispur.* 18. *sect.* 3. *num.* 3. *Diuus Thomas*, 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. *Iulius Clar. lib.* 5. *sententiarũ, quæst.* 82. *art.* 6. *de delatione armorum. Idem in quæst.* 36. *n.* 6. *Decianus tract. criminaliũ lib.* 8. *c.* 3. *n.* 23. & 24. *Tiraquel. de iudicijs in rebus exiguis versicul.* 21. *Farinatius in praxi criminali parte* 3. *quæst.* 108. *num.* 21. *Gutierrez lib.* 1. *quæstionũ canonicarum quæst.* 12. per totam cum traditis ab *Augustino Barb. in collect. adhunc textum Conelius ad decretales collect.* 7.

2 Ratio est, quia cũ officiũ clericale redeat eos inhabiles ad pugnandũ, etiã cõtra Sarracenos, *c. ex multa* 9. §. *fin. de voto*, cũ clerici milites Dei sint *c. clericũ* 5. 50. *dis.* & simul nequeãt Deo, & seculo militare, *c. quicunq;* 23. *quæst.* 8. si quidẽ clericorũ arma tã tũ sint orationes, & lacrimæ, *c. final.* 36. *dist. cap. conuenior, cap. cũ pila.* 23. *quæst.* 8. merito ne ab illis diuertantur, temporalia arma deferre prohibentur: siquidem cum orationibus, & ar-

& armis illis ſpiritualibus facilius, quam cũ temporalibus vincat *cap. final. 36. diſt.* quod ſi contempſerint erunt excõmunicandi, præcedente, ſcilicet, ſententia notat *Abb. in præſenti nu. 1. Barb. in collectaneis ad hunc textũ, num. 2. & 3. Euricus Boich in præſenti num. final.*

3 Primo obſtat *textus in cap. olim 12. de reſtitutione ſpoliatorum*, ex cuius deciſsione apparet clericos poſſe tã arma ſpiritualia, quam temporalia ſuſcipere: verum huic dubio reſpondendum eſt textum illum procedere in armorum ſuſceptione, quoad rerum ſuarum defenſionẽ: nã pro illis arma clericis ſuſcipere permiſſum eſt, argumento *textus in l. Vt vim, ff. de iuſtitia, & iure, l. 1. §. Vimui, ff. de Vi, & Vi armata, c. ex tenore de ſententia excõmunicationis, cap. fortitudo 23. quæſt. 3. cap. ſiquis non inferenda 46. d. ſ.* notat *Abb. in præſenti num. 3.*

4 Secundo, ſolutioni obſtat *textus in cap. 2. verſic. te tuaque liberãdo de homicid o*, ex quo conſtat duo illa copulatiue deſiderari, hoc eſt rerũ, & perſonæ periculũ, vt clericus poſsit arma ſuſcipere: Cui difficultati reſpondendũ cẽſeo veriſsimum eſſe tãtum pro defenſione rerum, ſeu maximi patrimonij licitũ eſſe clericis arma ſuſcipere, & oppreſſorẽ occidere abſq; periculo irregularitatis; ſicut & pro proprij corporis defenſione, dũ tamẽ probabilis ſpes ſit, clericũ aliter bona illa recuperare nõ poſſe: ratio eſt: quia vita hominis, Abſque diuitijs cõſeruari nõ poteſt *l. aduocati C. de aduocatis gloſſa ibidem verbo diuitiæ vitã defendũt*; neq; obſtat *textus in dict. cap. 2. verſiculo te, tuaque liberando*, quia verba illa nõ ſunt legẽda copulatiue, ſeu cõiunctiue, ita, vt patrimonij defenſio nõ admittatur, niſi periculum propriæ vitæ inſtet: ſed ſunt legenda alternatiue, *te, vel tua* ſi maximæ quãtitatis fuerit liberãdo, quiſenſus deciſsioni cõſonat, tum etiã, quia multoties dictio copulatiua, *&, atque que*, conuertitur, in alternatiua dictione, *vel l. 4. C. de verbũ ſignificatione, l. ſæpe 53. verſic. & cũ dicimus, ff. eodẽ*, quã ſolutionem refert *Barb. in collectaneis ad textũ in dict. c. 2. de homicidio, nu. 3. & 4. Couar. in clementina ſi furioſus parte 3. §. Vnico de homicidio num. 6.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtat *textus in cap. ſuſcipimus 10. de homicidio verſiculo expediebat potius poſt tunicã*, ex cuius deciſsione conſtat pro ſola rerũ defenſione nõ eſſe licitum ſacerdotibus abſq; pœna irregularitatis inuaſorẽ occidere, verum huic dubio reſpõdẽdum eſt, in ſpecie illius textus monachum ita bona defendentẽ irregularem eſſe: quia in defenſione illa maximus cõtingit exceſsus, vt ex litera textus conſtat, cuius ratione non potuit monachus à culpa excuſari ſaltim, quæ ſit ſufficiens ad irregularitatẽ notat *gloſſa ibidẽ Couar. vbi ſupra, num. 11. Barb. in collectaneis ad textum in dict. cap. ſuſcipimus num. 2.*

Quarto, obſtat *textus in cap. dilectũ 6. de ſententia excommunicationis lib. 6. verſiculo & quidem*, vbi apparet licere vnicuique vicino propulſare iniuriam proximo inferendam, & armis eum defendere: etſi dum potuit, & negligit videtur iniuriantem offendere, & participem criminis eſſe: ſiquidem ſub illo verbo *quicunque* compræhenduntur tam laici, quam clerici. Notat *Innocentius, & Abbas in præſenti num. 3.* Augetur difficultas *ex textu in cap. ex multa §. finali de voto, c. clerici 5. & 6. cap. reprehenſibile 19. 23. quæſt. 8* in quibus iuribus cauetur clericis pro quacumque ſeditione, etiam contra Sarracenos arma ſuſcipere prohibitum eſſe, ergo multo minus in ſeditione contra proximum Chriſtianum eis erit permiſsũ, quę iura diſtinctione adhibita ad concordiam reduces, ſi dixeris diſcrimem eſſe conſtituendum inter clericos temporalem iuriſdictionem in ſubditos habentes,

vel non in primo caſu clericis erit permiſſum armis tẽporalibus ſubditos defendere: & ita eſt interpretandus, *textus, in dicto capit. dilecto 6. verſiculo eſt quidem*, iuxta *textum in capit. nole 23. quæſt. 1. capit. Maximianus 23. quæſt. 3. capit. ſuſcepimus de homicidio, capit. ſi in morte, §. ecce. 23. quæſt. 8.* ſecus in ſecundo: niſi aliter poſsit ſine clerici adiutorio iniuria illa propulſari, & ita obtinet, *textus in dicto cap. ex multa, §. finali*, cum ſimilibus ſupra adductis: quia tunc abſque pœna irregularitatis, iniuriam propulſare licet. Notat *Couarruuias in dicta Clementina, ſi furioſus, §. Vnico, numero 5.* in fine *Barboſ. plures referens in collectaneis ad textũ in dicto cap. dilecto, num. 5.* Quæ ſententia vera eſt, licet aliter ſenſerit, *Abbas in præſenti, num. 9. Dominicus in dicto cap. dilecto 6.* Apud finem.

7 Quinto, obſtat *textus in capit. præſentium 3. de clerico percurſore*, ex cuius deciſsione apparet clericis permiſſum eſſe in bello aſsiſtere hortando, inducendo, arma, & lapides aſſumẽdo abſque irregularitatis metu, etiam ſi ex exhortatione inimicorum mors ſit ſecuta, Verum hæc difficultas ex eo diluitur: quia textus ille procedit in bello iuſto, aggreſſiuo, quo in caſu ſi clericus ipſe non deformet, ſed in bello aſsiſtat hortando, & etiam arma aſſumendo, non directa intentione de formandi hoſtem, ſed generaliter eum repellendi tunc abſque metu irregularitatis id ſibi permiſſum eſt. Ratio eſt: quia ad irregularitatem incurrendam voluntas ſaltem virtualis ad homicidium requiritur: & clerici in bello iuſto cohortantes illa carent, cum ſolummodo intendant milites incitare ad victoriam. Notat *Acuña in 1. decreti parte diſtinctione 21.* in principio, *numero 7. Couarruuias in dicta Clement. ſi furioſus 2. parte, §. 3. numero 2. Suarez de cenſuris, diſput. 67. ſect. 6. num. 4.*

8 Sexto, ſolutioni obſtat ſi dixeris, quod clerici illi ita hortantes, etſi non occidant, concurrunt tamen in homicidio, quemadmodum illi, qui in ſententia ſanguinis iudici aſsiſtunt; & tamen ij irregulares fiunt: *capit. ſententiam ſanguinis ne clerici, vel monachi*: ergo & illi hortãtes, & lapides aſſumentes irregulares erunt: ſed reſpondendum eſt, quod aſſeſſores, & clerici iudices in ſententia ſanguinis ideo irregulares fiunt: quia concurrunt determinate ad homicidium; hortantes vero ad prælium, non intendunt directe ad deformationem hoſtis, ſed tantũ remote, & per accidẽs in homicidio cõcurrũt, Atque ideo irregulares non fiunt, ex *dict. capit. præſentium.* Notat *Couarru. & Suarez locis ſupra citatis.* Neque ſolutioni obſtat difficile *Toletani Concilij* reſponſum *in cap. 7*, dum aſſerit clericis, nõ ſolũ permiſsũ eſſe teſtimoniũ ferre in ſententia ſanguinis, verum etiam ſententiam ipſam propria manu ſcribere, & proferre, vt conſtat ex verbis illis, *aut quod morte plectendum eſt* iuncto *verſic. manus proprie ſubſcriptionem notari*: Quod omnino contrariũ refert *textus in capit. 6.* eiuſdẽ *Concilij Tolet. 11.* Quia textus ille nõ debet intelligi de morte naturali, ſed de ciuili tãtũ, hoc eſt deportationis, vt conſtat ex verbis illis, *ita tamẽ, vt ſi exilio*, ſi quidẽ deportatio mors ciuilis dicitur, *gloſſa verbo à qua in l. Gallus, §. quod ſi tãtũ, ff. de liberis & poſthumis* cũ deportatꝰ pro mortuo habeatur. Notat *gloſ. verbo pertinet in l. inſulã 41. ff. ſoluto matrimonio*: neq; ſolutioni obſtat verba eiuſdẽ Cõcilij, ibi, *vt nec; tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrãt.* Quæ verba potius ad naturalem, quã ad ciuilem mortem referenda eſſe videtur: Quia interim

dum

dum alia petimus,& meliora occurrunt, verisimile dicendum iudico sensum illorum verborum esse ita, vt deportati ne sine restibus condemnetur ne aliter in ta miserabili deportationis pœna pereat,quæ deportationis pœna in rereptio dicitur,*in dicto versi. finali* illius Canonis.

9 Septimo, prædictis obstat, *textus in cap. qui in aliis 5. de pœnis*, vbi deponitur clericus, qui incitat ad bellũ. Cui dubio communiter dici solet *textum illum* esse intelligendum cum clericus incitat, cum iam bellum captum est, quo in casu hortatio clericis est prohibita, *capit. petitio. 24. de homicidio*, secus antea, vt in dicto, *cap. Maximianus 23. quæst. 3.* Notat *Couarruu. in dicta clementina si furiosus §. 3. num. 2. Suarez vbi supra disput. 47. sect. 6. num. 8.* Quorum interpretatio conuincitur ex verbis illius textus, ibi, *& ij qui, alios incitant ad pugnandum*, quæ verba de bello non dum cæpto intelligi debent, sed ea omissa verius dicendum est, *textum illum* intelligendum esse de bello iniusto, quo casu siue cæptum, siue non fuerit cæptum, excitatio illa clericis est prohibita. Notat, *glossa ibidem. Acuña n 1. decreti parte distinct. 21. in principio, num. 8. Barbos. in collect. ad Decretales in dicto cap. petitio, num. 2. Nauarrus in Manuali, capit. 27. num. 226.*

10 Octauo, aduersus principium illud à Doctoribus in præsenti receptum, videlicet, quod ij, qui in bello iniusto militant irregulares fiunt, etiam si proprijs manibus homicidium, non commisserint, dummodo effundentibus cõmilitent iuxta *textum in capit. sicut dignum, §. vltimo, cap. clerici 23. quæstione 8. dicto capit. ex multa, §. final, Couarruuias, vbi supra §. 3. numero 2. Barbos. in dicto capit. petitio, numero 29.* si vero iusto bello militauerint, etsi grauiter peccent, tamen non fiũt irregulares, etsi homicidium fuerit sequutũ: nisi proprijs manibus commisserint, *dicto capit. præsertium* de clerico percusore. Notant *Couarruuias, & Acuña vbi supra.* Obstabit difficilimum. *Toletanum Concilium 1. capit. 8.* relatum à *Gratiano in cap. siquis 4. 51. distinct.* cuius hæc sunt verba, *siquis post baptismum militauerit, aut clamidem sumpserit, aut cingulos ad necandos fideles, etiam si grauia, non admiserit, si ad clericatũ fuerit admissus, diaconi non accipiat dignitatem*, ex quibus verbis constat, quod eo ipso, quod quis clericus, vel laicus militauerit, irregularis efficitur siquidem verba illa generalia sunt, & tam ad iustum, quam ad iniustum bellum referuntur, vt constat, ex verficulo, *illo d aconi non accipiat dignitatem.* Augetur difficultas ex verbis illis, *ibi, e tam si grauia, non admiserint*; quæ verba denotare videntur, quod etiam si homicidium non fuerit sequutum irregularis efficitur: ergo siue, iustum, siue iniustum fuerit bellum, etiam si homicidium, nõ fuerit sequutum clericus eo ipso, quod clamidem sumpserit, irregularis efficitur. Cui dubio communiter dici solet *textum illum*, esse intelligendum de bello iniusto, vt constat ex *verbis illius textus*, ibi, *ad necandos fideles*, quæ interpretatio ex eo conuincitur: quia verba illa desunt in Concilio Toletano, & sunt addita à *Gratiano*, vt constat, *ex Pallea*, eiusdem textus: secundo quia etiam contra fideles potest esse iustum & iniustum bellum: tertio, quia etiã si iniustum esset deficit homicidium vt constat ex verbis illis, ibi, *etiam si grauia, non admiserit*: quare verius dicendum est, *textum illum*, esse intelligẽdum de bello iusto agressiuo, quoties in eo clerici propriis manibus homicidium, vel membrorum mutilationem perpetrauerint, quo in casu irregulares fiunt, etiam si in ipso bello alia peccata nõ committant: id est grauiter non delinquant, itaque quamuis irregularitas illa non proueniat ex delicto, cum bellum iustum esset: prouenit tamen ex defectu lenitatis cum seuera, seu seuera præcepta sunt exequuti: quod omnino clericis est prohibitum: etiam si bellum aggressiuũ esset iustum, *cap. 1. eadem 50. distinctione capit. legem 2. 53. distinct.* refert, *Suarez de censuris disputat. 27. section. 5. numero 6. Acuña in 1. decreti parte in dicto capit. siquis numero 11. Barbosa ad eundem textum num. 3.*

11 Nono, solutioni obstabit dicere, quod in specie proposita, etiã si homicidium sit sequutum irregularitatis pœna non committitur, vt constat ex verbis illius textus, *ibi, si ad clericum admissus fuerit*: sed respondendum est verba illa *ad clericum*, idem significare, ac si diceret ad Subdiaconatum fuisse admissum ex dispensatione Pontificia. *Notat glossa finalis ibidem, Suarez vbi supra.* Sed adhuc solutioni obstabit dicere, quod in specie proposita irregularitas illa fuit absoluta, & totalis, & similiter dispensatio Pontificia, quæ parcialis esse non poterat: atque ideo multo minus Patres concilij poterant vitare, quo minus ex dispensatione Subdiaconatus ad cæteros maiores ordines milites illi non admittantur: quam difficultatem diluit *Suarez vbi supra, sectione 5. numero 7.* dum asserit verba illius textus adaptanda esse, ad primum tempus Hispanorum, in quo facile milites ad ordines admittebantur, qui abusus repræhenditur ibidem, & propter perturbationem remisit iam facta, & sustinuit ordinatos in subdiaconatu: sed prohibuit, vt ad diaconatus dignitatẽ deinceps prædicti milites accedant, *vt in cap. 1. eadem distinct.*

12 Decimo, solutioni obstat, *textus in cap. clerici 5. 23. quæst. 8.* ex cuius decisione constat, quod eo ipso, quod clerici in quacumque seditione arma sumpserint, etiam si homicidium non fuerit sequutum, irregulares fiunt, vt constat ex verbis illis, *in quacumque seditione*, iũcto *versic. volentes*, quæ verba generalia sunt: Et tam iustum quam iniustum bellum compræhendunt: sed hæc difficultas ex eo diluitur, quia verba illa, *omisso sui ordinis gradu*, non debent intelligi de irregularitatis pœna sed tantũ de suspẽsione nõ ipso iure lata, sed ab homine imponenda iuris ordine obseruato, quæ pœna imponitur aduersus clericos, qui sponte volentes, hoc est sine causa, & sine humana necessitate in quacũque seditione arma sumũt, qui propter delictum, & scandalum sumendi arma in quacumque seditione suspenduntur, quæ spontanea voluntas non desideratur in irregularitãte: si quidem absque conditione illa, si homicidium fuerit sequutum irregulares fiunt secundum principia iuris supra adducta. Notat *Suarez vbi supra sectione 5. numero 4.* plura alia iura inuicem contraria refert, *glossa 1. & marginalis in cap. quicumque 23. quæst. 8. Abbas in præsenti, numero 10. Cuiacius in posthumis ad nostrum textum.*

13 Vndecimo, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes videlicet non tantum sacerdotibus in sacris, verum etiam clericis in minoribus ordinibus constitutis hanc delationem armorum esse prohibitam; iuxta *textum in cap. quicunque ex clericis 6. 23. quæst. 8. cap. eos qui 20. quæst. 3.* obstabit, *textus in cap. ex multa 9. §. de clericis deuoto, & voti redemptione, cap. sacerdotibus 2. cap. clericis in sacris 5. ne clerici vel monachi*, ex quorum decisione apparet non esse licitum clericis in sacris ordinibus constitutis arma sumere: ergo à contrario sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu non in sacris constitutis permissum erit, cum vni prohibitum, alijs videtur concessum, *l. qui accusare, ff. de accusationibus cap. non ne de præsumptionibus: notat Vgolinus de officio, & potestate Episcopi, cap.* 14. §. 9. *numero* 1. *in principio.* Verum huic dubio dicendum est in dictis iuribus sub audiendum esse verbum illud *maxime*: quasi sensus sit, quod si clerici in minoribus constitutis, idest prohibitum, multo fortius in sacris constitutis erit prohibitum. Notat, *Glossa margenalis in dicto cap. quicunque* 23. *quæst.* 8. argumento *textus in cap. ad abolendam versic. maxime difficilis presbytero rum: vbi notãt Doctores omnes.*

14 Duodecimo, aduersus nostrum textum, dum asserit duo copulatiue desiderari, videlicèt, vt arma clericus portet, & sit vsurarius, vt excommunicari possit, ex illa copulatiua dictione, &, cuius natura est coniungere, & copulare: ita, vt omnia ad impleantur, *l. siquis, ita in principio, ff. de verborum obligationibus, l. si hæredi* 5 *ff. de conditionibus institutionum,* 9. *si plures instituta de hæredibus instituendis,* obstabit dicere, quod sufficit, vt clericus excommunicari possit: si vel tantum arma portet. *Capit. quicũque* 4. 8. *&* 6. 23. *quæst.* 8. cũ alijs in cõfirmatione nostræ cõclusionis supra adductis, vel tatũ, si vsurarius fuerit, *c. 1. vsuris c.* 1. *&* 2. 46. *distinct.* ergo frustra in præsenti illa duo simul desiderantur: vt clerici illi excommunicari valeant. Cui dubio dicendum est veritsimum esse alterũ sufficere vt excõmunicatio valeat vt cõstat ex dictis iuribus. Neque obstat illa copulatiua dictio, *&*, quæ in præsenti refertur: quia quoties ponitur inter æque principalia potius vicem alternatiuæ, quam copulatiuæ dictionis retinet, *l.* 1. *ff. de his, qui notãtur infamia, ita sentit Abbas in præsenti numero* 10. quod non est nouũ cum multoties dictio alternatiua, *vel* pro

copulatiua dictione, & admittatur, & cõtra, *&* pro *vel, l.* 4. *versi. quemadmodum. Codice de verborum significatione dict. l. sæpe versic. cum dicimus, ff. eodem.*

15 Decimo tertio, prædictis obstabit dicere, quod aduersus clericos arma portantes, non excommunicationis, sed depositionis pœna est constituta. *Cap. quicunque* 4. *cap. clerici* 5. 3. *quæst.* 8. quod etiã in vsuraris clericis scriptum reperitur in *cap.* 1. 47. *distinct. cap. siquis* 14. *quæst.* 4. ergo non recte in præsenti tantum excõmunicationis pœna proponitur; verũ huic dubio dicendũ est iura in argumẽto adducta procedere in clerico admonito existente, & perseuerante in crimine delationis armorum, & vsurarum, quo in casu si non resipuerit, & Ecclesiæ ob temperet, deponendus, & degradandus est: nam licèt primo sit suspendendus, secundo excommunicandus, postea vero, si contumax fuerit, deponẽdus est, vt in iuribus in argumento adductis, notat *Cuiacius in postumis ad nostrum textum.*

Ad textum in capite Vt quisque tertio huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter habens populum debet habere clericum, qui secum cantet, & eum adiubet.*

2 *Clerici sine clericorum suffragio diuina officia celebrare nequeunt, & si Missam aliter celebrẽt nõ excusantur à lethali culpa.*

Ecclesia dedicari non potest nisi ei assignentur reditus, qui duobus sufficiant.

3 *Exponitur D. Hieronymi Epistola* 5. *ad Hebræos relata in cap. cantantes* 1. 21. *distinct.* versic. Deo non voce

ce sed corde cantandum.

4 *Explanatur D. Gregory auctoritas lib.* 4. *Epistolarum relata in cap. Sancta Romana* 92. *distinct.* vers. qua de re.

Canticus in Ecclesia principaliter institutus est ad excitandos pie deuotionis affectus, merito si modulatione in honestus, & lasciuus fuerit à iure improbatur.

5 *Sacerdos missam celebrare potest dũmodo vnus tantum ei assistat.*

Expeditur textus in cap. hoc quoque 61. *de consecratione dist.* 1.

6 *Exponitur textus in capit. sicut* 21. *quæst.* 2. *capit. in apibus* 7. *quæst.* 1. *cap. in apibus* 13. *quæst.* 1.

Ecclesia inter duos aliudi non potest.

1 CONCLVSIO. Presbiter habens populum debet habere clericum, qui secum cantet; & in alijs hîc expressis eum iubet, consonat *textus in cap. proposuit* 6. *de filijs presbyterorum, & ibi glossa verbo solis cap. placuit, cap. hoc quoque cap. statutũ, cap. nemo* 1. *quæst.* 2. *cap. nemo, cap. in omnibus de consecratione dist.* 1. *cap. illud* 7. *quæst.* 1. *capit. illud* 81. *dist. capit. si constiterit, versic. missam cantasset de accusationibus, cap.* 1. *de celebratione missarum, & ibi glossa, & in cap. dudum final de præsumptionibus, concilium Toletanum prouinciale Anno* 1566. *actione* 3. §. 5. *Valentinũ concilium Anno* 1378. *actione* 1. 9. *sacri concilij pagina* 31. *Tridentinum concilium sessione quinta capit. secundo, & sessione* 24. *capit. quarto authentica, vt determinatus sit numerus clericorum* §. *primo exornant Rebufus in tractata congruæ portionis, numero* 65. *Bonacina de sacramẽtis, disputatione quarta, quæstione vltima punctο* 9. *numero* 33. *Durantius in rationali diuinorum officiorum libro* 4. *cap.* 1. *numero* 38. *Açor institutionum moralium* 1. *parte libro* 10. *cap.* 19. *Emanuel Rodriguez quæstionum regularium, tomo* 1. *quæst.* 40. *articulo* 1. *cum traditis à Cencdo in collectaneis ad decretales collectanea* 63 *& collectanea* 6. *Augustinus Barbos. in collectaneis ad hunc textum, num.* 3. *&* 4. *& in collectaneis ad decretum in cap. hoc quoque de consecratione dist.* 1.

2 Ratio est, quia sacerdos parrochus debet habere clericum, qui sibi deseruiat, & adiuuet, cũ non possit solus missarum solẽnia, & alia diuina efficia sine ministri suffragio celebrare, argumento *textus in capit. illud* 7. *q.* 1. *cap. proposuit de filijs presbyterorum, cap. hoc quoque de consecratione dist.* 1. quod adeo verum est, vt nõ excuſletur à mortali reatu is, qui missam absq; ministro celebrat, cum faciat contra Ecclesiæ institutionẽ. Notat *Augus. Barb. in collectaneis ad hunc tex. n.* 3. & ideo Ecclesia nõ debet dedicari, nisi ei assignentur redditus, qui duobus sufficiant. *Cap. placuit,* 1. *q* 2. *cap. nemo de consecrat. dist.* 1. Notat *Barbos. vbi supra n.* 2. *Cened. dicta collectanea* 63. *in principio*, cuius parrochi officiũ est ex tradiuina, etiã parrochianos suos in doctrina christiana in diebus dominicis, & festis solemnibus instruere, vti, statutũ est in præsenti, & *in concil. Trident. sessione* 5. *c.* 2. *&* 24. *c.* 4. ad quod ministerium, & ad epistolã, & lectionem legendam adiutorẽ retinere debet. Notat *Barbos. in notis ad concilium Trident. in dicto cap.* 2. *&* 4. quod etiã refertur in *concil. Magunt. cap.* 45. cuius verba refert *Cenedus dicta collectanea* 63. *num.* 4.

3 Primo, aduersus textũ nostrũ dũ docet, quod presbyter, qui plebẽ regit, clericũ habeat, qui secũ cãtet obstabit *illa D. Hieronymi epistola* 5. *ad Ephesios* relata *in cap. Cantãtes* 1. 91. *dist.* vers. *Deo non voce, sed corde cantandũ*, ex qua deducitur, clericos nõ voce, sed corde officia diuina celebrare debere, augetur difficultas ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa Diui Gregorij authoritate libro 4. Epistolarum, Epistola 44. relata in cap. in Sancta Romana 91. dist. versic. qua de re præsenti decreto, constituo, vt in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeat, vt refert Acuña ad primã decreti partem, in commentarijs ad textum, in cap. cantantes 1. 92. dist. num. 3. ex quibus constat, canticum Ecclesiasticũ prohibitum esse, sed ijs non obstantibus verius dicendum est, scilicet canticum in solẽnibus sacrificis desiderari, vt constat ex textu nostro, & ex iuribus in eius confirmationem supra adductis, Neque obstant iura supra in contrarium adducta, neque primo textus in dict. cap. cãtantes 92. dist. quia textus ille, non negat canticum in diuinis officijs desiderari: sed asserit quod nõ solum voce, sed etiã corde Deo cãtandum est, ideoque in versi. illo Deo non voce, sed corde cantandum, addendum est verbum illud non voce tantum, sed etiam corde. Notat glossa verbo, nõ voce in dicto cap. cantantes, quæ quidem interpretatio deducitur ex authoritate eiusdem Diui Hieronymi relata in cap. non mediocriter de consecratione dist. 5. versic. non enim verbis, sed corde orandus est Deus. Notat Rodericus de Acuña in cõmentarijs ad primam decreti partem. In dicto cap. cantantes num. 1.

4 Secundo, solutioni obstat illa Diui Gregorij authoritas libro 4. epistolarum epistola 44. relata in cap. Sancta Romana 92. dist. vers. qua de re, ex cuius authoritate apparet, canticum Ecclesiasticum prohibitũ esse. Sed huic dubio respondendum est, illa Diui Gregorij verba non prohibere canticum in officijs diuinis; sed tantum damnare illam prauam consuetudinem in curia Romana obseruatam, per quam diaconi officium cantorum assumebant, cum ipsi deberent solum intermissarum solemnia Euangelium, & lectionem decantare, similiter etiam ibidem improbatur diaconorum canticus, qui modulatione inhoneste, & lasciue ab ipsis fiebat, vt à populo laudarentur, cum huiusmodi cantici curiositas iure prohibita sit. In extrauagant. docta Sanctorum Patrum de vita, & honestate clericorum, siquidem cantus principaliter in Ecclesia institutus est, ad excitandos pie deuotionis affectus, ad gloriam diuini cultus. Notat Diuus Bernardus in epistola ad Aremnum, & in meditationibus cap. 11. cuius verba refert Acuña in commentarijs ad primum decreti partem, in dicto cap. cantantes 1. 92. dist. num. 5. quam quidem interpretationem late prosequitur Suarez tomo 2. de religione, libro 4. de oratione vocali, cap. 9. numero 6. versic. 4. dicimus, videndus est etiam Nauarrus de horis canonicis cap. 16. num. 43.

5 Tertio, aduersus nostrum textum dum asserit, sacerdotem missam celebrare, & eam cantare posse, dum modo vnus tantum existat, qui eum adiubet, & respondeat; quod etiam demonstrat textus in cap. proposuit de filijs presbyterorum cap. illud 7. quæst. 1. obstabit textus in cap. hoc quoque 61. de cõsecratione dist. 1. vbi statuitur, nullum presbyterum posse missarum solemnia celebrare; nisi duobus præsentibus, qui respondeant ita, vt cũ illis duobus ipse tertius interesse debeat, verum in hac iurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Diuus Thomas 3. parte, quæst. 83. articulo 3. ad 12. dum asserit, textum nostrum esse intelligendum de missa priuata; textum vero in dicto cap. hoc quoque de solenni; verius tamen dicendum est, vnũ tantum sufficere, qui sacerdoti respondeat, vt constat ex nostri textus decissione, quod etiam vsus comprobauit, cum necessitas vrget, sed si religionis contẽptu sacerdos

vno solo præsente celebrauerit: id non est admittendum: & ita est interpretandus textus in dicto cap. hoc quoque de consecratione dist. 1. ita sentit Innocentius 3. lib. 2. de ministerio Missæ cap. 25. qui dum textum illum interpretari conatur, hæc verba profert: aliud est necessitatis articulus, & aliud religionis contemptus, hoc est ex decreto Soterij missas enim ex contemptu celebrare non debet vno tantum adstante: at dũ vrget necessitas sacerdos ministro vno præsente celebrare potest. Hactenus Innocentius, cuius verba refert, & sententiam prosequitur August. Barb. in collectaneis ad decretum in dicto cap. Hoc quoque de consecratione dist. 1. numero 2. Durãtius lib. 2. de ritibus Ecclesiæ cap. 5. Soto in 4. dist. 3. quæst. 2. art. 5. ad 12. Acuña ad primam Decreti partem in cap. sedulo 12. dist. 38. Plures alias interpretationes refert Turrecremata, omnino videndus in dicto c. hoc quoque, qui supra traditam interpretationem pro sequitur in numero 1. & 3. vbi disputat, an illi duo, qui in missæ celebratione asistunt debeant esse sacerdotes, an vero sufficiat, quod sint laici, vel fœminæ: de qua re plura retulimus in capit. 1. hoc titulo merito ea in præsenti omittimus. Neque solutioni obstat textus in dicto capit. sedulo 38. distinct. versicul. quod plane intelligit, dicat amen, ex quibus verbis glossa ibidem verbo dicat, existimat sine ministro posse presbyterũ missam dicere, qnia ibi populus non respondit amen officiando missam, sed asistendo simul cum adiuuante sacerdote; neque ex eo, quod populus respondeat, excluditur minister, qui sacerdoti debeat asistere. Notat glosa marginalis in dicto capit. sedulo, Acuña vbi supra ibidem numero 3.

6 Quarto, aduersus nostrum textum dum asserit, quod presbyter, qui plebem regit, debet habere clericum, qui secum cantet: quod etiam docet textus in dicto cap. proposuit 6. de filijs presbyterorũ, obstabit textus in cap. sicut 21. quæst. 2. cap. in apibus 7. quæst. 1. cap. in apibus 13. quæst. 1. In quibus iuribus cauetur, Ecclesiam inter duos diuidi nõ posse, sed respondendum est, iura in argumento adducta procedere in prælatis, qui nõ plures, sed vnus vniquiq; Ecclesiç ad scribi debet: at vero textus noster loquitur in adiutore ipsius prælati, quo in casu Ecclesia diuisa non reputatur, cum tantum vni desponsata videatur. Notat glosa verbo adiutorem in dicto cap. illud 7. q. 1. Abbas in dicto c. proposuit de filijs presbyterorum nu. 3. plures refert Augustin. Barb. in collectaneis ad decretum in dicto c. in apibus 7. quæst. 1. de qua re plura dicemus in cap. maioribus 7. de præbẽdis. De secũda nostri textus parte videndi sunt Doctores, quos refert Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea 6. nu. 1. præcipue Abbas in præsenti numero final.

Ad textũ in cap. siquis ex clericis 4. capite clericus 5. cap. clericis 7. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici comam, & barbam nutrire prohibentur.*
2 *Comas nutrire laicis ignominiosum est.*
Fœminis prohibitum est inordinate, & lasciue comam pertractare.
Fœminis est prohibitum famulos conmulatos inseruitio admittere
Clerici ita attonsum caput gestare debent, vt aures pateant ad crimina hominum per confessionem audienda.

2 *Exponitur illa D. Hieronymi authoritas cap.44. vers.* non radent caput, nec barbam.

Sacerdotes gentilium raso capite idolis sacrificabant.

4 *Declaratur illa Leuitici sententia cap.19. versic.* non attondebitis comam in rotundum, *& illa D. Hieronymi, cap.19.*

Cæremonialia præcepta post Christi aduentum cessarunt.

6 *Clericus, si comam relaxauerit anathema est.*

Excommunicationis sententia ferri nõ potest, nisi ob culpam mortalem concurrente inobedientia.

Comam relaxare non est lethale reatũ sed veniale.

Anathema verbum inducit canonem lata sententiæ.

1 CONCLVSIO, quæ ex ijs omnibus iuribus deduci solet talis est, clerici comam, & barbam nutrire prohibentur, consonat *textus in dicto cap. siquis ex clericis cap. clericus 5. cap. clericis 7. hoc titulo cap. prohibete 21. c. clerici 22. c. siquis ex clericis 23. c. non liceat 32. vers. non oportet 23. dist. cap. duo sunt vers. rasio 12. quæst. 1. c. quæcũque 30. dist. c. quoniam 1. 69. dist. cap. contingit el 2.* versic. *e ne ueissis crinibus de sententia excommunicationis, cap. final 20. quæst 3. Diuus Paulus 1. ad Corinthios cap. 11. glossa* verbo, *& tonsuram in clementina 2. hoc titulo Concilij Cartaginense 4. can. 44. Toletanum 4. canone 40. Granatense 1. canone 1. concilij Triburiense sub Arnulfo Imperatore cap. 20. Maguntinum concilium cap. 1. Tridentinum concilium sessione 23. cap. 4.* exornant *Flosculus de clericorum statu 1. parte §. 1. num. 132. Menochius de arbitrarijs lib. 2. casu 392. num. 23. cum sequẽtibus Salcedo ad Bernardum c. 76. Duarenus lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs cap. 14. Albertus Trotius de Vero, & perf. Cl. clerico lib. 2. cap. 39. n. 202. & c. 60. n. 4. Victoria de Sacramento ordinis numero 240. Nauarrus in manuali c. 25. nu. 110. vers. 33. Illesas 1. part. Historiæ Pontificalis lib. 1. c. 7. & 14. Carolus de Grassis de effectu clerico rũ effectu 37. Syluester in summa verbo clericus n. 2. Augustin. Barb. in collectaneis ad hunc textu, & ad decretũ in dicto c. prohibete cũ similibus supra adductis,* idẽ *de officio, & potestate Episcopi parte 2. allegat. 9. n. 10. Acuña ad primã decreti partẽ in dicto c. prohibete, & in c. si quis 23.* cũ tradictis à *Cenedo in collectaneis ad decretales collectanea 11. Marcus Antonius, Marsilis de redditibus parte 2. c. 19. n. 18. Baron. Anno 34. c. 293.*

2 Ratio est: nã cũ comas nutrire laicis ignominiosum sit, notat *glossa verbo ignominia est* in dicto *c. prohibete 23. dist.* & nõ solũ viris, sed etiã fœminis, si in tractandis crinibus inordinate, turpiter, lasciue, & curiose fecerint: Notat *Tertul. l. 12. de cultu fœminarũ*, ibi, *quid crinibus vestris quiescere nũ licuit? modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elicitis? cum hæc capillorũ* mollities luxuriæ notã denotet, ex *D. Hieronymo tomo 1. in Ezechie c. c. 44.* ibi, *neque rursus comam dimittere*, quod *probrium luxuriosorum est* qua de causa *in concil. Illiberitano c. 67.* fœminis est prohibitũ, ne in famulatu comatos admitterent ministros: ergo, si hęc capillorũ mollities laicis, & fœminis prohibita est, multo fortius clericis erit prohibitũ comã nutrire, qui laicis, & fœminis in omnibus antecedũt, cum Dei ministri, & eius cultui emancipati sint: v supradiximus, in *cap. 1. hoc titulo*, qui coronã rasam, & attõsum caput, ita debent gestare, vt aures pateant nullis crinibus obtegẽdæ, vt sic liberiores, & patentiores sint ad aliorum crimina per cõfessionẽ audienda, si quidẽ ministri altaris debent mentẽ habere eleuatã, notat *D. Thomas parte 3. quæst. 40. art. 2.* Tum etiam quia, cum omnis superfluitas temporalis à clericis abesse debet *capit. penultimo hoc titulo*, sic & capilli, qui ex superfluis generantur, Notat *D. Thom. 3. parte quæst. 40. art. 1. Acuña ad primam decreti partẽ in dicto cap. prohibete 23. dist. nu. 4. & in dicto cap. non liceat* eadem *dist. num. 41.* Notat *glos. verbo, & tonsura in dicta clementina 2. hoc titulo.* Similiter, & barbã ita tonsam retineant, ne salutare corporis, & sanguinis Christi Domini Sacramẽtũ sumẽtibus impedimẽtũ afferat, vt constat ex *motuproprio Pij 5.* incipienti *Sacrosanctæ Trident. synodus* dato 1. sui Põtificatus Anno die 30. mensis Octobris Anno 1566.

3 Primo, obstat *illa Hieremiæ authoritas cap. 44. versic. non radent caput, neque barbã*: vbi sacerdotibus præcipitur, ne radant caput, neque barbã: sed huic dubio satisfacere poteris si dixeris, ibidẽ sacerdotibus Iudeorum rasuram fuisse prohibitam, non ex eo, quod in se mala sit, sed ne assimilentur sacerdotibus gentilium, in quorũ vicinitate habitabant, siquidem illi gentilium sacerdotes toto raso capite idolis sacrificabant, vt ex eadem Hieremiæ authoritate apparet, qua de causa Hieronymi, & Ambrosij temporibus Christiani sacerdotes non radebantur, cũ adhuc ipsorum tempore sacerdotes idolorum permanebant, qui caput radebant, vt refert *Ambrosius Epistola 36. Hieronymus Ezechielis Epistola 44.* notat *Belarm. lib. 1. de monachis cap. 44.* cum nouum non sit, vt aliqua religionis cęremonia euellatur, dum periculũ fidei instat. Notat *Couar. lib. 4. Variarum, cap. 19. n. 7.* & nos diximus in *1. tomo ad titulum de ferijs num. 8.*

4 Secundo, obstat illa *Leuitici authoritas, cap. 21.* vbi similiter de sacerdotibus dicitur, quod non radent caput, nec barbam: verum huic dubio dicendum est, quod ibi Deus nõ præcepit absolute sacerdotibus, ne radant caput, sed specialiter, ne radãt caput in alicuius morte propinqui sui insignum doloris, cum Deus id præcepisset demõstrãdo, sacerdotes debere esse cæteris constantiores.

5 Tertio, obstat *illa Leuitici auctoritas cap. 19.* in illis uerbis, *non attondebitis comam in rotũdum*; angetur difficultas ex illa *Diui Hieronymi* auctoritate *cap. 19.* vbi refertur, dominum se dispersurum omnes circunstantias in comam; verum huic dubio, & similibus auctoritatibus respondendum est, præcepta illa esse cęremonialia, quæ omnia post Christi aduẽtum omnino cessarunt, atque ideo hodie obseruanda non sunt: *cap. trãslato de constitutionibus cap. 1. de purificatione post partum*, siquidem quidquid in sacra scriptura cæremoniale fuit, post legis Euangelicæ promulgationem omnino cessauit. Notat *Couar. lib. 4. Variarũ cap. 19. nu. 3.*

6 Quarto, aduersus ea, quæ refert textus *in cap. siquis 4. hoc titulo capit. siquis ex clericis 23. dist.* dum affirmat, quod si clericus comam relaxauerit, anathema sit; obstabit principium illud, quo docemur, excommunicationem maiorem ferri non debere, nec posse, nisi ob culpã mortalem, cum inobedientia, & contumatia commissam; vt apparet ex *Concilio Nicæno cap. 5.* relato *in cap. seruetur*, & *in Concilio Meldensi* relato *in c. nemo Episcoporum*, & *in Concilio Vormacensi* relato *in cap. nullus cum alijs 11. quæst. 3.* Sed comam relaxare, nõ est lethale reatum, cum non fit dictum, factum, vel concupitum contra legẽ Dei; ergo cum prædictæ dilectioni, non repugnet, sed tantum ordinationi in his, quæ ad eandem dilectionem expectant, quod non lethale, sed veniale peccatum erit; dicendum videtur male in dicto *cap. siquis ex clericis 4. hoc titulo*, & *in cap. siquis 23. dist.* illatam esse anathematis pœnam aduersus comam, vel barbã relaxãtes; sed huic difficultati omissis plurimis interpretationibus asserẽtiũ, iura illa intelligenda esse de minori, non vero de maiori excõmunicatione; quæ interpretatio repugnat verbis illis *anathema*,

Universidad de Sevilla Biblioteca

quæ interpretatio repugnat verbis illis *anathema*, quæ de solenni, & maiori debent accipi, *cap. debent.* 11. *quæst.* 3. Alij vero asserunt, non esse ipso iure impositam, sed imponendam; notat *glosa in dicto cap.* 4. *verbo. sit*, dum asserit, legendum esse ideſt *fiat*, quam sequitur *Suarez de censuris disp.* 18. *sectione.* 3. *num.* 19. *Salcedus in dicto cap.* 76. *Acuña ad primam decreti partem in dicto cap. siquis* 23. *dist. num.* 4 *Barb. in collect. ad textum in dicto cap.* 4. *hoc titulo num.* 5. sed hæc interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod verba illa *anathema* inducunt canonem latę sententiæ: notat *Tiraquellus in l. si vnquam verbo renertatur num.* 149. & 180. *Ludouicus Carmona intra. de legibus lib.* 8. *disp.* 6. *versic. septima regula. Suarez de religione lib.* 2. *de superstitione cap.* 19. *nu.* 4. quare hac, & alijs omissis verisime dicendum esse existimo, iura illa loqui de clerico, qui comam relaxauit, vt sic fieret apostata cum maxima pertinatia, & scandalo: notat *Turrecrem in dicto cap. siquis ex clericis* 23. *dist.* quæ quidem excommunicationis ratio extat *in cap. clericus* 20. *quæst.* 3. notant *Dominicus. Præpositus. Cardinalis, & Cuiacius in dicto cap. siquis* 4. *hoc titulo*; eodem fere modo est interpretandus *textus in cap. quicunque.* 2. 30. *dist.* vbi similiter is, qui comam sibi amputauerit animo disoluendæ subiectionis anathema est: siquidem coma à Deo sibi data est ad velamen, & memoriam subiectionis marito debitæ: *c. hæc imago* 33. *quæst.* 5. quæ quidem sententia intelligenda est delaicis mulieribus, non vero de religiosis, quæ Deo consecratæ sunt. Notat *Acuña ad primam decreti partem in dicto cap. quicunque* 2. 30. *dist. nume.* 3. multories autem accipitur pro turpi lucro, & ita est interpretandus *textus in cap. final* 20. *quæst.* 3.

Ad textum in cap. quoniam 9. huius tituli.

DE MATERIA huius textus infra dicemus in *cap. non amplius* 1. *de institutionibus* merito consulto omitto.

Ad textum in cap. cum ab omni X. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Iudices Ecclesiastici, & delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam, vel quotã litis, & etiã si hoc habeat consuetudo.*

2 *Abstinendum est non solum ab eo, quod in se malum est, sed etiam abeo, quod occasionaliter potest esse malum.*

Iudex, qui pecuniam recipit, ad iniustitiam moueri potest, siquidem iustitia auro violatur, & munera excecãt oculos sapientium.

Iudex, qui male iudicat, non solum proximo, sed ipsi Deo offendit.

Sententia lata pecunia intercedẽte nulla est ipso iure.

3 *Expenditur textus in cap. statutum* 11. *§. insuper de rescriptis lib.* 6. *Sculentum, & poculentum quid significent.*

Iudicibus si permissum esset sculenta, & poculenta recipere, corruptibilis fenestra apperiretur, cum sub illo prætextu parui doni omnia paulatim recipere possent.

Nihil magis reipublicæ odio sum est, quã fraudibus viam aperire.

Delegati iudices olim stipendium non habebant.

4 *Conciliantur textus in l.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *ordinamenti cum l.* 40. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordinamenti, l.* 3. *tit* 15. *eodem lib.* 2.

Iudex finito iudicio postquam functus est officio potest sculenta, & poculenta recipere.

5 *Ex*

5 *Exponitur textus in l. plebescito* 18. *ff. de officio præsidis, l. solent vers.* nõ vero *ff. de officio pro consulis.*

Sculenta, & poculenta olim iudicibus secularibus permissum erat recipere.

6 *Explicatur textus in cap. cum Apostolus cap. sopita, cap. cum nuper de censibus cap.* 1. *§. procurationes eodem titulo lib.* 6.

Visitator visitationis tempore poterit sculenta, & poculenta recipere.

Procurationes visitatoribus debentur.

Procurationes à visitatoribus in pecunia recipi non possunt.

7 *Conciliatur textus in cap.* 1. *§. procurationes de censibus lib.* 6. *cum cap Felicis* 3. *eiusdem tituli, & libri.*

8 *Dilucidatur textus in cap. quoniam in fine* 18. *dist.*

9 *Iustum iudicium nec iudici vẽdere, nec reo, vel actori emere permissũ est.*

Illustratur textus difficilis in l. 2. *vers.* est quidem relatum cõditioni locum esse *ff. de conditione ob turpem causam.*

Crimen sine turpitudine non committitur.

10 *Expenditur textus in l.* 3. *ff. de conditione ob turpem causam, versic.* vbi autem dantis, & accipientis turpitudo versatur.

Exempla non arctant regulam.

11 *Dilucidatur textus in cap. non sane* 14 *quæst.* 5. *versic.* ille tamem *iuncto versic.* facilius ea.

12 *Illucidatur vera interpretatio ad textum indicta l.* 2. *ff. de conditione ob turpem causam.*

Pecunia iudici data, vt non inique, aut iniuste, sed vt recte iudicet, repeti potest, cum ex parte dãtis turpitudo cessat, non vero si simpliciter ei data est nulla expressa causa, etiam si bona, & iusta existat, quia tunc ex parte vtriusque turpitudo extat.

13 *Licitum est litigatori pecuniam iudici dare pro redimenda vexatione, cum imminet periculum, vel vero si mile est, iudicem aliter iustitiam non præstare. Id verum est etiam si alia appellationis, & recusationis remedia existant.*

14 *Expenditur textus in l. siper imprudentiam* 51. versi. sordibus, *ff. de euictionibus.*

15 *Explicatur textus ind. l. siper imprudentiã* 51. *vers.* aut quid refert *ff. de euictionibus.*

Sententia sordibus pretio accepto lata nulla est; si vero sordibus amicitiæ, vel inimicitiæ fuerit prolata, valet.

16 *Conciliatur textus in l. Labeo* 3. *§.* 1. *in fine ff. de receptis arbitris cum l.* 9. *§. sane, ff. eodem.*

Testis proferendo testimonio an possit aliquid accipere remissive notatur.

1 CONCLVSIO; Ecclesiastici iudices, & delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam, vel etiam quotam litis, etiam si hoc habeat consuetudo: consonat, *textus in cap. qui recte iudicat, cap. pauper, cap. quatuor modis. cap. Episcopus §. si ergo* 11. *quæst.* 3. *cap. non licet eadem causa, & quæst. cap. statutum §. insuper de rescriptis lib.* 6. *cap. cum Apostolus cum suis §§. de censibus cap.* 1. *§. procurationes eodem titulo lib.* 6. *cap. sunt non nulli, cap. iudices,* 1. *quæst.* 1. *cap. militare* ad finem 23. *quæst.* 1. *cap. fratres* 9. *quæst.* 3. *cap. omne* 25. *quæst.* 1. *cap. non sane* 15. 14. *quæst.* 5. *cap.* 1. *de sententia, & reiudicata lib.* 6. *Exodi* 23. *Ecclesiast.* 20. *Deuteron.* 16. & 27. *Esaiæ* 23. *l.* 4. *§. in eum ff. de dãno infecto l. si filius familias* 15. *§. iudex* 1. *ff. de iudicijs, l.* 3. *l. lex Iulia, §. hodie, cum alijs ff. ad l. Iuliam repetũdarum, l. si aliquid C. de susceptoribus, & arcarijs, l. iudices* 12. *C. de dignitatibus, l. si aliquis, C. de officio præfecti prætorio, l.* 2. *C. de palatinis sacrorum largitionum, authent. nouo iure, & l. final C. de pœna iudicis, qui male iudicauit, l. venales, C. quando prouocare non est necesse, nouella* 8. 17. 24. & 25. *cap.* 5. *principio in fstitut. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, l.* 23. *titulo* 22. *partita* 3. *l.* 6. & 7. *titulo* 15. *lib.* 2. *ordinamenti*, exornant *Baldus, Platea, Lucas de Pena*, & ordinarij omnes *in dicta l. iudices, C. de dignitatib. Menoquius de arbitrarijs casu* 3. & 42. *nu.* 7. *Cuiacius lib.* 13. *obser-*

Universidad de Deusto Biblioteca

obſervationum, cap. 28. *Couar. in regula peccatum* 2 *parte, §.* 3. *num.* 1. *cum ſequentibus. Narbona in* 3. *partem recopilationis, lib.* 1. *titulo* 7. *in l.* 31. *gloſſa* 6. fere per totã. *Morla in emporio* 1. *parte titulo* 2. *quæſt.* 10. *in principio, &* fere per totam, *Decianus in practica criminali, lib.* 8. *cap.* 33. *&* 55. *ex num.* 6. *Nauarrus in Manuali, cap.* 17. *ex num.* 33. *Farinacius in praxi criminali, parte* 3. *q.* 111. *in principio* præcipue *ex num.* 15. *Soto de iuſtitia, & iure lib.* 4. *quæſt.* 7. *art.* 2. *Molina eodem tract.* 2. *diſput.* 83. *in principio Leſius eodem tract. lib.* 2. *c.* 14. *ex num.* 62. *Antonius Pichardus in principio inſtitut. de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur, Bobadilla* plura, & plures refert, *in politica* 1. *parte lib.* 2. *cap.* 11. per totum *Donellus lib.* 15. *comment. cap.* 27. *&* 43. *idem lib.* 28. *cap.* 2. *Vbi. Oſualdus. Cencdus*, qui plura, & plures refert, *in collect. ad decretal. collect.* 134. *& in collectanea ad decretum collect.* 28. *Barboſ. in collect. ad noſtrum textum num.* 2. *& ad decretum in dict. cap. non liceat cap. qui recte* 11. *quæſt.* 3. *& in cap. non ſane* 14. *quæſt.* 5.

2 Ratio dimanat ex principio noſtri textus; quia non ſolum abſtinendum eſt ab eo, quod eſt in ſe malum, ſed etiam ab eo, quod occaſionaliter poteſt eſſe malum: *Apoſtolus* 1. *ad Theſalo. cap.* 5. & quoniam recipere pecuniam pro iudicio, poteſt inducere iudicem ad iniuſtitiam, *cap. quatuor modis* 11. *quæſt.* 3. ſiquidẽ munera excecant oculos ſapientium. *Deuteron.* 16. notat *Cenedus*, & *Bobadilla* locis ſupra citatis, iuſtitia auro violatur, nullamque reus perti meſcit culpam, quam redimere nũmis exiſtimat; notat, S. *Iſidorus lib.* 9. *de ſummo bono cap.* 18. ſiquidem iudex corruptus, qui contra proximũ male iudicat, non ſolum proximo, ſed ipſi Deo offendit; ideoque pluribus pœnis plectitur; iuxta *textum in cap.* 1. *de ſententia, & re iudicata, lib.* 6. ibi, *qui tot præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur*, merito reipublicæ intereſt, tale crimẽ acriter puniri, ne aliàs auaritia iudicis ſit in republica omnium malorum mater; nam quis non latrocinabit ſine vllo periculo, ſi videat iudicem omnia auro vendentem? Hinc homicidia, adulteria, inuaſiones, vulnera; hinc raptus virginum, & commerciorum confuſsio; hinc, contemptus legum, & iudicum ſemper erit: docet *textus in authent. & iudices §. an certe*, quæ docent, quantum à iudicibus vitanda ſint munera: cum fieri non poſsit, vt qui munus accipit, magis erga dãtem, quam non dantem, propitius efficiatur; quod adeo verum eſt, vt parentes in ſuorũ liberorũ pernicie corruptos videamus. *Ex illo Iuuenali Satira* 10. & in ſumma nihil eſt tam ſanctum, nihil tam munitum, quod pecunia violari, & impugnari non poſsit. Notat *Cicero in Verrem. Bobadilla vbi ſupra nu.* 3. *litera G.* ideoque iudicium, etiam iuſtum vendere nõ licet, & venales ſententiæ ab ipſis etiam ſecularibus legibus improbãtur ita, vt ſententia lata pecunia intercedente nulla ſit ipſo iure, *dicta l. venales C. quando prouocare non eſt neceſſe*, nec etiam ordinarij, vel delegati iudices poſſunt decimam, vel quotam litis partem exigere: quia eccleſiaſtici redditus ad hoc ſunt eis deputati, vt ex ipſis honeſte viuere debeãt: vt textus noſter affirmat: quod adeo eis eſt prohibitum, vt etiam ſi in contrarium conſuetudo extet, admitti non debet; quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis, & contra bonum iuſtitiæ: ex textu noſtro, & *cap. multis* 1. *quæſt.* 3. cum potius ſit corruptela, atque ideo extirpanda, *cap. final. de conſuetudine, cap. mala diſt.* 8.

3 Primo obſtat *textus in cap. ſtatutum* 11. *§. inſuper de reſcriptis, lib.* 6. vbi delegatis Apoſtolicis permiſsum eſt ſculenta, & poculenta à partibus recipere, ſi mera liberalitate ab eis fuerint donata. *Sculentum, & poculentum* eſt paruum donum, vel munus ad edendum, ſeu potandum nobis paratum, *l. plebeſcito, ff. de officio præſidis*; ergo non recte in præſenti generaliter ſtatutum eſt iudicem à partibus nullum munus accipere poſſe, in cuius textus difficultate cõmuniter dici ſolet, eſſe diſcrimẽ cõſtituendum inter iudices delegatos Summi Pontificis, & inter iudices ordinarios, ita vt illi poſsint parua munera in cibo, vel potu à partibus ſponte oblata recipere: & ita obtinere deciſsionem *textus in dicto §. inſuper*; ſecus ordinarij de quo in textu noſtro, quã diſtinctionem tenẽt *Gregorius Lopez in l.* 6. *gloſſa Verbo no recibas, titulo* 6. *partita* 4. *Acebedus in l.* 1. *num.* 18. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopilationis. Morla in emporio titulo* 2. *quæſt.* 10. *num.* 9. cum traditis à *Barb. in collect. ad ſextum in dicto cap. ſtatutum §. inſuper nu.* 71. *& in collect. ad noſtrum textum numero* 5. *cum ſequentibus*, quę interpretatio apertè cõuincitur *ex Diuo Gregorio in cap. ſunt nonnulli* 100. 1. *quæſt.* 1. *verſiculo ab omni munere*; quod verbũ *omne* nihil excludit: conſtat etiã *ex authent. vt iudices ſine quo, quo ſuffragio §. penult.* vbi Iuſtinianus docet iudices *nihil* capere poſſe præter ſalarium ponderando verbum illud *nihil*; ſiquidem ex illa generali, & vniuerſali dictione *nihil*, comprehenſa videntur ſculenta, & poculenta, argumento *textus in l. hoc genus ff. de condit. & demonſtrat.* quod etiam expreſsè ex iure noſtro Regio conſtat *in l.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *ordinamenti*, ibi, *ni viandas ni otros bienes, ni coſas algunas*; præterea ratione comprobatur, nam ſi iudicibus permiſsum eſſet ſculenta, ſeu parua illa dona recipere, tunc corruptibilis feneſtra apperiretur, cum ſub illo prætextu parui doni omnia paulatim recipere poſſent, quod admitti non poteſt, cum nihil magis Reipublicæ odioſum ſit, quam fraudibus viam apperire, vt late demõſtrat *Antonius Faber in iuris prudentia ad titulũ de tutelis principio* 8. *illatione* 6. quare hac & alijs omiſsis, veriſsime eſt dicendũ, ideo iudicem delegatum Pontificis *in dicto §. inſuper* potuiſſe ſculenta, & poculenta mera liberalitate oblata recipere: ratio eſt, quia iudices illi delegati ſtipendium habere non ſolent; merito cum delegatus per alienas terras, domoſque verſetur, nec ſalarium ei olim eſſet aſsignatũ, nihilmirum, vt tamquam hoſpites in locum ſtipendij poſſent ſculenta, poculenta, & parua illa munera recipere, licèt hodie *ex dicto §. inſuper* Iudices illi delegati tales eſſe debeant, qui habeant dignitates perſonatus, vel præbendas; notat *Barb. in præſenti num.* 9. apud finem, quæ ratio cum ceſſet in ordinarijs, quibus congruũ ſalariũ aſsignatum eſt, mirũ nõ eſt quod eis ex generali noſtri textus deciſsione ſit prohibitum, ſculenta, poculenta, & alia munera recipere.

4 Secundo, aduerſus id, quod ſupra retulimus, videlicet iudicibus, nec de iure Regio permiſsum eſſe ſculeta, & poculera recipere ex dicta *l.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4 *ordinamẽti* ibi, *ni viãdas, ni otros bienes, ni coſas algunas*, obſtabit *textus in l.* 40. *tit.* 14. *lib.* 2. *ordinamẽti, l.* 3. *tit.* 15. *eodẽ lib.* 2. *ordinamenti*, ibi, *ſaluo coſas de comer, o beber offrecidas de grado*: ex quibus verbis aperte deducitur, hodie iure Regio etiã iudicibus ordinarijs permiſsum eſſe ſculenta, & poculenta recipere: in quorum iurium contrarietate *Didacus Perez in dicta, l.* 40. aſſerit, iura illa intelligenda eſſe in apparitoribus, nõ autem in iudicibus: nam apparitores dona illa recipere poſſunt *ex dicta, l.* 40. *tit.* 14. ſecus iudices, rationem differentiæ aſsignans, quia apparitores iudicis præcepto obedire debent, in quibus nullum peruerſionis iudicij periculum extat; ſecus iu-

iudi-

iudicib⁹, sed licet hæc interpretatio adaptari possit *ad textū in dicta l.40.* nō tamē poterit *ad tex. in dicta, l.* 30. quæ lex expræsse loquitur de iudicibus, non vero de apparitoribus; quare vt ad alia difficiliora iura tendamus, verius dicendū est, *textum in dicta l.*30. loqui, quando iam finitū est negotium; hoc est, cum iam desinit esse iudex, quo in casu poterit sculenta, & poculenta recipere, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *despues que los debates fueren legitimamente acabados*, notat *Didacus Perez in dictis iuribus.*

5 Tertio, prædictis obstat textus *in l. plebescito* 18. *ff. de officio præsidis, l. solent versiculo non vero ff. de officio proconsulis*: in quibus iuribus constat, iudices ordinarios posse sculenta, & poculenta recipere. Cui dubio respondendum est, iura illa procedere de iure communi antiquo Digestorum, ex quo cuilibet iudici seculari, etiam ordinario permissum erat, parua illa munera recipere, si ab eo expræsse non fuerint petita, sed sponte, & mera liberalitate oblata, & ita exigua vt consumantur iura paruos dies, arbitrio prudentis diffiniendos iuxta circunstantias, tum iudicis recipientis, tum personæ largientis, tum denique rei oblatæ & similium, dummodo non ab vno, & eodem frequenter offerantur: notat *Acebedus in l. 1. ex nu. 17. titulo 6. lib. 3. recopilationis.* Quod quidem ideo iure antiquo admissum fuit: quia non erat verisimile, quod propter hęc modica munera moueretur animus iudicantis; notat glossa verbo *consumi, in dicto cap. statutū §. insuper de rescriptis lib. 6. August. Barb.* plures referens *in collect. ad nostrum textum num.*7. postea vero iure nouo authenticorum in *authent. vt iudices sine quoquo suffragio. §. oportet collatione* 2. fuerunt prohibita huiusmodi munera, ita, vt iudici nihil sub ratione muneris dari, nec abeo accipi possit, nisi publicum stipendium non haberet, sic que ex illis emendatum fuisse ius illud antiquū. Digestorum, tenent *Menochius de arbitrarijs casu* 517. *num.* 13. *Barb. in col lect. ad nostrum textum num.*8.

6 Quarto, his omnibus obstat *textus in cap. eum Apostolus. Cap. sopita. cap. cum nuper de censibus cap.*1.§. *procurationes eodem titulo lib. 6.* in quibus iuribus cauetur Episcopum, & alium quemcumque iudicem Ecclesiasticum visitationis tempore posse sculenta, & poculenta recipere; cui dubio respondendum est, illud Ecclesiasticis iudicibus specialiter permissum esse, visitationis tempore ratione specialitatis refert *textus in cap. eum ex officijs, cap. si Episcopus de officio ordinarij lib. 6.* dum asserit, procurationes visitatoribus deberi: quia cum visitatores spiritualia seminent in vtilitatem Ecclesiarum, quas visitant, merito ab eisdem victualia præstari debent, etiam si fructus Episcopatus visitatori sufficiant, tum in subsidium subiectionis, tum etiam, vt sic facilius inuitentur ad visitationem, præterea ne pertimescant difficultatem portandi, deferendi, vel quærendi victualia per Episcopatum, vel prouinciam: cum nemo cogatur suis stipendijs militare. *Cap. cum ex officij 16. de præscriptionibus cap. si Episcopus 6. de officio ordinarij lib.6.* Notat *Barb. de iure Ecclesiastico vniuerso lib. 3. cap. 22. num.* 7. & licèt Episcopi, & visitatores iudices possint visitationis tempore sculenta, & poculenta procurationis nomine recipere, tamen in pecunijs victualia illa recipere non poterūt iuxtā *textum in dicto cap.*1.§. *procurationes de censibus lib. 6.*

7 Quinto, huic vltimæ resolutioni obstabit *textus in cap. Felicis tertio eiusdem tituli de censibus lib.6. concilium Trident. sessione* 24. *de reformatione, cap.*

ne, cap. 3. in quibus iuribus constat, iudicem visitatorem consentientibus ipsis visitatis, posse recipere procurationem in pecunia. Augetur difficultas *ex textu in cap. exigit. 2. de censibus lib.* 6. ex quo cauetur, quod etiam volentibus visitatis visitator non poterit procurationem in pecunijs, sed in victualibus recipere: sed hæc iura ad concordiam sunt reducenda, si dixeris, quod licèt attēto *Lateranensi concilio*, de quo *in dicto c. procurationes de censibus* sub *Innocentio* 4. celebrato Anno 1243. & similiter vsque ad *Gregorium* 11. *in dicto cap. exigit.*2. visitatores in pecunia etiam ipsis visitatis consentiē tibus accipere non possent, tamen *Bonifatius* 8. *Gregorij* 9. successor *in dicto capit. Felicis* 3. *de censibus lib.*6. cognoscens plura incommoda, & dispendia, tam personis visitāribus, quam locis, Ecclesijs, & personis visitatis existere, meritq, quo ad hāc partem correxit decisionem *textus in cap.*1. §. *procurationes de censibus, lib.* 6. & permisit visitatoribus, vt volentibus visitatis, possint in pecunia procurationem pro victualibus recipere: Notat *Barb. de potestate Episcopi 2. parte allegatione* 73. *num.* 98. sed si iudices illi visitatores aliquid vltra procurationem receperint, maledictionem incurrunt, à qua non liberantur, nisi duplum restituant iuxta *textum in dicto cap.* 1. §. *procurationes* in fine *de censibus lib.*6.

8 Sexto, huic sententiæ obstabit *concilium Nicænum* relatum *in cap. quoniam in fine* 18. *dist.* vbi si Archiepiscopus procurationis nomine, aliquid exegerit ab Episcopis ad concilium venientibus, quadrupli pœna tenetur, vt Ecclesiæ restituatur: cui dubio respondendum est, discrimen versari inter decisionem *textus in dicto §. procurationes*, & inter *textum in dicto cap. quoniam*; quia *in dicto §. procurationes* dupli pœna puniuntur iudices visitatores, qui vltra procurationē aliquid recipiunt: at vero *textus in dicto cap. quoniam in fine* 18. *dist.* procedit in crimine concussionis, veluti quando iudices aliquid, metu vltra debitum salarium à partibus exigunt, ne iustitiam exerceant: quod quidem crimen grauissimum est, & maiori punitione dignum, atque ideo quadrupli pœna punitur, iuxta *textum in cap. Sanctimus 2. quæst.*1. *cap. militare* 23. *quæst.*1. notat *Turrecremata in dicto cap. quoniam* 18. *dist. Abb. in dicto cap. procurationes num.*6.

9 Septimo, aduersus nostrum *textum in versiculo cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat*, ex quo deducunt omnes, quod nec reo, nec actori dum adhuc sub iudice lis vertitur, pecuniam iudici dare permittitur, vt pro se sententiam proferat; quare, si dederit, turpiter eum dedisse, & iudicem ita turpiter accepisse dicetur, vt vtriusque dantis, & accipientis turpitudo versetur, cum iudex etiam turpiter accipiat pro eo quod aliàs gratis facere tenebatur: docet *Vlpianus in l.2. versic. sed hæc quoque crimen contrahit ff. de conditione ob turpem causam l.*1. *C. de pœna iudicis, qui male iudicat*, vt etiam Greg, ratiocinatur *in capit. qui recte* 11. *quæst.*3. idemque probat *Diuus August. Epistola* 54. relata *in cap. nō licet* 11. *quæst.* 3. obstabit *textus in dicta l. 2. versic. est quidem relatum conditioni iecum esse*, vbi idem Vlpianus affirmat, repetitionem danti competere: nam si turpitudo ex parte dantis, & iudicis esset, repetitio cessaret iuxta *textum in l. vbi autem* 3. cum sequentibus, *ff. de conditione ob turpem causam*, in qua difficultate subtiliter dici solet textū in dicta l.2. attēte perpensum potius nostri textus sententiam confirmare, quam impugnare, nam Vlpianus

nus, ibi *in verſiculo eſt quidem relatum* ſatis indicat, etiam aliquos fuiſſe iuris conſultos, qui conditioni locum eſſe ſentirent, quorum argumento idem Vlpianus ſcripſit *in l. in cauſæ 16. in principio, ff. de minoribus*, ſed paulo inferius aliud obtineri, ob Antonini conſtitutionem, ſuadetque quidem conſtitutio indiſtincte, & generaliter ob futurum iudicium pecuniam dare non poſſe ſub pœna amiſſionis cauſæ *l. 1. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit*, quæ ſententia, & ſolutio comprobari poterit ex eo, nam ſi is, qui pro bona cauſa pecuniam præbet, crimen contrahit, vt Vlpianus ibidem profiterur, qua nam ratione dici poteſt non eum turpiter dare: crimen enim ſine turpitudine quis admiſit? turpitudo itaque in ipſa criminis præſtatione conſiſtit, aliàs, ſi nulla turpitudo eſſet, illa donatio non coerceretur: quæ interpretatio iuuatur ex principio *textus in l. idem 4. eiuſdem tituli, ff. de conditione ob turpem cauſam*, ibi *idem ob ſtrupũ*, ſi coniugatur, *dicta l. 2.* cum *dicta l. 4.* cum vtraque ſit Vlpiani *lib. 26. ad edictum*; & quemadmodum *in q. l. 4.* Vlpianus in illis tribus exemplis aſſerit repetitionem non competere, quia verſatur vtrinſque turpitudo, ſic etiam non competere *in dicta l. 2.*

10 Octauo, hæc interpretatio impugnatur valde, ex illa Pauli ſententia inter medium propoſita *in l. 3. eiuſdem tituli in illis verbis, vbi autem dantis, & accipientis turpitudo verſatur*: qui textus videtur omnino caſum diuerſum conſtituere: ſed reſpõdendũ eſt, quod *textus in dicta l. 3.* eſt fragmẽtũ *Pauli lib. 10. ad Sabinũ*, quod ibi a Triboniano (more ſuo) incluſum fuit non vt ſuperiori illud annecteretur, ſed vt perſe, & vt generalis regula ſtaret, & licet ibi caſum tantum conſtituiſſet in eo, qui iudici pecuniam dedit, vt male iudicaret, non tamen ideo excludit idem dicendum fore, quoties dedit, vt pro ſe in bona cauſa ſententiam ferret, cum, quantum in ſe fuit, iudicem corrumpere tentauit: ſiquidem exẽpla non arctant regulam *l. damni infecti 10. ff. de damno infect. l. prætor. 3. §. quoties, ff. de collatione bonorum*: quam interpretationem ad *textum in dict. l. 2.* ita refert *Guillelmus variarũ lectionum lib. 7. cap. 18. verſiculo quartum igitur fit*, & poſt eum late *Narbona in 3. partem recopilationis in l. 31. titulo 6. lib. 1. recopilationis gloſſa 6. nu. 17.* cum ſequentibus.

11 Nono, ſolutioni obſtat *textus in cap. non ſane 14. quæſt. 5. in illis verbis ille tamen ſolet tamquam male ſibi oblatam pecuniam repetere, qui iuſtũ iudicium emit; quoniam venale eſſe non debuit.* Cuius difficultatis diſſoluendæ gratia, gloſſa in dicto *cap. non ſane verbo ille* exiſtimat, quod ſi pars in bona cauſa non eo animo det, vt iudicem corrumpat, ſed potius ius, ac quietem ſibi conſernet, repetitio locum habet. Argumẽto *textus in c. pir. dilectus de ſimonia*: quæ quidem interpretatio, vt arrideam, ita accipi videtur, quod aut iudex non aliter mihi iuſtitiam reddere voluit, quam ſi pecuniæ quantitas ipſi tribueretur, & hoc caſu repetitio locũ habebit: nam iudex contra iuſtitiam peccauit, talem extenſionem faciendo: atque ideo tunc non ſolum eidem iudici datum repeti poterit, verum, & iudex ipſe reſtitutione obnoxius erit, ſcilicet largitori; & ita accipiendus eſt textus in dicto *cap. non ſane*, ſtat vero liberalis, vt iuſta illa, cauſa nullo modo interueretur, vtque ſecurius litem ageret, ſi non exigente iudice pecuniam dederit, iudicem tamen quodammodo quantum in ſe fuit corrũpere tentauit: quo ſenſu interpretanda eſt *dicta l. 2. ff. de conditione ob turpem cauſam*, quo circa hoc poſteriori caſu, licet iudex turpiter acceperit, cũ id facere non deberet propter honeſtatem legalem, non tamen iniuſte recipit: quia ſponte oblatum accepit, atque ideo ad acceptum reſtituendum ei, qui dedit, iudex non obligatur, nec etiam pauperibus ex obligatione aliqua, vel præcepto, ſed tantum ex conſilio, vt refert *Diuus Auguſtinus in dicto capite non ſane 14. quæſt. 5.* ibi, *facilius ea, quæ hoc modo adquiſierunt, tamquam ſua pauperibus largiuntur, quam eis, a quibus accepta ſunt, quam aliena reſtituat*, notat *Suarez de religione lib. quarto titulo de ſimonia capit. 59. numero 27.* quam interpretationem ſequitur *Farinatius de teſtibus quæſt. 67. num. 260.* cum ſequent.

12 Decimo, huic diſtinctioni valde obſtant verba eiuſdem *textus capit. non ſane 14. quæſtione 5. verſiculo ille autem ſolet, tamquam male ſibi oblatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit*, ponderando verbum illud *ille* quaſi relatiuũ illud ſupponat, etiam ſi ù volentibus pecunia detur, poſſe tamen repeti, contra diſtinctionem, & interpretationem ſupra adductam; ſed huic dubio reſpondendum eſt verbum *ille*, non referri ad clauſulam præcedentẽ, ſed ad ſubſequentem, ſcilicet, ad eum, qui iuſtum iudicium emit, quæ clauſula perſe ſtare, nec ad aliam referri oportet, ſed licèt prædicta interpretatio veriſsima ſit, videtur quidem non recte adaptari *ad textextum in dicto capite non ſane, & ad dictam legem ſecundã, ff. de conditione ob turpem cauſam*; quare congruentius diſtinctionis federe reſponderi poterit: aut enim aliquis pecuniam iudici dedit, vt non inique, aut iniuſte iudicaret, ſiue vt recte, vel iuridice ſententiam proferret, aut vero ſimpliciter in bona cauſa iudici pecunia data eſt, nulla expreſſa cauſa ob quam detur, ſcilicet, vt iuſte, aut iniuſte iudicet, ſed vt iudicet tantũ, vt pro ſe ſententiam ferat, priori caſu datum repeti poteſt, quia ex parte dantis nulla turpitudo fuit, cum expreſſe dederit, vt iudex in proferenda ſentẽtia, iuſte verſetur: ex parte tamẽ accipientis turpitudo non minima verſatur; quia accepit pro eo, quod alioquin gratis facere tenebatur, quo caſu repetitio locum habet *dicta l. 2. & l. final ff. de condictione ob turpem cauſam*, iuxta quem ſenſum accipiendus eſt *textus in dicto cap. non ſane in verſiculo iuſtum iudicium emit*, nam cum ex præſterit *iuſtum iudicium emit*, iniuſtum eſſet vt repetitio denegaretur: ſecundo vero caſu quando etiam in bona cauſa pecunia iudici præſtatur, vt pro ſe iudicet, ſiue tantũ vt iudicet, repetitio locũ habere non poteſt: quia etiam ex parte dantis turpitudo verſatur: nam quantum in ſe fuit iudicem corrumpere tentauit, videturque ipſum ſpe pretij fraudulenter iudicem ad fauorabilẽ ſententiam in vitalle: & ſecũdum hæc accipiendus eſt *textus in dicta l. 2.* in alia eius parte; *ff. de conditione ob turpem cauſam*, quæ quidem interpretatio comprobari poteſt *ex textu in l. final titulo 22. partita 3. & l. 52. titulo 14. eiuſdem partitæ*: quam interpretationem ſequitur *gloſſa verbo expectat in dicto cap. qui recte 11. quæſt. 3. Couar. in regula peccatũ 2. parte, §. 3. nu. 1. de reg. iuris lib. 6.* de qua re plura ſcripſit *Barb. in collect. ad decretum in dicto cap. non ſane 14. quæſt. 5.* Quam quidem interpretationem veriorẽ, & clariorem eſſe exiſtimo, licet aliter confuſe ſenſerit *Antonius Faber in rationali ad textum in dicta l. 2. ff. de conditione ob turpem cauſam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 Vndecimo aduersus ea, quæ communiter in præsenti notant omnes: videlicet, in foro conscieetiæ, licitum esse litiganti, ad redimendam vexationem, iudici, etiã publicũ stipendiũ habenti, dare aliquid tẽporale, vt pro se iusta sentiam ferat, quãdo imminet periculum certũ, aut verosimile, quod iudex eius iustitiam peruerteret, quod quidem ipse alia via euadere non poterat; notat *glossa verbo ille in dicto cap. non sane 14. q. 5. Abb. in præsenti n. 8. Couar. in dicta regula peccatum 2. parte, §. 3. num. 1.* cũ multis traditis à *Barbos. in collect. ad hunc textum num. 13.* obstabit dicere, quod alia remedia præter dictã pecuniæ, vel alterius temporalis muneris dationem, supersint ad redimẽdam hanc iudicis vexationem, nempe recusatio, vel appellatio, ac proinde dicta datio necessaria non est, & consequenter improbari debet; sed respondendum est, hæc iuris remedia non adeo esse certa in sui executione, imo in plurimũ esse in hoc respectu dubia, cum pendeant ex arbitraria probationum admissione, & ex alijs, quæ solent, cuiuslibet litis euentum dubium reddere: iuxta *textum in l. quod debetur 51. ff. de peculio*, quod cum ita se habeat, rationi consonat, vt aliud remedium quæratur, quod non ita dubium sit, sed adeo certum, vt iniquitas iudicis auferatur: Notat *Barbos. in præsenti num. 14.* qui etiam respondit ad *textum in dict. l. 2.* versiculo *sed si dedi ff. de conditione ob turpem causam in dicto num. 14.* apud finem.

14 Duodecimo, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes: videlicet, quod si iudex sordibus pretio accepto sententiam protulerit, adeo nulla est sententia, quod ab ea non sit necesse prouocare: iuxta textum *in l. venales, C. quando non sit necesse prouocare*, cum alijs supra traditis in confirmationem nostri textus, notat *Barb.* plures referens *in collect. ad nostrum textum nu. 11.* obstabit textus difficilis *in l. si per imprudentiã §. 1. ver sic. sordibus ff. de euictionibus*: vbi, si iudex per sordes emptorem condemnauerit, si res fuerit euicta; hoc est venditorem non teneri de euictione sententia, ita sordibus lata tenet, si ab ea non fuerit prouocatum. Cui dubio verissime respondendum est. *textum in dicta, l. si per imprudentiam versiculo sordibus, ff. de euictionibus*; nõ loquí quando sententia prolata est sordibus, hoc est, pecunia, seu alio munere accepto, dolo interueniente, sed tantummodo loqui, quãdo sententia prolata est, non contra ius scriptum, sed contra ius litigatoris, sordibus amicitiæ interuenientibus, hoc est; per imperitiam tantũ nullo pretio, seu dolo interueniente: quo casu si ab ea non sit prouocatum, cum non sit contra ius scriptũ, sed tantum contra ius litigatoris prolata, mero iure valet, vt supra retulimus *in 1. tomo in cap. 1. de sententia, & re iudicata.*

15 Decimo tertio, solutioni obstat *textus in dicta l. si per imprudentiã, in versiculo, aut quid refert sordibus iudex, aut stultitia res perierit*, ex quibus verbis constat, nullam differentiam versari, an iudex per stultitiam, seu imprudentiam, an vero per sordes iudicauerit, quæ verba destruere videntur omnia hucusque resoluta: sed in hac verborum contrarietate omissa nõnullorũ interpretatione. asserentium, verba illa mendosa esse, & non legenda cum illa dictione, *aut quid refert*, sed legenda esse *multum refert* an sordibus, vel stultitia iudicis res perierit: nã si sordibus pretio accepto nulla est sententia; si vero per imprudentiam valet mero iure, quæ interpretatio ex eo reijcitur: quia mendosa est, cum correctio iuris

iuris semper sit vitanda: *cap. cum ex-; pediat* cum vulgatis de electione quare ea omissa verissime est dicendum, verba illa absque mendo adhibito: *vt in pandectis Florentinis* legenda esse, hoc est, *aut quid refert*, quasi diceret, & sensus genuinus verborum esset, nihil referre, an sordibus, hoc est amicitiæ absque dolo malo, an vero per imprudentiam iudex iudicauerit, ad hoc tantum, quod sententia valeat, cum ab ea non sit prouocatum, vt venditor de euictione non teneatur, vt supra in decimo dubio retulimus.

16 Decimo quarto, prædictis obstat *textus* difficilis *in l. Labeo 3. §. 1. in fine ff. de receptis arbitris*: vbi, iudex arbiter gratia, vel sordibus corruptus, officio prætoris compellitur sententiam dicere; augetur difficultas ex eo, quod arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum: *l. 1 ff. eodẽ* præcipue quia idem Vlpianus illius textus auctor *in l. 9. §. sunt & alij eiusdem tituli* affirmat, quod si iudex arbiter sordibus sit corruptus, neutiquam potest compelli sententiam dicere; in quorum contrarietate verius est dicendum, plurimam differentiam versari inter eum casum, scilicet an iudex arbiter sit sordibus corruptus, vt sic male pronunciet, an vero ne pronunciet, qui si cogeretur pronunciare bene, & certe pronunciaturus esset; nam priori casu potius prædicti iudices sunt prohibendi ne iudicent, quam compellendi, vt iudicent, & ita est interpretandus *textus in dicta l. sed etsi 9. §. sunt & alij, ff. de receptis arbitris*; posteriori vero casu etiã si iudices sint corrupti, ne iudicent, cõpelli debẽt sententiã dicere, cũ potiꝰ præsumatur iuste quã iniuste sententiã ferre, & ita procedit *textus in dicta l. 9. §. final, ff. de receptis arbitris, l. 3. §. tameti 1. ff. eodẽ*, qua solutione retenta, non admitto, *Antonij Fabrij* doctrinam *in rationali ad textum in dicta l. 9. §. final* asserentis idem esse, ab sit corruptus iudex sordibus amicitiæ, vel inimicitiæ, cum fere semper simul coniugantur, & sic in vno decisum, in alio locum habere affirmat; quia vt supra diximus inter se plurimum differunt, & inter plurimas differentias ea est præcipua, quod si iudex sordibus pretio accepto sit corruptus, si sententiam protulerit, adeo nulla est ipso iure, quod ab ea non sit necesse prouocare: *dict. l. venales, C. quando prouocare non est necesse*, at vero, quando gratia, amicitia, vel inimicitia est prolata, tunc mero iure valet, cum tantũ ius litigatoris, non vero ius scriptũ; vel publicum lædatur: iuxta *textum in l. seruo 65. §. cum prætor, ff. ad Trebel.* cum à me traditis *in 1. tomo in dicto cap. 1. de re iudicata*; & de pœnis aduersus iudices, qui pretio accepto sententiam protulerunt; videndus est, *Richardus in principio instit. & fere per totum inst. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur*, & de legẽ Iulia repetundarum videndus est *Cuiacius, lib. 6. obseruationum cap. 18. & in l. 1. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit*, & an testis pro ferendo testimonio possit aliquid accipere, vel si sordibus pretio accepto sit corruptus, an eius testimoniũ admittatur, vel sententia, ita testibus corruptis prolata valeat, nec ne: videri oportet ea, quæ refert *Couar. in dicta regula peccatum de reg. iuris num. 2. &* quæ nos late supra scripsimus *in 1. tomo in cap. 1. de testibus*, quæ omnia in præsenti trahi poterunt, merito consulto omitto, ne videatur eadem sæpius conculcare, quod instituti nostri non est.

Ad textum in capit. vt clericorum mores 13. hoc titulo.

DE huius textus disputatione videri oportet, quæ infra dicemus *in cap. inhibendum 1. de cohabitatione clericorum & mulierum.*

Ad textum in cap. clerici 15. cap. ex literis final huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ab officijs, & commercijs secularibus maxime in honestis abstineri debent, & contra facientes si tertio moniti non desistunt priuilegium quoad bona amittunt.*

2 *Clerici à verbo Græco* Cleros *appellantur, quod verum latine* sors *dicitur, & ita sacerdotes clerici denominantur, quia à sorte Domini electi sunt.*

Duo sunt genera Christianorum, scilicet, clerici, & laici, eorumque nominis significatio proponitur.

Clerici à negociationibus secularibus se abstineri debent,

Puniri quis meretur in eo, in quo delinquit.

3 *Commercia, & contractus omnes à iure gentium introducti sunt.*

Naturale ius, nec à lege, neque à Principe mutari potest.

Commercia, & negociationes maximã vtilitatem reipublicæ conferunt.

4 *Exponitur textus in cap. decimas 8. de decimis.*

Monachis conductiones prædiorum permissæ sunt, & quomodo id intelligatur ibi exponitur.

5 *Interpretatur textus in l. 2. C. de Episcopis, & clericis.*

Tabernarij inter viles homines connumerantur.

Clerici per interpositam personam locationis nomine tabernam exercere poterunt.

7 *Illucidatur textus in l. 2. §. 1. ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium.*

8 *Clerici horfanorum tutelam gerere possunt.*

Explicatur textus in cap. Ciprianus 4. 21. quæst. 3. & conciliatur cum capite vltimo 86. dist.

9 *Expenditur textus in cap. generaliter 16. quæst. 1.*

Clerici immunes sunt ab omni munere tutelæ, siue testamentariæ, siue datiuæ.

10 *Clerici in sacris instituti, non possunt tabelionis officium exercere.*

Exponitur textus in cap. multorũ versiculo notarij gessit 32. dist: cap. per venerabilẽ in principio qui filij sint legitimi.

11 *Taciturnitas expresso consensui solet aequiparari.*

Clericus nec tacite, nec expresse poterit proprio foro renunciare.

Ecclesiasticæ personæ, & earum bona exempta sunt iure diuino à solutione gabellarum.

Pontifex licet ius diuinum mutare nõ possit: tamen poterit iusta subsistente causa aliud interpretari.

1 CONCLVSIO. Clerici ab officijs, & comertijs secularibus, maxime in honestis abstineri debent, contra autẽ facientes, si tertio moniti, non desistunt priuilegium clericale quo ad bona amittunt, consonat *textus in capit. clerici 15. cap. ex literis final. hoc titulo. Cap. contingit. 45. de sententia excommunicationis, cap. perpendimus eiusdem tituli cap. ex parte 27. de priuilegijs cap. negociator 88. dist. cap. quamquam de censibus lib. 6. element. final. eodem titulo, cap. ex parte de clericis coniugatis cap. 1. de apostatis cap. cum ab homine de iudicijs cap. transmissam 15. de electione, cap. 1. cap. sacerdotibus 2. capit. sed ne 4. capit. clericis 15. ne clerici vel monachi cap. vltimo 88. dist. cap. 1. 2. & 3. 14. quæst. 4. cap. 1. 2. & per totã 21. quæst. 3. cap. 1. hoc titulo lib. 6. element.*

ment. 1. eodem titulo concilium Carthaginense 6. cap. 17. Calcedonense, canone 3. Carthaginense 3. cap. 15. Arelatense 2. cap. 14. concilium Prouinciale Toletanum, cap. 18. Trident. sessione 22. de reformatione. cap. 1. l. 2. & 9. C. de Episcopis, & clericis l. 46. titulo 6. partit. 1. Explicant, & exornat *Diuus Tho. 2. 2. quæst. 97. art. 3. Albertus Trotius de Vero & perfecto clerico lib. 6. cap. 52.* cũ duobus sequentibus, *Alfonsus de Torres in tract. de statu clericorum 1. parte n. 137.* cũ sequẽtibus *Amaia*, in titulo, *C. de infamibus lib. 10. n. 76.* cũ sequentibus *Bernardus Diaz in praxi criminali in additionibus ad Salzedum cap. 69. Açor instit. moralium tom. 2. lib. 7. cap. 14. Nauarrus in manuali cap. 25. num. 111. Paz in praxi iuridiciali 1. parte tomo 1. capit. Vnico, num. 2. Menoquius de arbitrarijs lib. 2. casu 412. Couar. in practicis cap. 19. num. 8. Cuiacius ad decretales in capite à Crapula 14. hoc nostro* titulo cũ traditis à *Cenedo in collect. ad decretum collect. 37. num. 2.* cum sequentibus *Barb. in præsenti, & in dicto cap. final. hoc titulo, & in dicto cap. 1.* cum sequentibus *ne clerici, vel monachi seculoribus negotijs se immiscean Acuña in 1. decreti parte in capit. final 86. dist. & in cap. 1. cum alijs 88. dist. Azebedo in l. 3. tit. 1. lib. 6. comp.*

2 Ratio est: quia cum duo sint genera Christianorũ teste *Diuo Hieronymo in cap. duo sunt 12. quæst. 1.* alterum diuino officio mancipatum, & Dei contemplationi deditum, quales sunt clerici, qui ita dicũtur à verbo Greco *cleros*, quod Latine est *sors*: quia de sorte Domini sunt *cap. cleros 21. dist.* alterum vero seculo mandatum, quales sunt laici sic dicti à verbo Greco *laos*, quod Latine *populus est*, quibus permissum est vxores ducere, terras colere, causas agere, & similia: *dicto c. duo sunt* merito expedit vt clerici, qui Deo militare dicũtur à negociationibus secularibus se abstineant, iuxta illud *Pauli ad Chorinthios c. 2.* ibi, *nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus*: nam cum clericorum officium consistat in immolatione, & consecratione corporis Christi, & in oratione pro populo, atque in alijs diuinis ministerijs: *dicto cap. cleros 21. dist. cap. per lectis 25. dist.* in honestum nimis esset, clericum in causis secularibus occupari: quæ res ipsum vilem redit, & reuerentiam sacerdotalem minuit, vt testatur *Diuus Gregorius in cap. perlatum 88. dist.* merito iure optimo in textu nostro, & iuribus supra adductis reperitur dispositum, clericos totaliter abstineri debere ab officijs, & commercijs secularibus, maxime in honestis, transgresoresque puniri pœnis supra traditis, quia in eo quis meretur puniri, in quo deliquit, *cap. literas de temporibus ordinandorũ*, quas omnes pœnas sacrosancta *Tridentina synodus* confirmauit iubens, vt quæ à Summis Pontificibus, & sacris œcilijs de clericorum vita, & honestate salubriter sancita fuerint, eadem imposterum ijsdem pœnis, vel maioribus, arbitrio ordinarij imponendis obseruentur, vt constat *ex dicto concilio sessione 22. de reformatione capite 1.*

3 Primo, obstabit dicere, quod commercia, & contractus omnes à iure gentium introducti sunt *l. ex hoc iure 25. ff. de iustitia & iure, §. ius autem gentium inst. de iure naturali*: ac per consequens iure naturali; siquidem ius gentium nihil aliud est, quã quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit *l. omnes populi 9. ff. de iustitia & iure* notat *Donellus lib. 1. comment. cap. 7.* at sic est quod ea, quæ iuris naturalis sunt, neq; à lege, nec à Principe toli possunt, *l. eas obligationes 8. ff. de capitis diminutione l. ubdicatio 6. C. de patria potestate 9. sed naturalia inst. de iure naturali cap. sunt quidam*

25. q. 1. ergo nullatenus prohiberi potest clericis, quod cõtratibus, & commercijs iure gentium introductis vtantur: præterea, quia commercia, & negociationes maximam vtilitatem reipublicæ conferunt non tat *Bartolus in l. ambitiosa, ff. de decretis ab ordine faciendis, num. 28. Albericus in rub. C. de commerciis, & mercatoribus*; atque ideo non recte in præsenti docemur, clericos à commercijs, & negocijs abstineri debere; verum huic dubio respõdendum est, in specie nostri textus, clericis non prohiberi vti commercijs, & negocijs iure naturali, & gentium ad humanã societatem & communem vitam introductis, sed tantum prohiberi vti illis, quibus lucrandi causa vtuntur: nam cum iure gentium contractus, introducti fuissent vsu, & humana necessitate exigente dicto §. *ius autem gentium*, & cæteri, qui extra hanc causam lucrandi gratia fiunt, clericali ordini indecentes sint, vt supradiximus in decidendi ratione, ex illo iure positiuo nihil factum videtur cõtra ius naturale, neque simiiter ex hac prohibitione aliquod damnum reipublicæ resultat: nam et si verum sit, contractus, & commercia vtilitatem maximam illi afferre, vt sentit *Bartolus vbi supra*, hæc vtilitas ex nostri textus decisione non impeditur: siquidem per laicos exerceri solent, quorum officium patitur, vt similibus vtantur negotijs, *dicto cap. duo sunt 21. quæst. 1.*

4 Secundo, obstat *textus in cap. dilecti 8. de decimis*, ex cuius decisione colligitur, prædiorum cõductiones monachis non esse prohibitas: & tamen certum est, cõditiones prædiorum inter commercia, & officia secularia connumerari, & clericis prohiberi, *dicto cap. vlt. 86. dist. dicto cap. 1. ne clerici vel monachi, cõcilij Calcedonense canone 3. concilium Carthaginense 3. dicto canone 15* ergo si *in dicto cap. dilecti 8. de decimis* conductiones prædiorum monachis permittũtur, multo magis clericis permitti debent; argumento *textus in cap. sed nec 4.* in fine *ne clerici, vel monachi*: sed respondendum est, *textum in dicto cap. dilecti 8. de decimis* parum obstare: quia procedit casu, in quo ipsa met necessitas monachos cogit, aliena predia conducere, cum propria non sufficerent: quo in casu licitum est, tam illis, quam clericis prædia conducere, notat glossa *in dicto cap. dilecti, de decimis, cap. vltimo verbo conductiones 86. dist. m. Acuña in 1. decreti parte in dicto cap. final 86. dist. num. 1.*

5 Tertio, obstat *textus in l. 2. C. de Episcopis, & clericis*, ex cuius decisione constat, licitum esse clericis ergasterijs, & tabernis vti, quod nihil aliud est, quam habere quascumque officinas ad vendendum, & emendum, quæ omnia tabernæ appellatione continentur *l. tabernæ, ff. de verb. significatione, vbi Rebuffus l. qui tabernas, ff. de contrahenda emptione*, ergo si *in dict. l. 2. C. de Episcopis, & clericis* est permissum tabernas habere, facilius eis deber permitti cõmercium in exteris negociationibus secularibus: in cuius textus difficultate verissime est dicendum, clericis esse permissum, tabernas, & ergasterium exercere, iuxta *textum in cap. nulli 3. 44. dist.* vbi late *Acuña, Gutier. lib. 2. canonicarum quæstionum cap. 4. nu. 68.* Neque obstat *textus in dicta l. 2. C. de Episcopis, & clericis*: nã *glossa in cap. negociationem 9. 88. dist.* duas refert interpretationes, prima est, illius textus decisionem procedere iure ciuili attento; secus vero est dicendũ de iure Pontificio ex *dicto cap. nulli 3. 44. dist.* secunda est, habere posse tabernas propter necessariam, & honestam negociationem, de qua est intelligẽdus *textus in dict. l. 2.* quam secutus est *Turrecremata in dicto capit. nulli.*

6 Quarto, solutioni obstabit dicere, nã quomodo clericis potest dici honesta illa negociatio, cum hoc nomẽ taberna accipiatur pro ea, in quà vinum, & similes res venduntur, & tabernarij inter vilissimos homines connumerentur: *l. humilem C. de incestis nuptijs l. 1. C. de naturalibus liberis*, notat *Acuña in dicto cap. nulli 44. dist.* qua de causa non solum exercitium, verum etiam, & ingressus clericis est prohibitus *in dicto cap. nulli 44. dist.* cui difficultati respondendum est, distinctione adhibita inter casum, quo ipsa persona personaliter tabernam administrat, & inter eum quando alijs locat administrationẽ: primo casu nullatenus clericis est permissum, & ita intelligendus est *textus in dicto cap. nulli*: in secundo vero eis permittitur propter necessariam negociationem, cum iam cesset indecentia illa, & ita est interpretãdus *textus in dict. l. 2. C. de Episcopis, & clericis*: Notat *Acuña in 1. decreti parte in dicto cap. nulli 3. 44. dist. nu. 1. Dominicus in cap. 1. hoc titulo lib. 6.* de qua re late *Salcedus in praxi c. 55. litera A.*

7 Quinto, solutioni obstat *textus in l. 2. §. 1. ff. de administratione rerũ ad ciuitatem pertinentium*: vbi apparet, quod quando alicui est prohibitum aliquod officiũ exercere, illud etiam, neque per interpositam personam exercere poterit, cui dubio distinctione adhibita subueniẽdum est, nam multum interest inter prohibitionem alicuius officij ita, vt neque perse, neque suo nomine per interpositam personam propter publicam vtilitatem exerceatur, & inter prohibitionem factam ratione sordidi exercitij, personæ Ecclesiasticæ indecens: nam primo casu non potest per interpositam personam fieri, vt contingit in contractibus fœneratitijs, vel in locatione, quo ad publica prædia, quæ locatio decurionibus, & senatoribus prohibita est; & ita est interpretandus *textus in dicta l. 2. §. 1. ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium*, iuxta *textum in l. vnica Codice quibus ad cõductionem prædiorum fiscalium accedere non licet lib. 11*: at vero nos loquimur secundo casu, quãdo sordidi exercitij actus est in honestus; & prohibitus propter personam: quia tunc per interpositam exerceri potest, cum tũc cesset iam ratio indecentiæ personæ: argumento *textus in clementina 1. hoc titulo.*

8 Sexto, aduersus ea, quæ in præsenti notãt omnes, & docet *Calcedonense concilium* relatum *in cap. vltimo 86. dist.* videlicet, clericos posse orfanorum tutelam gerere: obstat *textus in cap. Ciprianus 21. quæst. 3.* vbi absolute prohibetur clericis, ne tutelam, vel curam assumere possint: sed respondendum est, textum illũ loqui de tutela, seu cura testamento relicta, quæ omnino clericis est prohibita. *Authentica de sanctissimis Episcopis §. Deo autem amabiles. Authẽtica presbyteros 31. C. de Episcopis, & clericis*: Notat *Acuna in 1. decreti parte in dicto cap. vltimo 86. dist. num. 6*: at vero *concilium Calcedonense. In dicto cap. vltimo 86. dist.* procedit in tutela, seu legitima cura, vt constat ex verbis illis *nisi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas*, cuius legitimæ tutelæ administratio illis nõ est prohibita: Notat *Agor parte 2. lib. 3. c. 7. quæst. 1. Acuña in dict. epit. final. 86. dist. num. 7.* cum sequentibus.

9 Septimo, solutioni obest *textus in cap. generaliter 16. quæst. 1.* vbi in principio cauetur, clericos immunes esse debere ab omni tutela, siue testamentaria, siue legitima, siue datiua: quod dubium dilues, si dixeris,

in dicto cap. generaliter 16. *quæst.* 1. tã tum caueri ; clericos cogi non posse recipere aliquam tutelam: possunt tamen, si velint legitimam recipere, vt in *dicto cap. vltimo* 86. *dist. authenti ca de sanctissimis Episcopis*, §. *Deo autẽ collatione* 9. Notat *Açor parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *quæst.* 1. *Acuna in dicto capit. final* 86. *dist. num.* 7. cum sequentibus: quod quidẽ priuilegium est clericorum, qui possunt succedere agnato legitimo abintestato, & tamen non possunt cogi tutelam accipere contra regulam textus, *in cap. quo tutela, ff. de regulis iuris*, §. 1. *institutæ de legitima parentum tutela*, Notat *glossa in dicto cap. vlt.* 86. *dist.*

10 Octauo, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet clericos in sacris constitutos, nõ posse tabellionis officium exercere iuxta *textum in cap. sicut te* 8. *ne clerici, vel monachi*, docet *Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea* 147. *Conarru. In practicis, cap.* 19. *num.* 8. *Salcedo in praxi cap.* 58. cum traditis à *Barbos. in dicto cap. sicut*; obstabit *textus in capit. multorum Versic. Notarij gessit officium* 32. *dist.* ex cuius textus decisione constat, clericum in sacris constitutum posse Tabellionis, & Notarij exercitium genere. Augeturque difficultas *ex textu in capit. per Venerabilem in principio qui filij sint legitimi* vbi is, qui in sacris est cõstitutus potest causam laicorum procurare, quod est omnino contra decisionẽ textus *in cap. sed neque procurationes* 4. *ne clerici, vel monachi*: sed respondendum est, clericos in sacris constitutos non posse tabellionis officium exercere in causis ciuilibus, vel criminalibus laicorum ex *dicto cap. sicut* 8. neque obstat textus *in dicto capit. multorum* 32. *dist.* quia procedit in causis spiritualibus, decimalibus, vel matrimonialibus, & similibus; vt recte animaduertit *Acuña in* 1. *decreti parte in dicto cap. multorum* 32. *dist.* Ita similiter est interpretandus textus *in dicto cap. per Venerabilem* in principio, *qui filij sint legitimi*, in quo simili ter est distinguendum inter procuratorem generalem ad causas ciuiles, & inter procuratorem datũ specialiter ad vnam causam matrimonialem, seu spiritualem: in primo casu est intelligendus textus *in dicto capite, sed neque procurationes* 4. *ne clerici, vel monachi*: in secundo vero est interpretandus textus *in dicto cap. per Venerabilem in principio, qui filij sint legitimi*, Notat *Salcedo in praxi ad Bernardum Verbo ministri iudicorum, ac in rebus eorum procuratores, & Verbo villarũ procuratores suscipientes.*

11 Nono, aduersus ea, qnæ textus noster refert: videlicet quod si clericus sit tertio admonitus, vt à negociationibus, & oficijs laicalibus desistat, & non desistit ipso facto amittit priuilegiũ clericale, & eius bona constitutionibus secularibus subijciuntur, obstabit principiũ illud, quo docemur, quod taciturnitas expræsso consensui solet æquiparari: *l. de quibus ff. de legibus capit. qui tacet de regulis iuris lib.* 6. *l. qui quærtam* 15. *ff. delegatis* 1. sed expręsso consensu non potest est clericus propter præiudicium ordinis clericalis propio renunciare foro *cap. si diligenti de foro competenti*: ergo à fortiori propter eandem rationem, neque per tacitum poterit. Pro cuius dubij solutione adnotandum est, priuilegium clericale, qualecumque sit, siue personam tantum clerici respiciat, vt canonis priuilegium, siue bona, & personam simul, vt fori priuilegiũ de quo *in dicto cap. si diligenti* nullo pacto, nulla conuentione, nulloque contractu potest à clericis renunciari, *dicto cap. si diligenti cap. contingit de sententia excommunicationis*: quia non tantum in fauorem clericorum, quã toto

toto ordini clericali fuit concessũ. *Dicto cap. si diligenti*, & ius publicum priuatorum pactis infirmari non potest: *l. ius publicum, ff. de pactis*, *l. neque ex prætorio, ff. de regulis iuris*: quo in numero etiam refertur immunitas Ecclesiastica, per quam personæ ecclesiasticæ, & earum bona immunitate, atque exemptione gaudent ita, vt nulla collecta, tributum, exactionem, gabellam, vel aliud simile onus teneãtur laicis persoluere *iuxta textum* celebrem *in cap. non minus de immunitate Ecclesiarum cap. quãquã de censibus lib.* 6. Neque obstat textus noster. & textus *in cap. de apostatis, & textus in cap.* 1. *hoc titulo lib.* 6. vbi clerici tacite renunciare videntur huic prærogatiuæ, atque ideo taciturnitas illa videtur esse melioris conditionis, quam expræsus consensus: quia respondendum est, quod quoties clerici hoc clericale priuilegiũ amittunt, non ipsi sunt, qui renunciant, sed ipsa lex Pontificia ob suorum delicta illos facit indignos tali priuilegio ex rationibus perpensis in decidendi ratione: quæ resolutio comprobatur ex textu *in cap. Oduardus de solutionibus*: vbi clericus pauper priuilegio paupertatis non gaudet si malitiose in iudicio debitum negauerit.

12 Decimo, solutioni obstabit dicere, quod Ecclesiasticæ personę, & earum bona iure diuino exempta sunt à solutione gabellarum, & alijs quibuslibet exationibus: *cap. quãquã de censibus lib.* 6. sed ius diuinum lege Pontificia mutari non potest: *capit. sunt quidam dicentes* cum vulgatis 25. *quæst.* 1. argumento *textus in cap. final de consuetudine*: ergo neque Pontifex decidere poterit, vt clericus, etiam contumax amittat priuilegiũ clericale, vt de eius bonis gabellam soluat: pro cuius dubij solutione discuti solet, an clerici, & eorum bona sint exempta à iure diuino, vel positiuo à potestate seculari, quam discutiemus in titulo de immunitate Ecclesiarum: tamen breuitatis causa affirmatiuam tenendo respondeo, quod licet Pontifex ius diuinum mutare non possit: tamen poterit iusta subsistente causa interueniẽte illud interpretari: Notant *Doctores* omnes *in dicto cap. sunt quidam dicentes*; nam lex, quæ prærogatiuam, & priuilegium concedit, non intelligitur concessisse clericis criminosis, ob quorum delicta indigni efficiuntur, & an citatio sit necessaria, & de interpretatione ad textum *in cap.* 1. *hoc titulo lib.* 6. qui obstat *textui* nostro, videndus est, *Panormitanus consilio* 6. *in fine, Salcedus ad Bernardum dicto capit.* 55. *litera* A. *Imola in præsenti numero* 3. *Parladorius rerum quotidianarum, cap.* 3. §. 1. & quo ad clericorum vestes videndi sunt *Ordinarij* omnes *in præsenti, & in clementina* 2. *hoc titulo* vbi late *Zabarela, Salcedus in praxi ad Bernardum, cap.* 75. *Barbosa in collectaneis ad textum in dicta clementina* 2. *& in remissionibus ad concilium Trident. sessione* 14. *de reformatione cap.* 6. in fine & *sessione* 22. *de reformatione cap.* 1. post principium, *Nauarrus in manuali cap.* 27. *numero* 110.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cohabitatione clericorum, & mulierum tit. 2.

Ad textum in cap. inhibendum 1. cap. si quisquam 2. cap. sicut 4. & 5. cap. si autem 6. cap. à nobis 9. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectã de incontinentia, etiam si sit mater, vel alia cõsanguinea.*

2 *Clerici, & spirituales viri fœminarum consortium effugere debent.*

Clerici nõ solum à malo, sed etiam ab omni specie mali abstinere debent.

Templorum vasa, & Dei ministri mundi esse debent.

Officium clericorum consistit in frequẽti oratione.

Clerici in conspectu Dei puro corde, & mundo corpore ministrare debent.

Periculosa est sexuum commixtio.

Fœminæ ad altare accedere prohibentur.

3 *Ad concordiam reducitur textus in cap. 1. cum cap. penult. de cohabitatione clericorum, & mulierum.*

4 *Interpretatur textus in cap. quorũdam 1. 34. dist.*

Patres cum illis cõcubuisse plura exẽpla traduntur.

5 *Opponitur textus in cap. volumus 24. 81. dist. & ad concordiam reducitur cum cõcilio Agatensi, cap. 16. & 17. relato à Gratiano in capit. Episcopus 6. 77. dist.*

Maritus ad sacerdotium consentiente vxore promoueri potest, & quomodo id intelligatur, ibi late exponitur.

6 *Expẽditur canon 59. Apostolorum, & eius verba referuntur.*

Continentiæ lex sacerdotibus statuta ab Apostolis deribatur.

Sacerdotes olim domi vxores, vt sorores retinebant; separata tamen cohabitatione, ita vt de incontinentia suspectæ non essent.

Exponitur concilium Turonense capit. 14.

7 *Illustratur textus in cap. Nicæna synodus 12. 31. dist. & conciliatur cum Nicæna synodo cap. 3.*

Ecclesiæ Græcæ tempore sacerdotibus permissum erat cum vxoribus antea habitis cohabitare.

8 *Declaratur textus in cap. interdixit. 32. dist.*

Vxor sub introducta quæ dicatur.

1 CONCLVSIO, quæ ex his omnibus iuribus communiter deduci solet, sic se habet: clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater, vel alia cõsanguinea, quæ conclusio, licet singularis sit, tamen comprobari potest *ex dicto cap. 1. cap. si quisquam 2. cap. à nobis, cap. super eo, cap. si autem* cum alijs *hoc titulo, cap. cum in iuuentute de præsumptionibus, cap. clericus 20. cap. sed & si 21. cap. volumus 24. capit. legitur 25. cap. in omnibus 26. cap. cum omnibus 27. capit. non oportet 28. cap. Archidiaconum 29. ca. quidam clerici 30. cap. fœminas 31. 31. dist. cap. interdixit, cap. hospitiolum 32. dist. cap. quorundam 34. dist. cap. vt clericorum 13. de vita, & honestate clericorum, cap. si concubinæ de sententia excommunicationis, cap. cum in iuuẽtute de purgatione canonica, concilium Illebiritanum, cap. 8. & 27. Gerundense, cap. 7. Illeudense canone 5. Toletanum 2. canone 3. Toletanum 4. cap. 41. Hispalense 1. canone 3. Bracarense 3. canone 8. Arelatense 2. canone 7. Agatense canone 10. & 11. Turonense 1. canone 49. Turonense 2. canone 10. & 11. Maguntinum 1. sub Carolo canone 49. & aliud Maguntinum sub Arnulfo canone 10. Aquisgranense sub Ludouico Augusto canone 39. Nicænum 1. canoni 3. Carthaginense 4. cap 10. & 46. Carthaginense 3. canone 25 Hispalense 1. cap. 3. Bracarense, cap. 3. Matisconense 1. cap. 3. Tridentinũ sessione 25. de reformatione, cap. 14. Diuus Paulus ad Corinthios 5. & 6. & ad Galathas 5. Apocalipsi, cap. 21. ex Thobia capit. 4. Diuus Hieronymus Epistola 11. ad Ageruchiam, cap. 5. & Epistola 4. ad Rusticum monachum, cap. 2. Diuus Gregorius lib. 3. dialog. cap. 7. & cap. 32.* quibus accedunt de Iure Cæsareo *l. eum, qui 19. codice de Episcopis, & clericis, §. presbyteris 29. collatione 9.* de iure regio, *l. 37. & 48. titulo 6. partita 1.* exornant, & illustrant vltra antiquiores in præsenti, *Mendoza lib. 2. ad concilium Illiberitanum, cap. 53. Thomas Sãchez lib. 7. de matrimonio disp. 52. num. 5. cum sequẽtibus, Anastasius Germonius lib. 2. animaduersionũ cap. 15. & 18. & lib. 1. cap. 11. Basilius lib. 7. de matrimonio, cap. 26. num. 5. & in eodem lib. cap. 54. per totum, Petrus Gregorius lib. 1. partitionum titulo 21. cap. 1. littera E. & lib. 1. titulo 9. cap. 8. duplici littera C. C. Cuiacius lib. 2. obseruationũ cap. 19. Menochius de præsumptionibus præsumptione 16. idem de arbitrarijs lib. 2. casu 418. Riginaldus in praxi forma lib. 30. tract. 3. numero 18. Nauarr. in manuali cap. 25. num. 100. Acuña ad primã decreti partem in cap. quorundam 1. 34. distinct.* & in omnibus iuribus supra adductis *in 32, 33-34, & 81. distinct. Pichardus in manuductionibus ad praxim litera C. verbo concubinatus Bobadilla in politica lib. 5. cap. 3. n. 122. Ferdinandus Arias ac Mesa. lib. 3. variarũ resolutionum capit. 38. fere per totum,* cum traditis à *Barbos. in collectaneis ad nostrum textum.*

2 Ratio est: quia clerici, & spirituales viri fœminarum consortiũ, & familiaritatem effugere debent, cum non solum à malo, sed ab omni specie mali, & ab illicitis abstineri debent: *capit. cum ab omni de vita, & honestate clericorum*; vt sic mundi

valeant ad domum Dei manus: cum sit scriptum *S. nolite fleri quoniam sanctus ego sum Dominus Vester capit. oportet 23. dist.* siquidem non tantum templorum vasa, verum etiam personæ, & Dei ministri mundi esse debent: *cap. 2. de custodia Eucharistiæ* præcipue cum officium clericorum cõsistat in frequenti oratione, qui sub Ecclesiastica regula bonis moribus viuere debent, vt sic sua opera, non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus, licita appareant: *cap. duo sunt 12. quæst. 1. concilium Lateranense sub Leone 10. sessione 9. de reformatione curiæ, & aliorum Versic. concubinarij*: siquidem miserabile est, ac Christianorum oculis intolerabile eos, qui Ecclesiæ moribus, vitæque integritate illustrare debent, ipsam Dei domũ carnis immũditijs, cũ toti[9] clericalis ordinis dedecore impudẽter cõtaminare, ac quasi posse Iũfacere: siquidẽ in cõspectu omni potentis Dei puro corde, & mundo corpore valeant administrare *capit. Vt clericorum mores 13. de vita & honestate clericorũ* cũ periculosa sit sexuũ commixtio *cap. mulieres de iudicijs lib. 6.* vnde *D. Hieronymus ad Nepotianũ de vita clericorum* scribens ita ait: *hospitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant, quia non potest ito corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur, fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit: nũquam deformis mulierum despexes, fœminæ nomen tuũ nouerint: vultũ nescias, Fœminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia, si bonum est mulierem non tangere: malum est ergo tangere*, quæ Hieronymi verba referuntur *in cap. hospitiolum 32. distinct.* qua de causa conuersationes, & cõfabulationes fœminarum maxime suspectarum sacerdotibus prohibentur, vt excludatur omnis nefanda suspitio, *cap. in omnibus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus 26. cap. siquisquam, cap. ad reatum 81. dist, capit. is igitur 9. viduarum 23. dist. cap. 2. hoc titulo, & ea de causa sacris canonibus prohibitum est, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, *cap. 1. de vita, & honestate clericorum*: vbi plura de hac re scripsimus, & similiter etiam si consanguinea sit, ab earum consortio debent se abstinere: quia instigante diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur: vnde legitur apud *Beatum Augustinum lib. 7. epistolarum epistola* 39. quod sanctus ille, neque cum sorore habitare cõsueuit dicens: *quæ cũ sorore mea sunt, sorores meæ non sunt*, vt refertur *in cap. loquitur* 23. 81. *dist.*

3 Primo, conclusioni supra adductæ valde obstat *textus in cap penultimo huius tituli*: vbi Innocentius tertius illius textus auctor permittit clericis habitare cum cõsanguineis, in quibus naturale fœdus suspicari non possit: ergo clericus matrem in domo retinere poterit: cum in ea naturale fœdus suspicari non possit, tum propter naturalem reuerentiam matri debitam, tum etiã propter senectutem, & decrepitatem: vt bene animaduertit *Abbas in præsenti numero* 3. in fine: in qua iurium contrarietate *Cuiac. in posthumis ad nostrũ textum, & lib. 2. observationũ cap.* 29. asserit, textum nostrum loqui tantum in Episcopis, quibus etiam prædictæ mulieres prohibitæ sunt: at vero textũ in dicto *c. penultimo* tãtũ procedere in sacerdotibus, quibus matres domi retinere sacri canones permittunt, pro qua iuuanda solutione plures rationes refert locis supra citatis, quas consulto omitto: sed hæc Cuiacij interpretatio aperte conuincitur ex *Concilio Nicæno cap.* 3. relato *in cap. interdixit* 16. 32. *dist.* ex quo cauetur, tam Episcopo, quã presbytero permissum esse matrem, aut sororem in domo retinere: quare omissis plurimis interpretationibus, quas refert *glossa in præsenti verbo canones Abbas num.* 3. *Menochius de præsumptionibus lib.* 5. *præsumptione* 17. *num.* 9. veriorem esse existimo, quã refert *Anastasius Germonius lib. 2. animaduersionum, cap.* 18. dum asserit, illã *Nanatensis Concily decisionem relatam in cap. 1. hoc nostro titulo* fuisse editam ex eo, quod paulo ante quam concilium illud celebraretur, forte contingeret, vt aliquis cum matre, vel sorore aliqua fuisset apprehensus: qui casus causam recedendi ab antiquis canonibus, & nouam condendi legem præbuit: vt in dicant illa nostri textus verba ibi: *quia instigante diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur*: verum quoniam bono legislatori semper curæ est occurrere illis, quæ plerunque accidunt; non illis, quæ raro *l. neque leges, ff. de legibus*: ideo *Innocentius 3. in cap. à nobis penult. hoc titulo* antiquioribus in hærens canonibus generaliter clericis consulere maluit, vt cũ his habitare possint, in quibus natura quoddammodo nefarias libidinum contumelias, turpitudinesque repressit, item matribus, & consanguineis: nam cum mortui mundo clerici dicantur solacij loco est illa cum matribus, & sororibus habitatio, argumento *textus in l. iure, ff. de iure dotiũ*: vnde apparet, constitutionem relatam *in nostro cap. 1.* adhuc pro consilio commode retineri posse: siquidem legitur *Beatum Augustinum in dicto cap. legitur* 81. *dist.* Neque cum sororibus habitare voluisse propter mulieres, quæ cum sorore habitabant: quam quidem Anastasij Germonij interpretationẽ sequutus est *Barbosa in collectaneis ad nostrum textum numero* 3.

4 Secundo, obstat textus *in cap. quorundam* 1. 24. *dist.* quo loci Lanfredus Episcopus à familiaritate, & con-

uersatione filiæ suæ arcetur, & sub excommunicationis, & suspensionis pœna cogitur abstinere: igitur neque cum mulieribus, in quibus naturale fœdus nihil permittit sui criminis suspicari, sacerdos poterit habitare: sed respondendum est, quod licet clerici possint ex sacrorum canonum permissione cum illis fœminis habitare, quæ omnem effugiunt suspitionem, hoc est, cum matre, filia, vel sorore, eo quod cõiuctio sanguinis omnem delicti præsumptionem tollat, atque impediat, ne inuicem fornicationis, seu incestus crimen committatur: tametsi simul habitent: vt probat *textus in dicto cap. interdixit* 32. *dist. cap. à nobis* 9. *hoc titulo cap. cum in iuuentute de præsumptionibus*: notat *Menochius* plures referens *lib. 5. de præsumptionibus præsumptione* 7. per totum: tamen clerici, qui qualem qualem habent suspitionem, à mulierum conuersatione omnino debent abstinere, quamuis sint matres, filiæ, vel sorores cũ inuenti aliquando fuerint, qui diabolica suggestione incestus, & stupra cõmiserunt: vt constat ex textu nostro, & ex traditis à *Valerio Reginaldo in praxi fori pœnitentialis lib. 30 tract. 3. num.* 18. vnde cũ Lanfredus Episcopus in specie *dicti capitis quorundã* cum filia sua immoderatam teneret familiaritatem, & ob id mala fama exorta esset: quia iuuenis erat, & iuuenibus desiderijs occupatus, & nulla grauitate constringebatur; quare ab Albino Episcopo, & cæteris coepiscopis suis cõmonitus, atque correctus fuit, sed nullatenus emendatus, & ideo magis, ac magis de se deteriorem opinionem reddebat, merito illi præcipitur, quatenus ab immoderata filiæ suę familiaritate semet omnino coerceat, & si prouitanda filię conuersatione obedire distulerit, ex cõmunicetur: & si contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare debebit. Notat *Suarez de censuris disp. 23. sect. 1. num. 2.* cũ sequentibus: nã quandonimia adest inter patrem, filium, fratrem, & sororem familiaritas, mala insurgit præsumptio, & conuersatio, tũc prohiberi debet: siquidẽ satis cognita sunt plura exempla patrum, qui cũ filiabus nefandam libidinem exercuerunt, legitur *genesis cap.* 19. Lot cum filiabus cõcubuisse, Lenarius Cipriorũ Rex rem habuit cum filia Myrha, & ex eo concubitu suscepit Adonidem: autor est *Plutarchus, cap.* 44. & 38. ita etiã legim⁹ per sæpe euenisse, quod filius matre violauerit: testatur *Ouidi⁹ lib. 7. Metamorpho.* Itaq; fratres, & sorores incestus, stupraq; comisisse nõ semel obseruatu esse legim⁹ *lib. 3. Regũ c.* 13. siquidẽ Amõ fili⁹ Dauid Amar sorore sua lõge speciosissima morbo simulato ad se vocatã cõtriuauit, cum igitur tot inuentiant, qui instigãte diabolo incest⁹, & stupra commiserint: vt constat ex textu nostro ideo optimo iure, si suspitio qualis qualis in clericis, & sacerdotibus sit, fœminarum habitatio coercetur, & earum cõmunicatio vitari debet: vt *in dicto c. quorundã* 34. *dist.* quẽ sic exponit, & exornat *Menoch. dicto lib. 5. de præsumptionibus præsumptione* 17. *nu.* 8. & ante eum *Albericus in l. eum, qui C. de Episcopis, & clericis Archidiaconus in c. interdixit.* 32. *dist.*

5 Tertiò, prædictis valde obstat *tex. in c. volumus* 24. 81. *dist.* vbi Gregor. scribit Simaco defensori *lib. 1. regula. indictione 9. epist.* 50. vt sacerdotes prohiberi debeat, ne cũ mulierib⁹ cõuersetur, excepta, dũtaxat matre, sorore, vel vxore quę casse regẽda est: ex quo decreto deducitur, sacerdotẽ nõ solũ matrẽ, & sororẽ, verumetiam vxorẽ posse in domo retinere, & cum ea habitare: quæ Gregorij epistola valde difficilis redditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex concilio Agatensi cap. 17. quod refert Gratianus in cap. Episcopus 6. 77. distinct. vbi si coniugatus iuuenis cõsenserit ordinari vxoris voluntas, ita requirenda est, vt sequæstrato mansionis cubiculo, & religione promissa, postea quam pariter conuersa fuerit, ordinetur: & ita expresim docet, virum ad sacerdotium promotum vxoris intercedente consensu admittendum esse; iuxta textum in capite coniugatus de conuersione coniugatorum, neque posse cum ea in eadem domo habitare, cum non nisi sequæstrato mansionis cubiculo, & promissa religione ab vxore possit vir eius sacris insigniri ordinibus: igitur minus recte in dicto cap. Volumus scripsit Gregorius vxoris cohabitationem interdictam non esse viro sacerdoti, de cuius licencia ad eum ordinem promotus fuit. Cui difficultati, vt satisfaciãt, nunnulli existimãt dicti capitis Volumus decisionem referẽdam esse ad antiqua tempora, quibus sacris iniciati licite vrebantur matrimonio ante inito, quos refert Turrecremata in dicto cap. Volumus numero vnico: sed eos iure optimo reprehendit eo quod verba illa in dicto capit. Volumus ibi, quæ caste regenda est, aperte aduersentur huic expositioni: siquidem demonstrant vxorem caste regendam esse: quare ea reiecta prohorum canonum amica concordia animaduertendũ est, quod quẽadmodum maritus licite non potest ingredi religionem, nisi vxor quoque pariter conuertatur, cap. Vxoratis, cap. cum sis cap. ad Apostol ca. de conuersione coniugatorum cũ alijs cõgestis à Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 32. cũ sequentibus, nisi senex fuerit, & de incontinentia non suspetã: nam tunc ea in seculo remanente cum voto castitatis potest vir religionem profiteri, cap. Agatosia 27. quæst. 1. cap. 1. de conuersione coniugatorum, ita etiam non potest vir sacros suscipere ordines, nisi eius vxor pariter cõuersa sit si iuuenis esset & de incontinentia suspecta: vt probat textus sic intelligẽdus in dicto c. coniugatus de conuersione coniugatorum: & si est senex non suspecta de incontinẽtia, sufficit votum ipsius in seculo manẽtis: & ratio manifesta est, quia si vxor iuuenis professi compellitur ingredi religionem, fortius vxor illius qui ad ordines promouetur cõpelli debet, cum facilius possit clericus secularis vxorem incutere, & cõseruato pristino amore ea familiariter vti, & ita periculo incõtinentiæ exponuntur, vt eam corrigere non possint: nam vxor iuuenis in seculo remanens, quamuis caste vixerit incontinentiæ periculo exposita est, cum fœminæ faciles, & volubiles sint cap. forus le Verbo significat. ideo sacri canones, vt ea manente in secundo vir ad ordines promoueretur, ita statuerũt, plures refert, Sanchez dicta disp. 39. numero 6. quibus breuiter animaduersis, respondeo, textum in dicto cap. Volumus procedere eo casu, quo cõiuges minime de incõtinentia suspecti sunt: nam tunc vir sacerdos factus potest sequestrato dumtaxat lecto cũ vxore in eadem domo habitare, & eam caste regere, at vero textũ in dicto capit. Episcopus 6. 77. dist. intelligi casu, in quo coniuges illi de incontinentia suspecti erant: quare illis sequæstratur mansionis cubiculum, & conuersatio prohibetur. Ita docet glossa in dicto cap. Episcopus verbo sequæstrato, & in dicto cap. Volumus, quam sequitur Archidiaconus, & Turrocremata ibidem, Abbas in dicto cap. coniugatus numero 5. de conuersione coniugatorum. Acuña ad 1. decreti partem in dicto cap. Volumus, quæ solutio consona est dictorum iuri iam contexturis: nam cũ in

dicto cap. Volumus vxor ad sacerdotium promoti in seculo remansisset, senex esset, & de incontinentia non suspecta: nam aliàs vir non posset efici sacerdos, quæ, cum in specie dicti capitis Episcopus, religiosè profiteri cogatur, vt vir possit ordinari, iuuenis erat, & de incontinentia suspecta: ideo potuit tunc vir sacris ordinibus iniciari, vt refert Sanchez vbi supra dicta disp. 38. num. 8. per totum Acuña in dicto cap. Volumus num. 2.

6 Quarto, hucusque traditis valde obstat canon Apostolorum 59. cuius hæc sunt verba Episcopus, vel presbyter, vel diaconus vxore suam ne ejiciat religionis prætextu, sin autem ejecerit, segregetur, & si perseueret, deponatur. Ex quo Apostolorum testimonio cauetur, Episcopus & presbyteros posse cum vxore in domo habitare: cui difficultati respondendum est, Apostolos in illo canone non ideo præcepisse Episcopis, & presbyteris, & diaconis, ne suas vxores domo eicerent in eum sensum, vt quasi incontinentiæ, authores voluerint eas domi retinere ad vsum coniugalem, quo canone Apostolorũ abusi sunt Patres 6. synodi in Trullo c. 13. vt ad exeplũ Ecclesiæ Grecę eis esset permissu exẽpla plura extant in cap. Vt clericorum de vita, & honestate clericorum, cap. cum olim de clericis coniugatis cap. quæsitum de pœnitentijs, & remissionibus, cap. aliter 31. dist. docet Couarr. 2. parte de sponsalibus, cap. 6. §. 3. cum traditis à Basilio lib. 7. de matrim. cap. 23. siquide ea lex continentiæ apud sacerdotes à proprijs vxoribus, non est recens in Ecclesia, sed ab ipsismet Apostolis deriuata: vt notat Basilius dicto lib. 7. cap. 23. & 24. Ideo vti Apostolica nõ est credendum ab ipsis Apostolis contrarium statutum fuisse, imo potius professio, votum, & lex illa castitatis deducitur ex verbis illius canonis, ibi, nec religionis prætextu, sed potius Apostolos illud Episcopis, & sacerdotibus præcepisse, quia eo tempore multi coniugati de vxorum etiam consensu promouerentur ad sacros ordines, etiã Episcopatus, cap. Sane capit. coniugatus de conuersione coniugatorum; & ne maritorum consecratio occasio esset vxorum ruinæ, cauerunt Apostoli, & iuste præceperunt sub pœna depositionis, nequis ex coniugatis ad sacros ordines assumptus eo quæsito colore, quod castitatem in ipsis ordinibus professus esset, vxorum curam, & alimoniam abijceret: sed potius domi retineret: nam olim primis Ecclesiæ temporibus, qui sacris iniciebantur vxores domi retinebant, separata tamen habitatione; & adeo diuisa, vt nulla inter eos cõmunicatio esset, vt Apostoli præceperunt, & id constat ex Turonensi Concilio 2. canone 13. ibi, Episcopus coniugem, vt sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet: domum omnem ut Ecclesiasticam, quam propriam, vt nulla de eo suspitio quaquam ratione conjurgat, & ex concilio Cartaginensi, cap. 17. Gerundiensi, cap. 7. cap. omnino 31. dist. neque eo in tempore incontinentiæ periculo exponebantur, etiã si vxores domi retinere permitterentur; si quidem tunc ministri eligebantur, quorum casta vita post matrimoniũ longo tempore probata esset: neq; nisi de incontinentia non suspectas poterant domi retinere, vt ipsis ministrarent: Notat Basilius lib. 7. de matrimonio num. 2. Sanchez dicta disp. 39. num. 3. in fine cum pluribus ab eo relatis. Ita similiter interpretatur idẽ concilium Turonense, cap. 14. in illis verbis, Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum. quæ verba supponunt Episcopum Episcopam habentem mulieres committari posse, scilicet eas, quæ Episcopę famulabatur, videlicet tantũ quoad dome-

domesticam necessitatem, & seruitia: dum tamen in illis nulla suspitio incontinentiæ, seu contuernij sit: Notat *Basilius lib. 7. de matrimonio, capit. 15. num. 1. & cap. 16. numero 2.* de quare plura dicemus, *in capit. 1. de clericis coniugatis*, quæ fere omnia in præsenti sunt repetenda.

7 Quinto, his omnibus valde obstat *textus in cap. Nicæna synodus 12. 31. dist.* vbi apparet, quod cum *Nicæna synodus* vellet legem imponere, & necessitatē Episcopis, præsbyteris, & subdiaconis, vt seruarent castitatem cum vxoribus, cū quibus in minoribus ordinibus matrimonium cō traxerunt, cui propositioni surrexit Paphnuti⁹ cōfessor in expertus hup tiarum, & synodo contradixit, ne ra lem poneret legem: cum castitas esset cognoscere vxorem propriam cuius Paphnutij sententiam synodus laudauit, & approbauit: erat equidem Paphnutius ciuitatis cuiusda in superiore Thebaidæ sitæ Episcopus vir adeo sane sanctus & pius, vt non nulla miracula ab eo ederentur, vt refert *Acuña ad primam decreti partē in dicto cap. Nicæna 31. dist.* cuius *concilij Nicæni* decisio valde difficilis redditur ex eodem *concilio canone 3.* vbi prohibetur Episcopis, presbyteris, & diaconis vllam domi mulierē habere prætēr matrem, sororem, & amitam, *& in cap. 1. cap. tenere eadem 31. dist.* ne sacerdotes debeant vxoribus suis miscerī: in cuius textus difficultate adeo oppressus fuit *Sotus lib. 7. de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 2. conclusione 3.* ad finem, *& in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 2. versic. restat*, quod existimet, illam *Paphnutij historiam* inter canones *Nicænæ synodi* non extare, sed illam *Gratianum ex Casiodoro* desumpsisse *lib. 2. tripartitæ cap. 14.* cuius solutio impugnatur, & conuincitur, quia illa historia habetur *inter acta concilij Nicæni, quæ ex Græco transtulit Alfonsus Pisanus, & Claudius Espencæus lib. 1. de continentia, cap. 4.* vbi testatur se legisse hanc historiam *in codice Græco concilij Nicæni* nondum typis excusso *in dicto c. 12. 31. dist.* de cuius historia dubitandū non est fuisse scriptā *in concilio Nicæno*: late scripsit *Basilius lib. 7. de matrim. capit. 13. numero 20* in fine: quare omissa etiam nō nullorum sententia asserentium, concilium Nicænum prouinciale fuisse, atque ideo nullius authoritatis, atque momenti esse: quorum opinionem impugnat *Basilius* dicto *capit. 13. num. 10.* verius dicendum est, textum in dicto *cap. 12. Nicæna synodus* loqui de more Ecclesiæ Græcæ, hoc est orientalis, in qua clericis permissum erat cohabitare cum vxoribus ante sacerdotium obtentis: nam licet continentia sacerdotū ab vxoribus antea obtentis à tempore Apostolorum, cæpisset, & tempore concilij Nicæni apud Græcos cō suetudine esset abrogata, & Patres concilij eam legem renouare voluissent, Paphnutij consilio in concilio illo Nicæno decretum fuit, remittendum esse abusum illum, & paterna Romanorum Pontificum pietas, ac benignitas id illis propter ipsorum duritiam permissionem intulit, ne Græca illa natio perturbaretur; tum etiam consilium Paphnutij obtinuit propter nuptiarum honorem, quas paulo ante insectatus Eustachius, etiam in presbyteris, qui laici vxorem duxerant, quo remedio consultum fuit multorum clericorum fragilitati, cum non omnes possent lege illa contineri, ex qua Paphnutij historia colligitur licuisse apud Græcos vxoribus vti: & cū eis cohabitare, quas ante ordinationem duxerant: vt constat ex *textu in capit. olim de clericis coniugatis*, vbi, *in superioribus ordinibus tantur matrimonio iam contracto*: quomodo etiā est

est interpretandus textus *in cap. aliter 31. dist.* quia non debet intelligi de matrimonio contrahendo post sacerdotium, sed de iam contracto ante sacerdotium: de cuius Paphnutij historia in dicto *capit. Nicæna synodus* videat plura, qui velit apud *Acuñam ad primam decreti partem in dicto cap. Nicæna synodus 31. dist. Basiliū lib. 7. de matrimonio, cap. 23. numero 8.* cum sequentibus, & traditis à *Barbos. in collectaneis ad decretū in dicto capit. Nicæna synodus, num. 1. 2. & 3.*

9 Septimo, prædictis obstat, *idē concilium Nicænum, cap. 3. relatū in cap. interdixit 16. 31. dist.* vbi sancta synodus interdixit non Episcopo, non presbytero, non diacono vel alicui, omnino, qui in clero est, licere sub introductam habere mulierem, nisi forte, aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam eas personas, quæ fugiant suspitionis maculam, ex quo decreto colligitur, etiam Græcis prohibitam esse vxorum cohabitationem. Verum huic dubio respondendum est, *concilium Nicænum in dicto capit. interdixit* non loqui de vxore ante sacerdotium obtenta: sed de extranea suspecta muliere, ex qua finis tra opinio oriri posset: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *interdiximus licere sub introductam habere mulierem*: Notat *Enriquez lib. 10. de sacramento ordinis, cap. 14. §. 8. litera B. Bazquez de ordine disput. 247. cap. 4. num. 41. Acuña ad primam decreti partem in dicto cap. Nycæna num. 5. in fine 31. dist.* quod quidē genus mulierum malæ suspitionis erat, non ex eo, quod tunc essent cō cubinæ, aut meretricęs, sed, quia in iuuenili ętate cum illis habitabant, tanquam sorores, quæ neque sangui nis, neque matrimonij nexu cōiunctę erant, erat enim quodam genus mulierum medium inter vxores, & concubinas, quæ pietatis prætextu, vt sorores adoptiuæ admittebantur à clericis, & intra eā dem domum recipiebantur, quę quidem cum suspectæ essent, rectē concilium Nicænū earum consortium clericis interdixit, & de introducta muliere pro interpretatione ad textū in dicto cap. interdixit plura videat, qui velit, apud *Basilium dicto lib. 7. de matrimonio, cap. 26. num. 6.* cum sequentibus, *Couarruu. de sponsalibus 2. parte cap. 8. §. 4. num. 5. Anastasium Germonium lib. 2. animaduersionum, cap. 15.* ad finem. *Acuña ad 1. decreti partem in dicto cap. interdixit, num. 2.* ex his etiam interpretari poterit textus *in capit. cum in iuuentute de præsumptionibus*: cuius commentaria ommitto, & remitto ad ea, quæ ibidem scripsi in 1. tomo super secundum decretalium, & sic satis de prima nostri textus parte. In secunda vero eius parte prohibetur fœminis ad altare accedere, aut presbyterio ministare, & intra cancellos stare, siue sedere, cuius commentaria similiter omitto: quia de hac re plura scripsimus in cap. 1. de vita & honestate clericorum, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textum in capite siquisquam 2. capite clericos 3. & cap. sicut 4. cap. si autem 6. capit. tua nos 8. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sacris constituti si moniti contemnunt relinquere concubinas, & si non possint eas abiurare, tamen*

Universidad de Deusto
Biblioteca

suspendantur donec satisfaciant, & si præsumpserint eas retinere, ab officio, & beneficio perpetuo deponuntur.

2 *Concubinatus crimen præcipue in clericis grauius est, siquidem crimini illi non unum, sed plura scelera committuntur.*

3 *Opponitur textus in cap. 2. qui clerici, vel vouentes.*

4 *Perpenditur textus in cap. 2. de cohabitatione clericorum, & mulierum, & ad concordiam reducitur cũ cap. sicut 4. eiusdem tituli.*

5 *Declaratur textus in cap. sicut 4. de cohabitatione clericorum, & mulierum.*

Habilia semper sunt præsupponenda, & iura iuribus concordanda.

6 *Expenditur textus in cap. peruenit in fine 50. distinct. cap. presbyter 82. distinct. cap. à multis 9. ver sic.* si caste non vixerit *de ætate, & qualitate, capit. ex parte 7. de testibus.*

7 *Declaratur textus in cap. si autem 6. de cohabitatione clericorum, & mulierum, & conciliatur cum capit. 2. 3. & 4. eiusdem tituli.*

8 *Legitime factum appellatur, quod lege permittente fit.*

Concubinatus cõbitus lege ciuili permissus erat.

Ius canonicum semper intendit vitare peccata, & animas ad Dei gratiam reducere; ius vero ciuile tantum curat in quieta tranquilitate homines viuere.

9 *Mechia hoc est* adulterium *inter cõiuges prohibitum est, & ibi declaratur Diui Augustini auctoritas lib. 2. super exodum, cap. 71.*

Furti prohibitione omnis etiam illicita rei alienæ vsurpatio continetur.

Furtum qui prohibuit, non permittit rapinam.

Sancti Patres olim concubinas habuisse constat, hoc est non legitimè ductas.

10 *Late exponitur textus difficilis in l. cũ tabularis 16. §. quoniam stuprum, ff. quibus vt indignis.*

Stuprum cum ingenua concubina committitur, si sine testatione id, ita fuerit factum, vel nisi quæstum antea fuerit.

11 *Laudatur Don Martinus de Larriategui.*

Explicatur textus in l. cum tabulis, §. quoniam versic. idque in testameto *ff. quibus, vt indignis.*

Remissiue interpretatur textus in cap. isqui 4. 34. dist.

12 *Expenditur textus in cap. 2. de pœnis ith. 6.*

Degradatio verbalis differt ab actuali depositione.

Suspensio, depositio, & degradatio in quo differant remissiue ponitur.

13 *Depositus simpliciter, regulariter in perpetuum depositus censetur.*

Illucidatur textus in capit. ex literis 11. §. final de constitutionibus.

14 *Expenditur textus in cap. puto 6. §. siquis aduocationem, ff. de postulando.*

15 *Exponitur textus in l. ad tempus 5. ff. de decurionibus, & filijs eorum.*

Declaratur textus in l. sine præfinito 23 ff. de pœnis.

16 *Pœna sine præfinito tempore imposita non perpetua, sed ad decennium tantum, imposita præsumitur.*

17 *Perpenditur textus in cap. sicleric, §. si vero in fine de iudicijs.*

Suspensio, & depositio aliquando in iure confunduntur, sed proprie sumpto vocabulo differunt inter se, prout ibi exponitur.

Duplex pœna pro eodem delicto imponi non potest.

1 IN omnibus his iuribus agitur de pœnis aduersus clericos cõcubinarios cõtumaces in iure positis: cõclusio, quę cõmuniter ex illis deduci solet, sic se habet, clerici in sacris constituti, si moniti cõtemnunt relinquere concubinas, & si non possint eas abiurare tamen suspendũtur donec satisfecerint: & si præsumpserint eas retinere, ab officio, & beneficio perpetuo deponũtur. Cõsonat textus *in cap. siquispiam 22. cap. qui iam 30. 81. dist. cap. nullus, cap. habuisse final 32. dist. cap. presbyter 28. dist. cap. sacerdotes 33.* cũ alijs 50. *dist. c. quæ Christo 26. quæst. 1. c. presbyter 82. dist. c. quæsitũ final de tẽporibus ordinãdorũ, c. at si clerici 4. §. de adulterijs, de iudicijs, c. si concubinæ, cap. si vero alicuius, §. vltimo de sententia excommunicationis, cap. is, qui cap. fraternitatis 34. dist. capit. à multis 9. de ætate, & qualitate, cap. interdixit 32. dist. cap. cũ in omnibus, capit. volumus, cap. fœminas 8. cap. clericorum mores 13. de vita & honestate clericorum authentica de sanctissimis Episcopis §. presbyteris autem. concilium Romanum* sub *Nicolao 1.* in fine *Lateranense* sub *Alexandro sessione 9. de reformatione curiæ & aliorum,* versic. *concubinarij Toletanum 1. cap. 17. Arelatense 1. cap. 3. Toletanum 4. cap. 41. Cartaginense 3. cap. 18. Basilien se sessione 20.* in principio: *Nicænum cap. 3. Matisconense 1. cap. 1. Arelatense 2. cap. 3. Bracarẽse 1. cap 15. Turonense 2. cap. 10. 11. & 12. Magũnum capit. 49. Tridentinum sessione 24. de reformatione matrimonij, capit. 8. & sessione 25. cap. 14. l. 38. tit. 6. partita 1. l. 8. tit. 20. lib. 4. fori, l. 3. titulo 18. lib. 4. recopilationis* exornãt *Bernardus Diaz ad Salcedum cap. 73. Iullus Cæsarus §. fornicatio. num. 9.* versic. *clericus autem concubinarius; Robertus lib. 2. rerum iudicatarum cap. 17. Cuiacius in l. vnica C. de concubinis, Gutao Papa quæstione 558. Menochius de arbitrarijs, casu 418. Rebuffus in concordantijs titulo de publicis concubinis,* versic. *prima ergo pœna Cerola in praxi Episcopali parte 1.* verbo *concubinarij §. 3. pag. 60. Reginaldus in praxi fori pœni, lib. 30. tract. 3. numero 154. Bobadilla in politica lib. 2. cap. 17. num. 53. Mattienso lib. 5. recopilationis l. 6. titulo 8. glosa 2. num. 25. Gutierrez lib. 2. canonicarum quæstionum cap. 7. nu. 54. Corrasius de beneficijs parte 3. cap. vltimo num. 28. Dueñas regula 101. Farinacius in praxi criminali parte 5. quæst. 137. num. 24. Dõ Martinus de Larriategui lib. 9. Selectarum cap. 5. Suarez de censuris disp. 31. sect. 4. num. 10. Couarruuias in clementina si furiosus parte 1. §. 1. num. 5. Acuña ad 1. decreti partem in dicto cap. siquisquam dicto cap. nullus* cum similibus supra adductis *Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. sicut 4.* cum alijs hoc titulo, & in reliquis ad cõcilium Tridentinum *in dicto cap. 8. & 14. Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea 34. Arias de Mesa lib. 3. variarum cap. 38. 39. & 40.*

2 Ratio de promitur ex eodem *concilio Tridentino sessione 25. cap. 14.* illis in verbis *quam turpe &c clericorum nomine, qui se diuino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari; satis res ipsa communi fidelium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore testatur: vt igitur ad eam, quam decet cõtinentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ reuocentur, populusque hinc eos magis discat reuereri, quõ illos vita honestiores cognouerit, prohibet sancta synodus, quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspitio in domo, vel extra detinere, aut cum eis vllam consuetudinem habere audeat: alioquin pœnis à sacris canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur:* hactenus concilium: ex quibus verbis apparet quam graue sit, præcipue clericis, concubinatus crimen: siquidem crimine illo nõ vnũ, sed plura scelera cõmittantur, præcipue adulterij, cum in sacrorum ordinum susceptione dicuntur suscipere Ecclesiam in sponsam, vt infra dicemus in titulo de clericis coniugatis: deinde sacrilegium committunt, cum Deo dicati, & sacrati sint; & plura refert *Salcedus dicto cap. 79. litera B.* apud medium *Gutierrez lib. 2. canonicarum quæstionum, cap. 7. numero* 37. merito, vt eorum exemplo cæteri perterriti ab illo crimine arceantur, pœnis illis puniuntur relatis *in dicto cap. clericos* in fine *hoc titulo* debent autem prius moneri, vt fic de eorum innocentia, vel crimine constet: tum etiam: quia monitione præmissa poterat clericus de crimine emendari, quõ, si non fecerit iuste

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra eum prius proceditur per ſuſpenſionem, & ſi in crimine perſeueret, abſque ſpe reſtitutionis, iuſte deponendus eſt: nam creſcente contumacia creſcere debet pœna: dicto *cap. cum ab homine de iudicijs*, neque eas ab iurare cõpelluntur propter probabile periculum periurij: ſi quidem non eſt deferendum iuramentum alicui, quoties probabile periurij periculum extat. Argumento textus *in dicto cap. clericos 3. hoc titulo*, ita ſentit *Hypolitus in practica 9. poſtquam num. 5. Nauarrus in manuali cap. 12. num. 20.* ſed verius ea omiſſa dicendum eſt, id fuiſſe receptũ: quia iuramentum eſt remedium ſubſidiariũ, & periculoſum, atq; ad illud non eſt recurrendum: quando alia ad ſunt remedia ordinaria ad finem præfensum aſſequendum, *capit. & ſi Chriſtus* prope finem verſic. *ſic iuramentum de iureiurando*: notat *Barboſ. in collectaneis ad decretales* ad textum *in dicto cap. clericos 3. hoc titulo num. 3.*

3 Primo, huic decidendi rationi obſtat textus *in capit. 2. qui clerici, vel vouentes*, vbi clerici, qui de facto cõtraxerũt, coguntur ab iurare vxores, quæ magis proprie concubinæ, quam vxores appellari debent: ergo & ſimiliter clerici concubinas ab iurare compelli debent. Verũ huic dubio dicendum eſt, quod ideo *in dicto cap. 2.* clerici illi, qui de facto cõtraxerunt, compelluntur ab iurare concubinas: quia ibi agitur de matrimonio, & de nuptijs, quas clerici cõtraxerũt contra deciſsionem textus *in clement. vnica de conſanguinitate, & affinitate*, ac proinde quemaddum matrimonium conſenſu contrahitur, *cap. ſufficiat 27. quæſt. 2.* ita diſenſu diſtrahi debet *dicto cap. ſufficiat cap. omnis res de regulis iuris lib. 6.* & cũ nullum aliud remediũ dari poſſet, ex quo conſtaret de ipſorum diſſenſu, quàm iuramentum, iuſta de cauſa coguntur ab iurare vxores, ſeu potius concubinas, cum quibus de facto matrimonium contraxerãt: quauis in rei veritate exiſterent concubinæ, ſiquidem matrimonium non interuenit iuxta textum *in cap. clericos 3. hoc titulo*: ſed tantum concubinatus abſque matrimonio: vnde cũ non daretur conſenſus in matrimonio in *dicto cap. clericos*, non fuit neceſſarium iuramentum ad exponendum diſſenſum, cum ſufficerent cætera remedia ad deterrendos clericos. Notat *Auguſt. Barboſ. in collectaneis ad decretales* ad textum *in dicto cap. clericos hoc titulo num. 3.* qui ibidem reſpondit ad textum *in capit. ad abolendam de hæreticis*, quem conſule.

4 Secundo, obſtabit textus *in cap. ſi quiſquam 2. hoc titulo* vbi apparet, quod ſi clericus 1. 2. & 3. fuerit ad monitus, & concubinam non dimiſſerit, non ſuſpendendus, neque deponendus: ſed excommunicationis vinculo feriendus eſt: ergo perperam ſuſpenſionis, & depoſitionis pœna imponitur *in dicto cap. ſicut 4. hoc titulo*, quæ iura vt ad concordiam reducantur, ad notandum eſt, ius canonicum varijs pœnis contra clericos criminoſos procedere poſſe: nam primo ſi de eorum crimine cõſtat, ſuſpenduntur ad tempus ab ordine, officio, vel beneficio, *cap. Archidiaconas 81. diſtinct.* deinde in perpetuum deponuntur, ſi in crimine perſeuerauerint, quod ſi depoſiti in corrigibiles fuerint, excommunicãdi ſunt, poſt modum: namque cum Eccleſia vltra quid faciat, non habeat, degradati tradduntur brachio ſeculari, iuxta textum *in cap. cum nõ ab homine de iudicijs*: quo ſuppoſito apparet iã ſolutio, & interpretatio ad iura ſupra adducta, quæ ſunt intelligenda ſuppoſitis terminis habilibus iuris ordine obſeruato: nam dum

textus *in dicto cap. ſicut*, pœnam ſuſpenſionis, & depoſitionis imponit trina citatione præmiſſa, intelligi debet de clerico primo inobediente, ſi vero adeo incorrigibilis fuerit, vt inconcubinatu perſtat, excommunicari debet, cum nulla alia grauior pœna in Eccleſia exiſtat, *capit. corripiantur 24. quæſt. 3.* ac ideo cũ alia adſint remedia, quibus contumaces puniri poſſint, ad eam recurrendum non eſt, *cap. tuæ fraternitatis, cap. quoniam frequenter §. in alijs vt lite non cõteſtata*, ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in capit. ſi qui ſunt 81. diſt.* Notat *Suarez de cenſuris, diſp. 31. ſect. 4. num. 11. & 13. Abb. in cap. clericos 3. hoc titulo. n. 4.*

5 Tertio, aduerſus ea, quæ in præſenti notant omnes, videlicet omnino neceſſe eſſe, quod de concubinatus delicto conſtet, vt recte procedi poſsit contra clericum, iuxta textum *in cap. at ſi clerici, 9. ſi vero de iudicijs*: vbi late ſcripſimus, valde obſtabit textus *in dicto cap. ſicut 4. hoc titulo* vbi clericus ſuſpenditur, & deponitur perſolam monitionem, etiam ſi de delicto probatio non cõſtiterit, ſed huic dubio reſpondendum eſt, etiam in dicto *capit. ſicut 4.* apud Archiepiſcopum poſt trinam ad monitionẽ de cõcubinatus crimine cum perſeuerantia conſtitiſſe ſaltim in ſummaria ex officio facta, vel ex partis confeſsione, ſeu delicti notorietate: quia aliter non poſſet illam ſuſpenſionis, vel depoſitionis pœnam imponere, ex dicto *cap. at ſi clerici §. ſi vero de iudicijs, cap. quæſitum de temporibus ordinandorum, cap. ſacerdores 33. 50. diſtinct.* ratio ſolutionis eſt: quia habilia ſemper ſunt præſuponenda, *l. qui teſtamento, ff. de teſtamentaria tutela, l. Gallus, §. 1. ff. de vulgari, & pupilari*: nam iura iuribus ſunt concordanda, ita, vt quod vni deficit, ex altero ſuppleatur, & ex duobus vnus textus, & vna ſententia fiat, *l. nam vt ait, ff. de legibus l. Verum, ff. de petitione hæreditatis, capit. cum à viro 32. quæſtione 7.* iuncto *capit. dixit dominus 32. quæſtione 1.* Notat *Morla in emporio titulo 1. quæſtione 11. Corraſius in rubrica, ff. ſoluto matrimonio, num. 1.* idem *lib. 5. miſcellanearum, cap. 10.*

6 Quarto, his omnibus valde obſtat textus *in capit. peruenit 9.* in fine 50. *diſtinctione, capit. presbyter 82. diſtinctione, capit. à multis 9.* verſic. *ſi caſte non vixerit de ætate, & qualitate capite ex parte 7. de teſtibus, canone 25. Apoſtolorum capite eruueſcant 32. diſtinctione. capite ſiquis omnem* verſiculo *ſiquis vero 1. quæſtione 7.* ex quibus iuribus conſtat, quod, ſi clericus ſemel tantum labitur, ideſt, qui ſemel fornicationis peccatum committit, abſque vlla citatione, vel noua criminis perpetratione perpetuam adeo depoſitionis pœnam incurrit, quod licet poſtea reparetur, & pœnitentiam agat in ſuo ordine miniſtrare, vel ad maiores ordines aſcendere non permittitur, quod eſt omnino contra deciſsionem textus *in capite quæſitum*, verſiculo *poſt pœnitentiam hoc titulo capite ſcelere, capite eruueſcant 32. diſtinctione capite ponderet 14. capite expurgauit 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 25.* cum alijs 50. *diſtinctione authentica interdicimus Codice de Epiſcopis, & clericis*, in quibus iuribus conſtat, ſacerdotem ſemel in carnis peccato lapſum poſſe ad priſtinam dignitatem peruenire, ſi culpæ commiſſæ pœnitentiam egerit, ſed hæc omnia iura vno verbo ad concordiam reduces, ſi primeua illa Pontificij iuris tempora à præſenti temporis ſtatu ſe iungas: initio namque naſcẽtis Eccleſiæ, quo clerici puriorẽ, vitæ & sũmę caſtitatis normã, ſimul, & continentiam obſeruabant; in huio

Universidad de Deusto
Biblioteca

labilis illa vixit obseruatio ita, vt absque spe reparationis, etiam si se pœnituerint, iterum ad pristinam dignitatem reducere non possent propter scandalum Christianorum, cum tunc essent feruentes in fide, quam quidem constitutionem, vtpote æquissimam, & puritati ministrorum Dei maxime consulentem approbauit Gregorius Pontifex in dicto *cap. peruenit* 9. *in fine* 50. *dist.* & ad hoc tempus adaptanda sunt iura similia in principio huius dubij supra adducta: succedentibus vero temporibus, ideſt aliquibus annis transactis post edictionem canonum Apostolorum, & præcipue hoc nostro æuo, cum iam homines fragiles sint, & facilius ad peccandum inuitentur, iusta de causa Sancti Patres, sacro sanctaque cõcilia post illa iura antiqua alia nouiter statuerunt, abrogando priora, scilicet, vt hodie, etiam si semel fuerint lapsi, non deponãtur, nisi citatione, & perseuerantia interueniente; sed si pœnituerint, in pristinum statum restitui possunt: vt cõstat ex *concilio Ibernensi* relato *in capit. presbyter* 82. *distinct.* iuxta quæ tempora interpretandus est textus in dicto *cap. Ioannes* 13. 14. 15. cum alijs 50. *dist.* textus noster, & iura in eius confirmatione supra adducta, notat *Iacobacius de concilijs lib.* 7. *articulo* 7. *columna* 4. *folio* 499.

7 Quinto, aduersus ea, quæ refert textus *in cap. si quisquam* 2. *capit. clericis* 3. *cap. sicut* 4. *hoc nostro titulo* dum asserunt, pœnas supra positas tantum locum habere in clericis in sacris constitutis, valde obstat textus in *capit. si autem* 6. *hoc nostro titulo* in verbis illis *siue in sacris ordinibus, siue in minoribus constituti*: ergo inepte in dictis iuribus tantum clerici in sacris constituti comprehenduntur, cum etiam inferiores comprehensi esse censeantur, ac per consequens dicendum videtur, vnam, aut alteram constitutionem sustineri non posse: verum dubium hoc effugies, si dixeris, textum in dicto *cap. si quisquam* 2. cum similibus in principio huius dubij adductis intelligendum esse in clericis in sacris constitutis, ex eo videlicet, quia frequentius beneficia Ecclesiastica possident. Argumento textus in *capit. cum secundum Apostolum de præbendis*, si vero clerici in minoribus constituti similiter beneficia Ecclesiastica possideant, cum fori priuilegio gaudeant iuxta tradita in *concilio Tridentino sessione* 23. *capit.* 6. & *in cap.* 1. *de clericis coniugatis lib.* 6. si concubinas habuerint, & ad moniti eas non dimiserint, similiter etiam ex rationibus supra adductis pœnis illis punire poterunt. & ita est interpretandus textus in dicto *cap. si autem* 6. notat *Abbas ibi, num.* 3. *Auguſt. Barbos. num.* 1.

8 Sexto, obstabit principium illud, quo docemur videlicet id, quod lege permittente fit legitime factum appellatur, *l. Gracus* 4. *C. ad legem Iuliam de adulterijs*, *l. quis sit fugitiuus*, §. *apud Labeonem*, *ff. de adulterijs*, *cap. quid dicam* 14. *quæst.* 4. sed cõcubinatus legibus est permissus, *l.* 1. *in fine*, & per totam, *ff. de concubinis*, *l. stuprum* 41. *ff. de ritu nuptiarum*, *l. si qua* 5. *Cod. ad Senatus Consultum Orfitianum*, cum traditis à *Ferdinando Arias de mesa lib.* 3. *Variarum*, *cap.* 38. *num.* 3. & in locis supra adductis. Ergo clerici habentes concubinas, nullis pœnis debent puniri: cũ id, quod legitime factum est, nullam pœnam mereatur, *l. non damnum*, *ff. de iure iurando*, *l. qui seruum*, *ff. de Verborum obligationibus*, cui dubio respondendum est, discrimen versari inter ius canonicum, & ciuile: nam de iure ciuili licitus, & legibus comprobatus erat concubinatus cohitus ex dicta *lege* 1. cum similibus, *ff. de concubinis*, *l. item*

l. item legato, §. *penultimo*, *ff. delegatis* 3. Notat *Cuiacius lib.* 11. *responsorum Papiniani in lege ex parte* 121. *ff. de Verborum obligationibus*, & *lib.* 19. *responsorum Iuliani in l. concubina* 4. *ff. de concubinis*. *Basilius lib.* 7. *de matrimonio*, *capit.* 54. *num.* 4. *Don Martinus de Larriategui lib.* 8. *selectarum*, *cap.* 5. *num.* 4. cum traditis à Doctore *Arias de Mesa* locis supra citatis; de iure vero canonico concubinatus cohitus illicitus est *cap.* 1. *cap. nemo dicat.* 32. *quæst.* 4. Ratio discriminis est: quia ius canonicum semper intendit vitare peccata, & animas ad Dei gratia, & concordiam reducere, cap. final de præscriptionibus: ius vero ciuile tantum curat in quieta tranquilitate homines viuere, & retinere: vt late diximus *in cap. Vigilanti* 5. *de præscriptionibus*, *num.* 43. & 14. Notat *Germonius de sacrorũ immunitatibus lib.* 3. *capit.* 12. & 13. *Couarru. in regula possessor* 2. *parte* §. 11.

9 Septimo, solutioni obstabit dicere, quod etiam de iure Ecclesiastico concubinæ permissæ censentur, primo apparet ex illa *Diui Augustini sententia*, *lib.* 2. *super exodum*, *cap.* 71. idem *in quæstionibus Deuteronomij*, *quæst.* 37. *ad caput* 23. dum asserit, quod *in sexto decalogi præcepto* mechia solum prohibetur, hoc est adulterium, quod inter coniuges committitur: atque ideo concubinatum inter solutos, & solutas permissum videri; cum expresse prohibitus non existat argumento textus in *cap.* 1. *de procuratoribus*, *lib.* 6. *l. neque non* 26. post principium; & §. *quod eis*, *ff. ex quibus causis maiores l.* 1. *ff. de restitutis*, *l. mutus*, §. *quæritur*, *ff. de procuratoribus*, augetur difficultas ex multis sacræ paginæ authoritatibus, in quibus cauetur Sanctos Patres concubinas habuisse, *Genesis*, *cap.* 25. *Iudicum cap.* 19. *secundo Regum cap.* 3. & 16. sed huic difficultati facile satisfacies, si dixeris certi, atque indubitati iuris esse fornicationem etiam inter solutos mortiferum peccatum esse, vt constat ex *illa Diui Pauli authoritate ad Corinthios* 6. & *ad Galatas* 5. cũ adductis per *Lessium lib.* 4. *de iustitia & iure capit.* 3. *dubitatione* 3. neque in contrarium facit, quod superius adduximus: quia & si verum sit, quod in decalogi præcepto solum ex eius verbis expresse adulterium videatur prohibitum ex authoritate Diui Augustini supra relata; interpretatiue tamẽ ex eiꝰ mente omnis quælibet fornicatio, etiã simplex prohibita censetur: quemadmodum etiam in prohibitione furti, omnis illicita rei alienæ vsurpatio prohibita censetur. *Cap. pœnale* 12. *quæst.* 5. quam interpretationem eleganter excogitauit idem *Augustinus in quæstionibus Deuteronomij quæst.* 37. & *cap.* 23. & super *Exodum*, *quæst.* 17. relatus *in cap. meretrices* 32. *quæst.* 4. cuius hæc sunt verba; *Meretrices esse*, & *ad meretrices accedere prohibet dominus*, *quarum publice venalis est turpitudo*; *in decalogo autem mechiæ nomine non videtur hoc aperte prohibuisse*: *quoniam mechiam nonnulli adulterium intelligere solent*, *omnis mechia*; *etiam fornicatio dicitur in scripturis*, & ibi, *sed si furti nomine bene intelligitur*, *omnis illicita vsurpatio rei alienæ*: *nõenim rapinã permisit*, *qui furtum prohibuit*, plura refert glossa *verbo omnis*, & *verbo illicitus*: in dicto *cap. meretrices* 32. *quæst.* 4. *Turrecremata* omnino videndus ibidem. Neque similiter obstabunt authoritates supra adductæ, ex quibus probauimus, olim Sãctos Patres cõcubinas habuisse: quia dicendum est, concubinas illas dici vxores minus legitime ductas sine solemnitate illa, qua vxores legitimæ ducebantur. Notat *Couarru. de sponsalibus* 1. *parte*, *cap.* 4. in principio *num.* 9. *Gutierrez de matrimonio*, *capit.* 106. *Auguſt. Barbos. ad decretum in cap.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. obijciuntur 7. *num.* 3. 32. *quæst.* 4. & nos diximus in *cap. cum in iuuentute* 15. *de præsumptionibus num.* 5. cum sequentibus.

10 Octauo, aduersus ea, quæ supra notauimus videlicet concubinatum cohitum de iure ciuili permissum esse, tamen aliquando concubinatum eodem iure esse prohibitum, vt in eo stuprum committatur: veluti si liberta concubina non patrono, sed alij in concubinatu passa est *l.* 1. *iuncto*, §. *si qua* 3. *ff. de concubinis*: nam tunc, cum sit coniunctio illicita, stuprum committitur *l.* 3. in fine *ff. de concubinis*, *l. stuprum* 34. *ff. ad legem Iuliam de adulterijs*: qua de causa quid quid ei sit relictum ab eo, qui eam cognouit loco pœnæ tanquam indigna fisco adiudicatur, *l. mulierem* 14. *ff. de his, quæ vt indignis*, *l.* 3. §. 1. *l. cum hic status* 32. §. *final ff. de donationibus inter l. qui contra Codice de incestis nuptijs*; *Cuiacius lib.* 33. *quæstionum. Papiniani in dicta lege mulierem* 18. *ff. de his, quæ vt indignis* cum traditis à *Don Martino de Larriategui lib.* 8. *selectarũ iuris cap.* 5. *num.* 1. & 2. valde obstat textus in *l. cum tabulis* 16. §. *quoniam stuprum*, *ff. quibus, vt indignis*; vbi relictum libertæ, quæ se non patrono, sed alteri concubina facta, & passa est, valet, & legatum conseruatur: neque fisco adiudicatur: verum huic dubio dicẽdum est, textum in dicto §. *quoniam* procedere in ea quæ à principio se non patitur propio patrono concubinam esse: quod sibi permissum est: neque stuprum committit, etiam si cum extraneo concubina passa est; iuxta textum in dicta *l.* 1. *in principio ff. de concubinis*: & ita quidquid in testamento extranei ei relictũ sit, non denegatur; secus vero si à principio passa est concubinam patroni esse, & eum deseruerit, vt in dicta *l.* 1. *in fine*, *ff. de concubinis*, notat *Cuiacius lib.* 5. *observationum*, *cap.* 6. & *lib.* 8. *responsorum Papiniani* in dicta *l. cum tabulis* §. *quoniam stuprum*. *Antonius Faber lib.* 3. *coniecturarum*, *cap.* 14. *Larriategui lib.* 8. *selectarum cap.* 5. *num.* 4. & 6.

11 Nono, his omnibus valde obstat textus in dicta *l. cum tabulis* §. *quoniam* versic. *idque, in testamento*, *ff. quibus vt indignis* ex cuius textus decisione constat, idem dicendum esse in testamẽto Coquei Cassiani, vbi relictum filiæ Rufinæ concubinæ in genuę valet, & tenet: neque fisco adiudicatur, & tamen cum ingenua concubina stuprum committitur, si sine testatione id ita fuerit factum, vel nisi quæstũ antea fecerit, iuxta textum *in l.* 3. *ff. de concubinis*: atque ideo fisco illam hæreditatis portionem competere, cum requisita illa defecissent ex dicta *l. mulierem* 14. *ff. de his, quæ indignis* cum similibus supra adductis: neque obstabit, quod eius filiæ illa hæreditatis portio esset relicta, cum id contemplatione matris in fraudem fisci relictum videatur: *l. in fraudem* 10. *ff. de his, quæ vt indignis l.* 3. §. *tacita ff. de iure fisci*, in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Cuiacius lib.* 8. *responsorum Papiniani*, *in dicta l. cum tabulis* §. *quoniam*, & *lib.* 5. *observationum capit.* 6. *Antonius Faber lib.* 3. *coniecturarum*, *cap.* 14. *Merilius lib.* 3. *observationum*, *cap.* 17. *Paciolus lib.* 2. *variarum*, *cap.* 102. veriorem esse existimo, quã refert eruditissimus, atque omni laude dignissimus, *Don Martinus de Larriategui lib.* 8. *selectarum*, *cap.* 5. *num.* 15. dum affirmat Rufinam ingenuam non coniugem, sed concubinam Cassiani fuisse: nam cum valde eam dilexisset, & nihil propter stuprum ei relinquere posset, cum ignorasset quæstum palam antea fecisse, meliori modo, quo potuit Rufinam iuuauit: quare eius filiæ certam hæreditatis portionem Cassianus reliquit: vt sic Rufinæ matri alimenta præstaret: quod onus liberorum est, *l. siquis a libevis* 5. §. *ergo & matrem*, *ff. de agnoscendis liberis*: sed cum fiscus portionem illam vindicasset, ex eo, quod Cassianus cum Rufina in genua cõcubina stuprum cõmisisset, cum in fraudem fisci ex mente testatoris id fuisset factum, & per inde haberetur ac si Rufina hæres facta fuisset, *l. in fraudem* 45. *ff. de iure fisci*: sed cum post motam hæreditatis quæstionem apparuisset, iam alũnam sine certo patre ab ipsa Rufina vulgò quæsitam fuisse, ac per cõsequens eius matrem palam quæstũ fecisse, seu prostituisse iusta de causa, cum stuprum locum habere non potuisset, & Rufina quamuis ingenua ita, vt concubina absque vlla pęna à testatore portionem hæreditatis habere posset, ex dicta *lege* 3. *ff. de concubinis* iusta de causa Seuerus, & Antoninus iudicauerunt, non solum Rufinæ, sed eius alumnæ filiæ illam hæreditatis portionem relinqui posse: de qua re videndus est etiam *Germonius lib.* 3. *de sacrorum immunitatibus*, *cap.* 12. *numero* 60. *Robertus lib.* 2. *rerum iudicatarum capit.* 17. Et pro interpretatione ad textum in *capit.* 21. 34. *distinct.* cum alijs vide quæ supra scripsimus in *capit. cũ in iuuentute* 15. *de præsumptionibus numero* 5. cum sequent.

12 Decimo, aduersus ea, quæ refert textus in *capit. sicut* 4. *hoc titulo* dum asserit, Archiepiscopum Diœcesanum posse clericum in concubinatu perseuerantem deponere: obstabit textus in *capit.* 2. *de pœnis lib.* 6. vbi apparet, Diœcesanum non posse eum deponere, nisi certus Episcoporum numerus cum eo assistat: ergo inepte ibidem Archiepiscopo tantum id est permissum, pro cuius dubij solutione adnotandum est, aliud esse clericos verbaliter degradare, & ab ordinibus, vel gradibus Ecclesiasticis deponere, & sic eos priuilegio clericali expoliari: aliud vero in perpetuum ab ordinis executione, officio, & beneficio suspendere, & deponere, priuilegio vero clericali retento, in primo casu procedit textus in dicto *cap.* 2. *de pœnis*: vbi certus Episcoporum numerus ad depositionem illam desideratur: in secundo vero procedit textus in dicto *cap. sicut* 4. *hoc titulo* cum similibus *cap. veritatis* in fine *de dolo, & contumacia*, *Concilium Trident. sessione* 13. *cap.* 4. & quæ differentia extet inter suspensionem, depositionem perpetuam, vel realem seu actualem degradationem, vel verbalem plura vide apud Archidiaconum in *cap. dictum est cap. clericos* 81. *dist. Barbosã*, & *Acuñã* ibidẽ *Nauarr. in manuali cap.* 27. *num.* 152. *Abilã de censuris* 3. *part. disput.* 1. *dubitatione* 2. cum traditis à *Barbosa in collectaneis ad decretales* in dicto *capit. depositio* 2. *de pœnis lib.* 6. & in notis ad *Concilium Trident.* dicta *sessione* 13. *cap.* 4.

13 Vndecimo, aduersus ea, quæ in dictis iuribus notant omnes videlicet illam depositionis pœnam nõ temporalem, sed perpetuam esse: vt sentit glossa verbo *expoliari* in dicto *capit. si autem* 6. *hoc titulo glossa* verbo, *non statuta in cap.* 1. 50. *distinct. cap. siquis clericus* 81. *distinct. capit. sicut* 4. in fine *hoc titulo l. seruus* 10. *Codice de pœnis l. si rem* 19. §. *final*, *ff. de euictionibus*, tenet *Archidiaconus* in dicto *cap.* 1. 50. *distinct. Felinus in capit. ex literis*, *num.* 9. *de constitutionibus*, *Decius in capite at si clerici*, §. *de adulterijs numero octauo de iudicijs*, *Nauarrus in manuali capite* 27. *numero* 151. versiculo *dixi vel perpetuum Abbas in capite cler coe* 3. *hoc titulo numero* 4, nam regulariter qui simpliciter deponitur in perpetuum depositus censetur, etiam si id

Universidad de Deusto
Biblioteca

expressum non sit, *cap. quia circa 22. de priuilegijs*, constatque ex propria depositionis diffinitione, cum sit perpetua remotio ab altaris ministerio secundum *Abb. & Decium* in dicto *capit. at si clerici Bernardum Diaz in prax. cap. 135. num. 1.* valde obstabit textus *in cap. ex litteris 11. §. final de constitutionibus*, vbi pœna priuationis à communione cuicã Gregorio simpliciter imposita, temporalis præsumitur: ex quo in perpetuũ duraturam fuisse expressum nõ fuit: ergo similiter depositionis pœna simpliciter absque temporis præfinitione prolata, non perpetua, sed temporalis esse debet, nisi à lege, vel ab homine in perpetuum durare statutum sit, quam difficultatem distinctione adhibita respondere debes: scilicet, an pœna pro crimine, an vero pro contumacia sit imposita: nam si ob contumaciam fuerit imposita, etiam si simpliciter fiat, absque temporis præfinitione, perpetuo durare non præsumitur: quia de natura contumaciæ est, vt qui eius causa à cõmunione pribatur, illico restitutionem obtineat, si congruam satisfactionem præstiterit, *cap. contingit 36. de sententia excommunicationis*, & ita obtinet textus in dicto *cap. ex litteris, §. final*: at vero cum pœna depositionis in diffinitiua pro crimine infligitur, præcipue pro reatu lethali ex concubinatu proueniente, tunc etiam si absque temporis prefinitione proferatur, perpetuo durare præsumitur: & ita sunt interpretanda omnia iura in confirmationem huius sententiæ supra adducta: notat glossa verbo *in perpetuum in dicto cap. ex litteris*, *Abbas* ibidem, *Felinus 6. Henricus 3. Vsque ad sextum.*

14 Duodecimo, solutioni obstat textus in *l. puto 6. §. siquis ad vocationem, ff. de postulando*, vbi cõstat, quod etiam si iudex pœnam simpliciter pro crimine in sententia proferat non perpetua, sed temporalis iudicatur: qua in difficultate omissa solutione, quam refert glo la verbo *statuta in cap. 1. 50. distinct. Archidiaconus* ibidem, *numero 1.* verisime dicendum est, in dicto §. *siquis aduocationem*, pœnam illam nõ fuisse simpliciter impositam absque certo tempore: sed temporalem fuisse: vt demonstrat idem textus dum præses prouinciæ apud se tantum aduocatum postulare prohibuit, & non vltra, vt constat ex verbis illis *siquidem apud se*: cum si vellet protendere pœnam illam apud successores non posset, *l. final ff. de pœnis*: ergo nihil mirum, si pœna in dicto §. *siquis*; non præsumatur perpetua, sed temporalis, cum limitata fuerit ad tempus magistratus. Neque potest vlterius prorogari contra sententiæ fidem, *l. Imperator 8. ff. eodem* notat *Antonius Faber in rationali in dicta l. puto §. siquis litera B.*

15 Decimo tertio, prædictis obstat *textus in l. ad tempus, ff. de decurionibus, & filijs eorũ*: vbi ad tempus ad ordines motus ex crimine ignominiam importat in perpetuũ: ex quo dicendum videbatur, quod licet pœna ad tẽpus in flicta sit, in perpetuũ nihilominus durare debet. Verum hæc difficultas diluitur, si dixeris in specie illius textus illud fieri non propter pœnam in sententia insertam, sed propter causam sententiæ, ideſt propter crimen, quod infamiã irrogat sequuta sententia: siquidem is, qui infamis redditur inter decuriones retineri absurdum, & toto ordini ignominiosum est, argumento textus in *l. qui cum vno 4. ff. de re militari, l. 2. Cod. de dignitatibus lib. 12 capit. infamibus de regulis iuris lib. 6.* quã solutionem refert *Antonius Faber in rationali* ad textum in dicta *l. puto §. siquis* apud finem, *ff. de postulando* Cuiscius

iacius lib. 2. quæstionum Papiniani in d. *l. ad tempus 5. ff. de decurionibus.*

16 Decimoquarto, his omnibus obstabit textus *in l. sine præfinito 23. ff. de pœnis*: vbi apparet, quod si pœna sine præfinito tempore est imposita non perpetua, sed ad decenium tantum imposita præsumitur. Pro cuius textus difficultate distinguendũ est, plurimum interesse, an pœna simpliciter, & absque præfinitione, termini imponatur, an vero iudex illã infixerit ad tempus indeterminatũ sine aliqua temporis adiectione. In primo casu certum est, pœnam imperpetuum durare, ex quo regulariter fuerit à iudice prolata, & ita sunt intelligenda iura in principio supra adducta, & textus in dicta *l. seruus 10. C. de pœnis*, in secundo vero casu, quando scilicet, aliquis ad tempus in determinatum damnatus est, tunc reuera, cum manifeste constet de certa iudicis voluntate, reum ad tempus damnare volentis, sed nõ de temporis præfinitione, quod imperitia sua omisit, ad decenij spaciũ illud restringendum esse ius interpretatur, & ita intelligendus est textus in dicta *lege sine præfinito 23. ff. de pœnis*, vt constat ex verbis illius textus, ibi, *sine præfinito tempore* iuõto versic. *imperitia dantis*, quam interpretatione refert *Bartolus, Baldus*, & *Iason* in dicta *l. præfinito*, idem *Iason in §. curare instituta de actionibus num. 2. Antonius Gomez* plures referens *tomo 3. Variarum cap. 8. num 3.*

17 Decimoquinto, obstabit textus *in cap. at si clerici 9. si vero* in fine *de iudicijs*, vbi depositio, & suspensio cõfunduntur, & promiscue vna pro alia pœna accipitur. Notat *Archidiaconus in capit. dictum est, capit. clericos 81. distinct. Nauarrus in manuali cap. 27. num. 10.* versic. 5. ergo perperã in *cap. sicut 4.* cum similibus hoc titulo diuersa significant, quod dubium dilues, si dixeris, quod licet aliquando suspensio, & depositio cõ fundantur in iure, ac pro eodem sumantur, id tamẽ debet intelligi quatenus conueniunt in prohibitione ordinis officij Ecclesiastici, seu beneficij, *cap. Archidiaconum 81. dist.* tamẽ proprio sumpto vocabulo differunt inter se: quia suspẽsio importat prohibitionem ad tempus cum spe restitutionis: vt constat ex textu nostro, *capit. sicut hoc titulo* versic. *Vsque ad satisfactionem congruam*; depositio vero est pœna priuationis, qua quis remouetur ab executione ordinis officij, & beneficij Ecclesiastici absque spe restitutionis, iuxta textũ *in cap. Veritatis 8.* in fine *de dolo, & contumacia*, vers. *officio sacerdotali priuantes sine spe restitutionis*, constat etiam ex dicto *cap. at si clerici §. si vero* dum ad distinguendos depositos à suspensis affirmat, depositos ab altaris ministerio perpetuo remouendos: vnde post alteram iusta delinquentis perseuerantiã imponitur pœna: neque videtur pro eodem delicto duplici pœna puniri ex dicto *cap. at si clerici §. de adulteriis*: & pro coronide huius textus prænotare debes cum clerico perpetuo depositio dispensari posse, si pœnitẽtiam egerit: & quis possit cum eo dispensare, videndus est *Archidiaconus, in cap. contumaces 21. 50. distinct.* & *in cap. clericus el segundo 46. distinct. Syluester* verbo *degradatio quæst. 9. Petrus Gregorius lib. 31. syntagmatum iuris parte 3. cap. 30. n. 8. Enriquez in summa lib. 13. cap. 45. §. 4. Sairus in Thesauro casuum conscientiæ lib. 5. cap. 19 num. 18. Abila 3. parte disput. 1. de suspensione* verbo *secundo sequitur.*

(a)

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in cap. vestra 7. cap. tua nos 8. c. quælitũ final huius tituli.

SVMMARIVM

1 *Clericus concubinarius, vel aliàs criminosus vitandus non est, nisi eius crimen sit notorium, vt ibi exponitur.*

2 *Priuandus non est in dubio quis à iure suo siquidem tũc quilibet bonus præsumitur.*

3 *Interpretatur textus in cap. nullus 5. 32. distinct. cap. siquis sunt 15. §. si qui vero 81. distinct. conciliantur cum cap. sciscitantibus final 15. quæst. 8.*

4 *Exponitur textus in cap. at si clerici de iudicijs.*

Clerici confessio coram laico iudice facta non tenet.

5 *Dubitans an sit excommunicatus, nec ne, tenetur se abstinere perceptione sacramentorum.*

Tutior via in dubijs eligenda est.

6 *Exponitur textus in extrauaganti ad euitanda scandala Martini 5.*

Excommunicatus publice denunciatus omnino vitandus est.

1 CONCLVSIO. Clericus cõcubinarius vel alias criminosus, vitandus nõ est: nisi eius criminen sit notorium, per sententiã, vel confessionẽ factam in iudicio, vel per euidẽtiã rei, quæ aliqua tergiuersatione celari non potest, cõsonat textus in dicto *cap. Vestra 7. cap. tua nos 8. cap. quæsitum final hoc titulo cap. sciscitantibus final 15. quæst. 8. cap. sacerdotes 33. 50. distin. cap. quæsitum de temporibus ordinandorum*, & glossa ibidem verbo *notoria cap. scelere 4. cap. erubescant cap. nullus missam 32. distinct cap. consuluisti 2. quæst. 5. cap. si quæ sunt 81. dist.* glossa *in cap. de homine de celebratione missarum. Concilium Trident. sess. 22. de observandis, & euitandis in celebratione missæ, .43. titulo 16. parti ta 2.* exornant *Sarcenus ad Bernardũ, cap. 79. num. 1. Gutierrez lib. 1. canonicarum quæstionum cap. 1. ex numero 44. Couar. in cap. Alma mater 1. parte §. 2. num. 10. Suarez de censuris disput. 31. sectione 4. n. 16. Bonacina de sacramentis disput. 4. q. vl. . punctio 12. n. 1.* ver. *vtrũ. Garcia de beneficijs parte 7. cap. 14. nu. 36.* plures refert *Barbosa in collectaneis ad decretales* in dicto *cap. vestra 7. & final hoc nostro titulo, & ad decretum in cap. missas 32. dist. Acuña ad primam decreti partem, in dicto cap. nullus num. 2. & in cap. præter 4. eadẽ 32. distinct. à num. 3. 4. & 5. Cenedus in collectaneis ad decretum collectanea 19.*

2 Ratio quare clericus concubinarius, si notorius non est vitari non debet, ea est: quia in dubio non est, quis priuandus iure suo *cap. 1. & 2. Vt lite pendente* si quidem in dubio: quilibet bonus præsumitur *capit. dudum capit. vltim. de præsumptionibus, l. merito, ff. pro socio*, quæ dubitatio cum per notorietatẽ delicti cesset, merito eadem cessat dispositio *cap. cum cessante de appellationibus*, ideoq; si delictum notorium sit per sententiam, confessionem, vel euidentiam rei, clericus concubinarius in officijs vitari debet. Neque ab eo sunt diuina sacramenta recipienda, vt sic tædio affectus resipiscat, corrigatur & spiritus eius saluus fiat. Argumento textus *in cap. 1. de sententia excommunicationis, cap. quoniam frequenter, 3. in alijs Vt lite non cõtest ita*: tum etiã, vt peccãdi licẽtia ab alijs auferatur, iuxta textum in dicto *cap. Vestra 7. §. item aliud hoc nostro titulo.*

3 Primo, his omnibus obstat *Romana synodus, cap. 113.* relata *in capit. nullus 5. 32. distinct.* cuius hæc sunt verba; *nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere*

bere cap. si qui sunt 15. §. si qui vero 81. dist. cuius hęc sunt verba; *si qui vero in suo peccato perseuerare malucrint, nullum Vestrum officium eorum audire præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem*, ex quibus iuribus à perte constat, quod is, qui simpliciter tantum scit clericum concubinam habere, non potest missam ab eo audire; neque cum eo in sacris interesse: quod omnino contrarium refert textus *in cap. Suscitantibus final 15. quæst. 8.* siquidẽ affirmat cũ eodẽ concubinario clerico in diuinis interesse posse, & ab eo sacramẽta percipere; quam iurium pugnam *Lucius Tertius in cap. Vestra 7. hoc titulo* ad concordiam reduxit, qui sedandi huius dissidij causa distinctionem adhibet: scilicet, aut notorium est illud clerici crimen, aut occultum: nam si notorium est, veluti si peractus sit reus, vel si de eo crimine in iure confessus, vel si res adeo manifesta est, vt, neque accusatorem requirat, neque testem, vel iudicem, vt *in capite tua, capite final hoc nostro titulo*, tunc neque ministerijs ipsius clerici interesse oportet, neque sacramenta ab eo scienter percipere licet: nisi forte baptismi sacramentum in vltima necessitate; & ita obtinet textus in dicto *capite nullus 32. distinct. capit. si qui sunt, §. si qui vero 81. distinctione*; si vero probum seu peccatũ clerici fuerit occultum, hoc est, quod ab Ecclesia tolleratur, tunc ab eo diuina audiri, & sacramenta percipi poterunt: & ita est interpretandus textus in dicto *capite Suscitantibus final 15. quæstione vltima.* Notat glossa in dicto *capite Vestra 7. hoc titulo Cuiacius late impostbumis ad eundem textum.*

4 Secundo, obstat textus *in capite at si clerici de iudicijs*: vbi apparet, quod clericus puniri non debet, etiam si in iure sit confessus: ergo & similiter in præsenti etiam si de crimine constiterit per confessionem in iure, adhuc clericus ab officijs vitandus non est: cui dubio satisfacies facile, si dixeris textum nostrum esse intelligendum terminis habilibus suppositis, hoc est, in cõfessione à clerico facta coram iudice competenti: textum vero in dicto *capit. at si clerici* in cõfessione facta à clerico coram iudice seculari, qui de clericorum cognitione incapax *est*: nam sicut sententia à non suo iudice lata non tenet *l. extra territorium ff. de iurisdictione omnium iudicum capit. final de constitutionibus lib. 6.* ita neque confessio coram non suo iudice nullas debet habere vires neque ex ea confessus debet condemnari, vt late scripsimus in dicto *c. at si clerici.*

5 Tertio, prædictis obstabit sequens consideratio, si propter aliquam rationem clerici concubinarij ab officijs euitari non debent, ea esset præcipua: quia delictum, quo ad Ecclesiã occultũ est, & in dubio, quis nõ debet priuari à cõmodo possessionis dicto *c. 1. & 2. Vt lite pẽdẽte* cũ semper bonus præsumatur dicto *c. dudũ de præsumptionibus* cũ supra traditis in decidendi ratione, sed quoties aliquis dubitat, vtrũ sit excõmunicatus nec ne, tenetur se à perceptione sacramentorum abstinere *capite illud 5. de clerico excommunicato ministrante*: quia in dubijs tutior via eligenda est: præcipue in conscientiæ foro *cap. inuenis* cum vulgatis *de sponsalibus*: ergo sic similiter, quoties dubium est vtrum clericus concubinarius in concubinatu persistat, illum vitare debemus, etiã quo ad sacramẽtorum perceptionẽ: verũ hæc difficultas ex eo diluitur: quia in similitudine supra adducta nõ militat eadẽ ratio: & sic idẽ ius non de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet constitui: nam licèt quoties dubitat se esse excommunicatum tenetur se abstinere à perceptione sacramentorum, quia in dubijs, vbi periculum animæ inest, tutior pars eligenda est dicto *capit. illud de clerico excommunicato*: tamen in dubijs non tenemur proximum vitare, si de eius communicatione, vel delicti notorietate dubitamus. Discriminis ratio est: quia qui dubitat de excommunicatione sua potest se abstinere absque iniuria alterius: qui vero dubitat de alterius excommunicatione, vel delicti concubinatus notorietate, si illum vitaret censetur, ei iniuriam facere cum in dubio nō est, quis priuandus à iure suo, vt supra retulimus; si quidem dubia in meliorem partem sunt interpretanda *cap. stote de regulis iuris in decretalibus, l. cum creditor, ff. de furtis.* Notat *Farinacius de falsitate quæst.* 85. *num.* 11.

6 Quartò, his omnibus obstat textus *in extrauaganti ad euitanda scandala Martini* 5. vbi apparet neque delicti notorietatem, neque iudicis sententiam, neque excommunicationē ipsam sufficere: sed specialem publicam excommunicationem omnino desiderari, vt quis possit vitari à perceptione, vel datione sacramentorum: ergo nostri textus decisio sustineri minime valet. Sed huic dubio dicendum est, quod licèt attento iure nostri textus teneremur vitare clericos notorios per sententiam, aut confessionem in iudicio factam, aut per operis euidentiam, seu notorietatem facti: tamen hodie nō tenemur eos etiam in sacris vitare, nisi per indicem fuerint publicati, & denuncia ti secundum dictam *extrauagantem Martini* 5. *ad euitanda scandala*, quæ postea *in Concilio Basilienſi Anno* Domini 1435. renouata est *in sessione* 20. & *in Concilio Lateranensi* habito sub Leone 10. *sessione* 11. & sic nostri textus decisio non procedit nisi postea quam clerici concubinarij suspensio publicata fuerit per superiorem: nā tūc à concubinarijs sacramenta sunt vitanda. Notat *Acuña* in dicto *capit. nullus* 5. *num.* 3. & *in cap. præter* 6. *numero* 2. 32. *distinct. Barbos. in collectaneis ad textum in capit. final hoc nostro titulo numero* 30. *Cenedus in collectaneis ad decretum collectanea* 19. *Gutierrez dicto lib.* 2. *canonicarum quæstionum capit.* 7. *num.* 85.

De clericis coniugatis titulus III.

Ad textum in cap. si qui 1. c. sane 2. c. quod à te 3. c. sane 4. c. diuersis 5. cap. cum olim 6. cap. Ioannes 7. capit. cum decoré 8. hoc nostro titulo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum per clericum in sacris existentem non tenet.*
2 *Clerici perpetuò Deo emancipati sunt, merito ne ab oratione diuertantur, à coniugali consortio prohibentur.*
Maritus in re vxoria, & familia semper præsumitur occupatus.
Ordo sacer tempore primitiuæ Ecclesiæ tantum impediebat matrimonium; hodie vero illud etiam dirimit.
Clericus in minoribus ordinibus constitutus si matrimonium contraxerit, beneficium, quod antea habebat amittit ipso iure.
3 *Declaratur textus in cap. quoniam* 13. *& finali* 32. *distinct. cap. cum olim de clericis coniugatis, & fere omnia*

omnia iura, in quibus sacerdotibus in Ecclesia Orientali coniugia permittebantur.
4 *Exponitur textus in cap. consulenda finali* 28. *distinct.*
5 *Interpretatur textus in cap. quoniã* 13. *versic.* oportet 31. *distinct. cum cap. in præterito* 34. *distinct.*
Casus exceptus firmat regulam in contrarium.
6 *Exponitur textus in cap. quoniam* 13. *distinct.*
7 *Dilucidatur textus in cap. presbyterum* 16. 28. *distinct.*
8 *Apostolorum canon cap.* 5. *aliàs* 6. *relatus in cap. siquis docuerit* 28. *distinct. late interpretatur.*
Sacerdotes sub obtentu religionis non debent vxores contemnere, hoc est saltim quoad alimenta, & congruam sustentationem.
9 *Expenditur textus in cap. quicunque versic.* vxore contentus 77. *dist.*
10 *Expenditur textus in cap. diaconi* 28. *distinct.*
11 *Interpretatur textus in cap. vnico* §. *illud versic.* Ecclesia 35. *q.* 1.
Clerici an castitatem ex vi præcepti, vel consilij teneantur obseruare.
12 *Illucidatur textus in cap. Ioannes de clericis coniugatis.*
Declaratur textus in cap. siquis 3. 32. *dist. cap. quia tua* 8. 12. *quæst.* 2.
13 *Interpretatur textus in cap. si qui vero* 3. 32. *dist. cap, quia tua* 8. 12. *quæst.* 2.
Clericis coniugatis beneficia hoc est stipendia debentur seruientibus Ecclesiæ.

1 CONCLVSIO, quæ ex his iuribus communiter deduci solet sic se habet: matrimonium contractum per clericū existentem in sacris non tenet: secus in minoribus, sed ipso iure amittit Ecclesiastica beneficia. Cōsonat textus in dict. *cap.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. *hoc titulo, cap.* 1. & 2. *qui clerici, vel vobentes cap. vnico de voto, & voti redemptione lib.* 6. *Extrauagans antiquà de voto, & voti redemptione cap.* 2. *cap. subdiaconus* 9. 32. *distinct. cap.* 1. *cap. sane* §. *cum autem* 15. *quæst.* 3. *cap. de cernimus* 2. *cap. quanto* 3. *cap. presbyter* 9. 28. *dist. cap. sacerdotibus* 2. *cap. eos* 31. *dist. cap. de illo cap. erubescat, cap. siquis* 7. 32. *dist. cap. presbyteris* 27. *dist. Concilium Arelatense* 2. *canone* 2. & 8. *Toletanum* 2. *canone* 1. *Toletanum* 8. *canone* 5. & 6. *Maguntinum* sub Arnulfo Rege *canone* 19. *Romanum* sub Nicolao 2. *canone* 3. *cartaginense* 2. *canone* 2. *Cartaginense* 5. sub Anastasio *canone* 5. quod habetur *in cap. quorundam* 84. *dist. Cartagiuē se* 5. *cap.* 3. relatū *in cap. placuit* 32. *dist. Illebiritanum canone* 33. *Gerundiense cap.* 6. *Trid. Concilium sessione* 24. *de matrimonio cap.* 9. *l.* 41. *tit.* 6. *partita* 1. exornant *Thomas Sanchez lib.* 7. *de matrimonio disp.* 28. *Gutierrez de matrimonio, cap.* 94. *numero* 10. idē *in practicis lib.* 2. *quæst.* 104. *Petrus Gregorius de beneficijs, cap.* 75. *numero* 4. *Bonacina de matrimonio num.* 12. *Couarruu. de sponsalibus* 2. *parte cap.* 6. §. 3. *num.* 4. *Bernard. Diaz in practica canonica, cap.* 8. *nu.* 5. *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 6. *Belarminus lib.* 1. *de clericis, cap.* 18. *Suarez tomo* 3. *de religione lib.* 9. *de voto castisatis, cap.* 13. *Basilius lib.* 7. *de matrimonio, cap.* 24. *Nicolaus Garcia de beneficijs, parte* 7. *cap.* 5. *Muscardus de probationibus conclusione* 182. *Acuña ad primam decreti partē* in dicto *cap.* 1. cum alijs 32. *distinct. Baronius tomo* 1. *Anno* 58. *num.* 14.

2 Ratio est, quia cum sacerdotibus quotidiana necessitas orandi incumbat, cum perpetuo Deo mancipati sint; merito ne ab oratione, & ab hac obligatione diuertantur; atque distrahantur, iusta de causa à cō iugali consortio prohibiti sunt ex illa Apostoli authoritate, *ad Chorinthios cap.* 6. *cap. ante triennium, cap. sacerdotibus* 31. *distinct.* siquidem, qui mulierem habet non potest in vitā contemplatiuam tendere, animumque dirigere: cum in re vxoria, & familia semper sit occupatus. Notat *Anastasius, Germonius in paratitlis ad hunc titulum*, & constat ex textu in dicto *cap. diuersis* 5. Nam licèt olim ex tempore primitiuæ Ecclesiæ vsque ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Annum 1139. matrimonium valeret; cum ordo sacer tantum impediret: hodie vero eum dirimit ex Innocencio 2. qui præfuit in Concilio Romano generali relato *in capit. vt lex 27. quæst. 1.* Notat *Basilius* dicto *lib. 7. capit. 27. numero 2.* qua etiam ratione si clericus in minoribus constitutus matrimonium contraxerit beneficium, quod habuerit amittit ipso iure, non ex eo, quia eius priuatio ratione pœnæ introducta sit: siquidem nullum delictum commisit ex illa matrimonij celebratione: cu matrimonij sacramētū sit à Deo institutū, & illis antea non prohibitū, sed ex prædicta incōpatibilitate, quæ oritur inter coniugē, & statum Ecclesiasticum, *cap. Jane 2. cap. diuersis 5.* versic. *cum ergo hoc nostro titulo*, & ideo statim, quo matrimonium contrahit, beneficio Ecclesiastico renunciare videtur argumēto textus *in cap. cum renunciatur 9. 32. q. 1. cap. ex transmissa de renunciatione;* Notat *Gonçalez ad regulam 8. cancellariæ glossa 14. num. 63.*

3 Primo, huic conclusioni obstat textus *in cap. quoniam 13. capit. final 32. distinct. cap. cum olim hoc titulo cap. quæsitum de pœnitentijs, & remissionibus, Concilium Cangrense cap. 4.* relatum *in cap. siquis decernit 28. distinct. cap. Nicæna synodus 30. distinct. cap. vt clericorum de vita, & honestate clericorum.* In quibus iuribus apparet coniugium licitum esse sacerdotibus: siquidem coniungati ordinabantur, & similiter ordinati poterant matrimonium contrahere. Pro quorum iurium conciliatione adnotandum est, quod licèt primis temporibus in Ecclesia occidentali Latina à diaconis tantum ex præcepto Ecclesiæ cōtinentia exigebatur ex rationibus, & iuribus supra in decidendi ratione adductis, & constat *ex canone 25. Apostolorum cap. præterito 84. dist.* tamē in Orientali, & Græca aliud obseruabatur: siquidem ad sacros ordines admittebatur, siue quis esset coniugatus, siue vxore solutus: sed in receptione ordinum eius arbitrio relinquebatur callitatis professio: nā si continentiam voberat, etiam si cō iugatus esset amplius matrimonio vti vetabatur, si vero solutus erat, de inceps matrimonium non poterat contrahere: sed recusata continētiæ obseruatione licitum erat Græcis coniugium, & ideo vel coniugati ordinabantur, vel ordinati matrimonium contrahebant: sed dum sacris vacabant ab vxoribus abstinebātur, *capite aliter 31. distinct.* Et de his Ecclesiæ Græcæ sacerdotibus sunt intelligenda omnia iura supra in argumento adducta: notat *Couarru. in 4. 2. parte cap. 6. §. 3. Suarez tomo 3. de religione lib. 9. de voto castitatis, cap. 13. Basilius dicto lib. 7. de matrimonio, cap. 23. num. 5.* cum sequentibus, & *cap. 24. num. 4.*

4 Secundo, huic interpretationi valde obstat textus in *cap. consulēdū final 28. distinct.* vbi asseritur dignos reprehensione esse presbyteros Grecos, qui vxores habent: ergo siue matrimonium sit contractum ante ordinis susceptionem, siue postea illo vti Græcis sacerdotibus erit illicitum. Pro cuius dubij resolutione ad notandum est olim apud Græcos a principio fuisse quandam consuetudinem insanam, & prabam, qua obseruabatur, vt nullus ad sacrū ordinem promoueretur, nisi prius matrimonium contraheret, quam consuetudinem reprehendit Diuus Hieronymus Vigilātio Gobiniani discipulo eius erroris authori, quē errorem postea suscitauit Lutherus: Notat *Belarminus lib. 1. de clericis, capit. 59.* versic. *posterior.* Sicque dicendū est textum in dicto *cap. final* non reprehendisse presbyteros Orientales ex eo,

ex eo, quod matrimonij vinculo vterentur; sed ex eo: quia illam insanā, atque improbam consuetudinem obseruari ēt: scilicet vt nullus ad sacros ordines admitteretur, nisi prius matrimonium contraheret: Notat *Basilius lib. 7. de matrimonio cap. 23. nu. 26.* verum hæc interpretatio aperte cō uincitur ex eo, quod clerici illi non erant Græci, sed Latini, & legati Pōtificis Nicolai 1. vt constat ex vita eiusdem Nicolai 1. per *Seuerinum tomo 3. Conciliorū parte 2. sectione 2.* merito cum clerici illi non essent subditi legibus Grecorum; cum tantum more Ecclesiæ Romanę viuerent, iusta dē causa reprehensione digni erant. Notat *Medina lib. 2. de continentia sacrorum hominum cap. 27. Bazquez de ord. disp. 247. cap. 6. num 85.*

5 Tertio, obstat textus *in cap. quoniam 13. 31. d. ff.* in versiculo *oportet* vbi solum interdicitur concubitus tempore, quo sacra agenda sunt: vnde casus exceptus firmat regulam in contrarium: cui decisioni valde obstat textus *in cap. in præterito 84. distinct.* vbi statuitur ordinatos abstineri debere ab vxoribus, sicut Apostoli docuerunt, & antiquitas seruauit: verum hæc iura sunt ita ad concordiam reducēda, si dixeris, textū in dicto *capite cum præterito* dum castitatis obseruātiam sacris ministris commendat, respicere ad tempora pristina Apostolorum, ex quorum traditione hoc præceptum accepit Ecclesia, textum vero in dicto *capite quoniam* respicere vsum Ecclesiæ Græcæ, & Orientalis: vbi coniungij vsus ordinatis relinquitur, sed tantum celebrationis tempore illis prohibebatur, & ita respondit *glossa verbo Romani* in dicto *cap. quoniam.*

6 Quarto, distinctioni supra adductæ grauior superest difficultas: nam in his iuribus ab Apostolis contraria doctrina circa continentiam sacrorum ministrorum approbatur, iuxta temporum, & locorum præmissam distinctione: at sic est quod Apostolorum præcepto effici non potest; vt idem Apostoli docuerint seruandam esse ab ordinatis abstinentiā à proprijs vxoribus; & rursus contrarium, videlicet non esse priuandos sacros ministros ab vxorum consortio, quam difficultatem agnoscunt *Basilius lib. 7. de matrimonio capit. 26. num. 1. Baronius tomo 8. Anno 692. numero 19.* verum huic dubio respondendum est dictum *canonem quoniam 31. distinct.* spurium esse ex eo quod abutitur Apostolica doctrina circa continentiam sacrorum ministrorum: nam cum textus ille sit desumptus ex *sexta synodo in Trulo* nullam habet canonicam fidem siquidem canones illi non fuerant conditi authoritate Apostolica, neque approbati à Pontificibus, imo plures eorum sunt valde suspecti: notat *Seuerinus tomo 3. conciliorum parte 1. sectione 1. Belarminus lib. 1. de Cōcil. c. 7. Acuña ad primā decreti partē in cap. sancta synodus 9. numero 1. 16. distinct.*

7 Quinto, prædictis obstat textus *in cap. presbyterum 16. 28. distinct.* qui de sumptus est ex *canone 26. in Trulo*, & ad Oriētales clericos pertinet, & nihilominus asserit, quod presbyter detētus nuptijs nō legalibus, etiā per ignorantiam ab officio abstineri debet: sed respōdetur textum illū non improbare omnes nuptias Orientalibus clericis, sed illis tantū pœna illa imponitur, qui nuptias contrahunt contra alia præcepta legum, veluti si contrahunt cum consanguinea, aut affini, neque ignorantia vlla clerici illi excusari poterunt, qui docere alios debent, & ab ignorantiæ tenebris educere: Notat *Acuña vbi supra* in dicto *cap. presbyterum 16 numero 1. & 2. Salcedus ad Ber-*

Universidad de Deusto Biblioteca

nardum cap. 80.

8 Sexto, obstat illa Apostolorum authoritas, *capit. 5. alias 6.* relata in *cap. siquis docuerit 28. dist.* cuius hæc sunt verba *siquis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis vxorem continere anathema sit*: ex quibus verbis apparet sacerdotibus etiã non Oriẽ talibus permissũ esse vxoriẽ habere. Qua in difficultate ita nonnulli ita sunt oppressi, quod existimet Apostolorum tempore licitum fuisse cõiugatis ad sacrum ordinem ascendere: mouetur enim ex illa *Pauli authoritate ad Titum 1.* qui ita eum admonens asserit, quales esse debent, qui in presbyteros eligũtur his verbis. *Siquis sine crimine est vnius vxoris vir filios habens fideles non in accusatione luxuriæ*: præcipit enim vnius vxoris eligendum potius, quam qui nullam vxorem duxisset, vt sentit *Basilius de impedimentis capite 23. numero 1.* & ita de illo Apostolorum tempore intelligẽdum esse textum in dicto *capite siquis docuerit*: verum hæc interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod etiam Apostolorum tempore cunctis sacerdotibus vxorum vsus interdictus fuerat: tenent *Sotus lib. 7. de iustitia, quæstione 8. articulo 2. conclusione 3. Couarru. in 4. 2. parte capite 6. §. 3. numero 1.* cum traditis ab *Acuña* vbi supra in dicto *capite siquis docuerit 28. distinctione*: neque obstat illa Diui Pauli authoritas *ad Titum capite 1.* Nam Paulus ibi loquitur tantum, & specialiter de Ecclesia Græca, siquidem ex Græcorum legibus cauebatur, vt omnes à pueritia statim vxores ducerent; & cum nullus cœlebs reperiretur, cum omnes fere coniugati essent, & durum videbatur virum coniugatum ab vxore remouere, merito in illa Græcorum prouincia ob ministrorum egẽtiam coniugati ad sacerdotiam dignitatem illo Apostolorum tempore eligebantur: qua Apostolorum castitate retenta circa sacerdotes. Non obstat textus in dicto *capite siquis docuerit*: quia debet intelligi de illo tempore primitiuæ Ecclesiæ, qua cauebatur coniugatum posse ad sacrum ordinem promoueri, si vxor consenserit, & votum castitatis Deo emittat, si sexagenaria fuerit, vel si iuuenis in religione approbata professionem fecerit, iuxta textum in capite *Episcopus 77. distinctione, capite sane, capite cum non sit, capite ex parte de conuersione coniugatorum, capite Agatho 27. quæst. 2. Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disputatione 39. numero 6.* & de hoc sacerdotio loquitur textus in dicto *capite siquis docuerit*, qui sacerdos sub obtentu religionis non debet vxorem contemnere, hoc est, saltim quo ad alimenta, & congruam sustentationem vxoris, & familiæ; non vero, quo ad mutuam cohabitationem, iuxta textum in *capite omnino 11. 32. distinctione*, qua de causa non ordinabantur inuitis vxoribus, ne priuarentur iure sibi quæsito dicto *capite Agathosa 21. 27. quæstione 2. capite qui vxorem 10. 33. quæst 5.* Notat *Sotus lib. 7. de iustitia, & iure, quæst. 6. articulo 2. conclusione 3. Belarminus lib. 1. de clericis capite 21. columna 2.* versic. *ad primum Acuña vbi supra* in dicto *capite siquis docuerit numero 3.* de qua re plura scripsimus in dicto *capite 1. de cohabitatione clericorum, & mulierum*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

9 Septimo, conclusioni supra adductæ obstat textus in *capite quicunque* versic. *vxore contentus 77. distinct.* vbi apparet subdiaconũ posse cum vxore etiam ordinis susceptione obtenta cohabitare: sed vt dubium hoc diluamus ad notandum est, quod licèt ex primitiua Ecclesia sacris

sacris ordinibus iniciatis sit prohibitum matrimonium contrahere dicto *capite Episcopos 3. capite eos 6.* cum alijs 31. *distinctione* tamen postea in Concilio *Toletano 1. & Toletano 3. cap. 5.* statutum fuit, vt clerici non diaconi, sed subdiaconi possent matrimonio ante ordinis susceptionẽ contracto vti, quod postea per Concilium Gerũdiense derogatum fuit: quare, cum in dicto *capit. quicunque 77. distinctione*, prohibetur subdiacono matrimonio iam contracto vti, dicendum est procedere eo in tempore, quo subdiaconis vsus matrimonialis permissus erat, quod etiam in Africa obseruabatur, vt apparet ex Concilio *Cartaginense 5. capite 5.* relato in *cap. de quorundam 84. distinctione* & in Galia, & Italia iuxta *Concilium Arelatense 2. capit. 2. Lugdonense 2. cap. 1.* late refert *Basilius lib. 7. de impedimentis, cap. 4. numero 4. 5. & 6.*

10 Octauo, obstat Concilium *Anciranum* relatum in *capit. diaconi 28. distinctione* vbi apparet, quod si diaconus in ordinis susceptione protestatus fuerit se cõtinentiã obseruare non posse, ei licet postea ad nuptias peruenire: ergo non tantum sub diaconis, verum etiam diaconis protestatione illa adhibita licitum erit matrimonium contrahere: in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Medina lib. 2. de continentia cap. 2.* circa finem *Belarminus lib. 1. de clericis, cap. 19. volumine 3.* versic. *probatur 2. Henriquez in summa lib. 10. capit. 14. §. 5.* litera D. verissime est dicendum in dicto *cap. diaconi*, non probari, licitum esse diaconis etiam protestatione præcedente matrimonium contrahere: sed solum aufertur, quòd clerici ad ordinem diaconatus promoti cum protestatione matrimonij celebrandi, si contrahant, de facto separetur ab vxoribus, eo quod eis prohibitum est ad matrimonium ascendere, & maneant in ministerio diacononatus, si licentia Episcopi antecesserit, quæ culpa, & pœna suspensionis quodammodo excussit: aliàs enim si absque licentia contraxissent, non solum ab vxoribus separantur, sed etiam ab altaris ministerio suspenduntur: & ita docet *Turrecremata Archidiaconus*, & *Acuña* vbi supra in dicto *capite diaconi, numero 6. Thomas Sanchez* vbi supra *lib. 7. disput. 28. num. 7.*

11 Nono, obstat textus in *capite vnico §. illud 35. quæst 1.* versiculo *Ecclesia post Apostolica statuta quædã consilia perfectionis addidit, vtpote de cõtinentia clericorum*, ex quibus verbis apparet, sacris ordinibus iniciatis non esse impositum præceptum obseruationis castitatis, sed consilium tantum: pro cuius dubij interpretatione aduertendum est, Ecclesiam solum ex suo præcepto statuisse cõtinentiæ votum in sacra ordine ita, vt clerici compellantur non exprasse, sed tacite facto ipso, quo ordinem sacrum suscipiunt votum castitatis emittere: nam quamuis voce non voueant, tamen facto, & opere ipso susceptionis sacrę ordinis annectitur castitatis votum, quæ Ecclesiæ constitutio *in capit. 1. 28. dist. cap. vnico de voto lib. 6.* versi. *quod solemnizatum facrit per sacri ordinis susceptionem*: & in *Concilio Tridentino sessione 24. can. 9.* argumento textus in *capite cum in præterito 84. distinctione* Notat glossa verbo *votum continentiæ* in *cap. cum olim 6. hoc titulo*: nã quamuis Ecclesia neminem possit absolute cogere ad continentiam, cum sit merũ consiliũ *capite integritas 32. quæst. 2.* tamen in ordine sacro, quem cõfert, poterit apponere

con-

Universidad de Deusto Biblioteca

conditiones, & leges iustas illi statui conuenientes, argumento textus *in l. in traditionibus, ff. de pactis.* Notat *Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, cap. 27. num. 11.* quo supposito dicendum est, Diuum Augustinum in dicto *c. vnic.* illud clericis continentię consilium præbere, sed procedere antequam Ecclesia præceptū illud illis imposuisset. Vnde apparet præceptum castitatis non esse iuris diuini, sed Ecclesiastici tantum; originem tamē ab Apostolis habuisse. Notat *Thomas Sanchez* dict. *lib. 7. de matrimonio, disp. 21. numero* 8. & 9. cum sequentibus.

12 Decimo; aduersus vltimam nostri textus partem, & id quod supra asseruimus, videlicet, quod si clericus in minoribus constitutus matrimonium contraxerit ipso iure amittit beneficium: valde obstabit textus *in cap. Ioannes* 7. hoc titulo: nā cum Pontifex ibidem affirmet, clericum coniugatum non esse molestandum, si non deferat clericalem tonsuram, si modo nullum percipiat beneficium, consideratio est ergo, etiam si sit coniugatus, si beneficium Ecclesiasticum retinet, cōpellendus est deferre tonsuram, ac per consequens patet, clericum coniugatum Ecclesiastici beneficij capacem esse, neque per coniugium beneficium amittere. In cuius textus difficultate omissa glossæ interpretatione ibidem *verbo beneficium Ecclesiasticum Augustini Barbosæ in collectaneis ad eundem textum numero* 3. Verius dicendum est, olim clericos vxoratos habuisse beneficia Ecclesiastica etiam in titulum dummodo perpetuam vouissent castitatem, & essent mariti vnius virginis, & ordinati fuissent ex consensu vxorum iuxta textum in *cap. sane* 2. *hoc titulo Agatense Concilium*, capit. 16. & 17. relatum *in capit. Episcopus* 6. 17. *dist. cap. sane* 6. *de conuersione coniugatorū*, & de hac coniugatorum conuersione intelligendus est textus in dicto *cap. Ioannes* 7. *cap. sane* 2. *hoc titulo capit. Siracusana* 28. *distinct.*

13 Vndecimo, prædictis obstat textus in *cap. si qui* 3. 32. *dist. cap. quia tua* 8. 12. *quæst.* 1. quibus in iuribus aperte probatur clericum coniugatum posse obtinere beneficia Ecclesiastica: verum respōdendum est, iura illa non procedere in beneficijs Ecclesiasticis, sed tantum in stipendijs temporalibus, quæ dabantur clericis coniugatis clericaliter viuentibus, & Ecclesiæ deseruientibus, quod in remunerationis gratiā potius, quam de iure, & tanquam elæmosina: non vero tanquam præbenda illis assignabatur. Notat *Andreas Balensis in commentarijs ad hunc titulum §. 2. num. 6.* poterit enim coniugatus obtinere beneficium ex dispensatione, non quidem Episcopi, sed Summi Pōtificis, *cap. diuersis* 15. *hoc titulo* versic. *quibus eos non per te:* Notat *Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 42. num. 17.* cum sequentibus.

Ad textum in capit. ex parte penultimo hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati in rebus suis nō gaudent priuilegio clericali.*
2 *Character semel impressus in delebilis est.*
Clericus in minoribus existens matrimonium contrahendo clericali vitæ renunciare, & laicali velle incumbere censetur.
Priuilegium clericale toti collegio concessum non potest renunciari.
Duo sunt Christianorum genera, quæ ibi exponuntur.

Cleri-

Clerici, qui vxores ducunt negotium seculare exercere videntur.
Clerici negociatores quemadmodum non amittunt priuilegium canonis, seu fori, ita nec coniugati; dum tamē habitum, & tonsuram deferant.
Reddenda sunt Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo.
3 *Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & ipsarum res immunes sunt à secularium personarum exactionibus.*
Tonsura non est de substantia clericatus, sed tantum signum, quod statum demonstrat.
Exceptio clericorū anp roueniat à iure diuino, an à positiuo remissiue proponitur.
4 *Clerici, qui vxorati non sunt etiā si tonsuram, & habitum deferant, & abijciant, non amittunt priuilegiū, nisi trina monitio præcesserit.*
6 *Exponitur textus in l. 2. C. de Episcopis, & clericis.*
Expenditur textus in cap. vnico de clericis coniugatis lib. 6. versic. trahi non posse.

1 CONCLVSIO. Clerici cōiugati in rebus suis nō gaudent priuilegio clericali: cōsonat textus in *cap. diuersis falacijs* 5. *capit. Ioannes* 7 *cap. ex parte* 6. *hoc titulo cap. vnico eodem titulo lib. 6. Concilium Tridentinum sessione* 23. *de reformatione, cap. 6. lege* 49. *titulo* 6. *partita* 1. *l.* 1. & 2. *titulo* 4. *lib.* 1. *recopilationis*, exornant *Couarru. in practicis, cap.* 3. *num.* 9. *Sānchez de matrimonio lib.* 7. *disp.* 46. *nu.* 16. *Iulius Clarus lib.* 5. *practicarum criminā. quæst.* 36. versic. *hæc vero omnia. Ricius in praxi aurea resolutione* 391. *num.* 3. *Dueñas regula* 100 *limitatione* 10. *Guido Papa quæst.* 383. *Vaz in praxi, tomo* 2. *præludio* 2. *numero* 7. *Albertus Trocius de vero & perfecto clerico, lib* 1. *capit.* 6. *num.* 3. *Balboa in cap.* 2. *de iudicijs num.* 80. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi* 2. *parte allegatione* 2. *numero* 25. cum ab eo traditis *in collectaneis ad nostrum textum num.* 2. & *in cap. vnico hoc titulo lib.* 6. *Gutierrez de gabellis quæst.* 93. *n.* 13. *Acebedus in dicta l.* 1. & 2. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopilationis.*

2 Rationem assignat Viuianus in præsenti: quia & si per cōtractū matrimonij quis non desinat clericus esse, siquidem character semel impressus in delebilis sit, vt notant Doctores omnes *in cap. degradatio de pœnis lib.* 6. tamen clericus in minoribus existens, matrimonium contrahendo clericali vitæ renunciare, & laicali velle incumbere censetur, dicto *cap. diuersis falacijs* 5. *hoc titulo*; verum hæc Viuiani ratio adhuc non satisfacit: siquidem priuilegium clericale, quod toti collegio clericorum concessum fuit, non potest ab vno renunciari, *cap. si diligenti de foro competent*, atque ideo non ex eo solum, quod quis videtur clericali vitæ renunciare, poterit amittere clericale priuilegium: qua propter pro vera nostri textus decidendi ratione aduertendum est, duo esse genera christianorum: quorum alterum diuino officio mancipatum, ac orationi, & contemplationi deditum est: quales sunt clerici: alterum vero laicorū, quibus permittitur vxores ducere, & terras colere, *c. duo sunt.* 12. *quæst.* 1. inde est, quòd ex quo clerici vxores ducūt, non solū à clericali vita recessisse videantur, imo expresse negocio seculari ipse immisceri, ac per cōsequens, tanquam laici, non debent gaudere priuilegio clericorum præsertim in rebus suis: nam sicut clerici, qui secularibus negociationibus se immiscent, priuilegiū clericale in rebus suis amittūt, *cap. final* cum alijs *de vita, & honestate clericorum*: ita similiter clerici, qui vxores ducunt, cum per hoc negocium seculare exerceant, sed sicut clerici negociatores non amittunt priuilegium canonis, neque fori, ita similiter neque coniugati huiusmodi priuilegia amittunt: dum tamen habitum, & tonsuram clericalem deferant, & cum virgine contrahant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in dicto *cap. vnico hoc titulo lib 6.* & cauetur in dicto *Concilio Trident. cap.6.* quibus de causis in specie nostri textus à Pontifice est decissum clericos coniugatos consueta seruitia,& iustitias debitas præstare debere , ne aliàs Principem seculare iure suo defraudent : quod iniquum esset,& contra diuinum præceptum iuuens reddenda esse Cæsari quæ sunt Cæsaris , & quæ sunt Dei Deo *Matth. capit. 22. Marci 12. Lucæ 20. Paulus ad Romanos, cap. 13. numero 7.*

3 Primo, obstabit dicere clericos coniugatos nihilominus clericos esse : nam præterquam id constet ex textu nostro, probatur etiam: quia per contractum matrimonij, non desinit quis clericos esse: siquidem character semel habitus indelebilis est. Notant Doctores in dicto *cap. degradatio de pœnis, lib.6. Panormitanus in cap. Ioannes 7. hoc titulo, num. 2*: at sic esset quod Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & ipsarum res à secularium personarum exactionibus non solum iure humano, quinimo,& diuino immunes sunt; vt cõstat ex textu *in cap. quanquam de censibus lib.6.* igitur clerici cõiugati, tãquam Eccelesiasticæ personæ gaudere debent in rebus suis priuilegio clericali : neque dici poterit clericos ex tonsuræ abiectione priuilegium amisisse in rebus suis : siquidẽ tonsura non est de substantia clericatus, sed tantum signum , quod statum demonstrat, vt habetur in dicto *capit. duo sunt 12. quæst. 1.* Notat *Panormitanus ibidem*. Verum huius dubij solutio pendet ex resolutione illius quæstionis non parum inter interpretes Pontificij iuris vexata, scilicet, vtrum exemptio clericorũ à iurisdictione seculari descẽdat, an à iure diuino , an vero à positiuo tantum: in qua quæstione communiter distinguere solent inter causas spirituales,& Ecclesiasticas: in spiritualibus , quæ ad sacramenta pertinent, recepta Doctorum sententia est, clericos esse exemptos à iurisdictione seculari à iure diuino , in Ecclesiasticis vero veluti in ciuilibus, pecuniarijs,& criminalibus à positiuo tantum . Notat *Couarruuias in practicis cap. 31. num. 2. Balboa in cap. 2. de iudicijs , num. 22.* cui doctrinæ valde obstat textus in dicto *cap. quãquam de censibus lib.6.* versic. *cum igitur Ecclesiæ Ecclesiasticæque personæ,& ipsarum res. Concilium Nicænum* relatum in *cap. futuram 12. quæst. 1.* versic. *Vos à nemine iudicari potestis. Concilium Lateranense* sub Leone 10. *sessione 9. Concilium Colonense 2. parte cap. 20. Trident. sessione 25. de reformatione, cap. 20.* quibus in iuribus constat, clericos , in quibuscunque causis, iure diuino esse exemptos à laicali potestate ; verum vt dissidium hoc ad concordiam reducamus ex instituto nostro breuiter, & verius dicẽdum est, exemptionem clericorum in quibuscunque causis à iure diuino concessam fuisse ad hoc , vt nunquam Princeps, vel iudex laicus de personis , aut negocijs Ecclesiasticis propria authoritate cognoscere valeat : quod priuilegium à Christo datum est, vt Pontifices illud extendere, vel limitare possint : prout Ecclesiæ,& Reipublicæ vtilitati viderit expedire, vt recte notat *Doctor Balboa vbi supra num. 50.* argumento textus *in cap. cum sit generale de foro competenti, cap. cæterum 5. de iudicijs*: in quibus iuribus propter publicam vtilitatem coram laico iudice iudicari possunt, quo supposito verum est dicere huiusmodi exẽptionem à iure diuino dimanare, quatenus Christus Dominus voluit clericos à seculri eximere potestate, sed nihilominus verum est etiam in causis Ecclesiasticis esse iuris positiui, quatenus Christus potestatẽ Põtificibus præstitit illã limitandi, atque ideo ab vtroque iure recte dicitur prouenire: vt constat ex præcitatis locis, nam si tatum huiusmodi exẽptio diuino iure fuisset recepta , absque eo, quod prædicta limitandi potestas Pontificibus concessa fuisset, nullatenus potuissent tollerare: vnde similiter Pontifex in textu nostro æquanimiter tollerare affirmat debitas iustitias,& cætera seruitia à clericis coniugatis exigere: nam licèt exemptio à tributis iure diuino descendat, vt habetur *in dicto capite quanquam de censibus lib. 6.* recte tamen potuit Pontifex prædicta Dei potestate vtens eam exemptionem clericis coniugatis adimere , siquidem reipublicæ expedit, ne coniugati clerici eisdem fruantur priuilegijs, ac non coniugati. Notat *Couarru. in dicto cap. 31. n. 6.* versic. *hinc apparet.*

4 Secũdo, obstabit dicere, quod etiam si clericus tonsuram,& habitũ deferat,& abijciat, nihilominus priuilegium non amittit, nisi trina monitio præcesserit *capit. contingit 45. cap. in audientia 25. de sententia excommunicationis*: adeo , vt neque possint priuilegium illud renunciare, *capit. si diligenti de foro competenti.* Notat glossa in dicto *cap. Ioannes 7. hoc titulo* verbo *non potest*. Ergo etiam si clerici in nostri textus specie habitum, & tonsuram abijecissent, non debẽt ex hoc priuilegu amittere absque trina illa monitione: verum respondendum est ea à supra in argumẽto adducta procedere in clericis illis, qui vxorati non sunt , quibus trina illa ad monitio fuit necessaria ad hoc, vt clerici ita tonsuram abijcientes priuilegium amitterent : at vero textus noster procedit in clericis vxoratis , in quibus illa obseruatio non desideratur : siquidem eo ipso, quod matrimonium contraxerunt ex iusta iuris canonici dispositione priuilegium amittunt clericale. Notat glossa in dicto *cap. contingit 4.* verbo *tertio*.

5 Tertio , obstat textus in *l. 2. C. de Episcopis, & clericis*, vbi Imperatores constituunt non solum coniugatos clericos, sicuti & alios nõ vxoratos immunes esse à præstatione munerum sordidorum, eorũque facultates ad per angariam præstationem non teneri: verum etiam eorũ filios , & vxores: cui dubio satisfacies, si dixeris , quod ibi inscribitur quædã constitutio Imperatoris Cõstantini , quæ ad ius antiquum referri debet : quando clericis omnibus licebat matrimonio vti . Notat *Gotofredus in notis ad pandectas ibi* litera N. Nos vero loquimur secundum ius nouũ: postqua Gregorius 7. qui primo, vt Cuiacius sentit in præsenti fuit qui in Ecclesia Latina, & occidentali votum cõtinentiæ admisit; quod aliter obseruatur in Ecclesia Orientali, vt similiter notat idem *Cuiacius in capit. cum olim 7 hoc titulo, & in cap. Vt clericorum 13. de vita, & honestate clericorum*.

6 Quarto, aduersus ea , quæ in præsenti notant omnes , videlicet clericũ coniugatũ tantũ priuilegio Canonis, siquis suadente diabolo , de quo in *c. siquis 29. 17. q. 3.* si cũ vnica virgine matrimoniũ contraxerit frui posse, si tonsuram , & habitum clericalem deferat iuxta textum in dicto *capite vnico* in principio *hoc titulo lib. 6.* quod etiam obtinet in priuilegio fori , vt ad secularem iudicem trahi non possit in criminali causa; secus in ciuili: nam in his nullatenus priuilegio fori vti poterit: nam aliàs maxima ex parte minueretur Principum iurisdictio: cum plurimi sint clerici in minoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus ordinibus constituti. Notat *Ioannes Andreas. Dominicus, & Ancharanus* in dicto *cap. Vnico hoc titulo lib. 6. Cardinalis, & Imola in præsenti. Couarru. in practicis, dicto cap. 31. nu. 7.* obstabit textus in dicto *cap. Vnico hoc titulo lib. 6.* versic. *trahi non posse: neque criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium seculare*, ex quibus verbis constat, clericum coniugatum neque in ciuilibus, neque in criminalibus causis ad iudicem secularem trahi posse; sed hoc dubio non obstante verissima est sententia supra adducta; neque obstat textus in dicto *cap. Vnico* versic: *trahi*: quia Bonifacius in illis verbis tantum denotat, clericos coniugatos pro criminibus, & excessibus neque criminaliter, neque ciuiliter coram iudice seculari conueniendos esse: quasi diceret, & sensus esset in criminali causa coniugatum clericum iudicem secularem subire non debere: etiam si de crimine ciuiliter agatur: ne per vnam via cõcedatur iudicibus, quod per alia denegatur. Docet *Couarru. vbi supra nu. 7. Barbosa de potestate Episcopi parte 2. allegatione 12. num. 26.* post notam autem *Concilij Tridentini decisionem sessione 23. de reformatione cap. 6.* ad finem, vt clericus coniugatus priuilegio fori in criminalibus gaudeat, vltra delationem habitus, & tonsuræ requiritur, vt alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruiat officijs ordinarijs, qualia sunt illa, quæ numerantur in dicta *sessione 23. cap. 6.* ad finem late refert *August. Barbos.* dicta *allegatione 12. numero 25. & 26.* reliqua, quæ ad hũc textum expectant, sunt petenda ex his, quæ supra retulimus in *cap. decernimus 2. de iudicijs à numero 9.*

& infra dicemus in titulo *de immunitate Ecclesiarum.*

De clericis non residentibus Titulus IIII.

Ad textum in cap. non liceat 1. huius tituli, & fere ad totum titulum de translatione Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando: aliàs priuatur habito, & amuito.*

2 *Ecclesiasticis personis omnis ambitionis occasio vitanda est.*

Terminis suis quisque debet esse contentus, nec alienos appetere.

Spirituale fœdus coniugij celebratur inter Episcopum, & Ecclesiam, quod in electione dicitur ratum, & in confirmatione consummatũ, atque itẽ sine auctoritate Pontificis, qui vicẽ Dei in terris gerit dissolui nequit.

Dignum est vt quis puniatur in quo deliquit.

3 *Matrimonium carnale, & spirituale æquiparantur.*

Matrimonium carnale consummatũ, nec per Pontificem dissolui potest.

Exprimitur textus in cap. inter corporalia de translatione Episcopi versic. cum ergo,

Pontifices solent ad approbanda, & cõfirmanda decreta canonũ vti sacræ scripturæ testimonijs.

Matrimonium carnale dissolui potest per spirituale non è contra, & quomodo id intelligatur, ibi expenditur.

4 *Declaratur textus in cap. cum inter canonicos 21. de electione.*

5 *Expenditur canon 13. Apostolorũ* versic. sed multorum Episcoporum iudicio, *cap. Episcopus 37. 7. quæstione 1.*

Delegatione Pontificis facta eandem vim habent, ac si ipsa Pontificis auctoritate facta fuissent.

Perpenditur textus in cap. Episcopum 25. 7. quæst. 1.

6 *Exponitur textus in cap. Episcopus 37. quæst. 1. versic.* inferioris vero gradus sacerdotes.

7 *Interpretatur textus difficilis in cap. denique 36. quæst. 3.*

8 *Declaratur textus in cap. per tuas 10. de voto.*

Episcopatus status perfectior est statu regulari.

9 *Interpretatur text. in cap. eos 43. de clericis non residentibus.*

1 CONCLVSIO. Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad aliũ Episcopatu, ipsum acceptando: alias priuatur habito, & ambito quę cõclusio cõprobatur ex textu *in c. mutationes cap. sicut, cap. Episcoporum, cap. propter* cum aliis 7. q. 1. c. 1. 2. 3. 4. & per totum titulum *de translatione Episcopi, c. Beati Petrus & Paulus 2. quæst. 7. cap. 1. lua de clerico excommunicato administrante, cap. humilis de maioritate, & obedientia, cap. neque Episcopus, cap. si Episcopus de temporibus ordinandorum Concilium Cartaginense 3. cap. 38. canone 14. Apostolorum. Paulus ad Ephesios cap. 4. & ad Corinthios, cap. 7. Concilium Generale 2. Constãtinopolitanũ canone 2. Sardicense Concilium canone 1. & 2. Nicænum canone 15. Calcedonense, capit. 38.* exornant *Hostiensis in summa de translatione Episcopi, num. 5. Azor in summa 2. tomo, cap. 29. Garcia de beneficijs parte 11. cap. 6. numero 27. Zeballos communium quæstionum q. 585. cum sequentibus Bazquez 3. parte tomo 3. disp. 241. capit. 1. 3. & 5. Tuscus litera T. conclusione 364. Couar. de sponsalibus parte 2. capit. 7. §. 4.* ad finem *Seuastianus Cæsar de Ecclesiastica hierarchia disp 6. §. 2. num. 4. Anastasius Germon. lib. 2. animaduersionum, cap. 19. Duarenus lib. 5. de sacris Ecclesiæ ministerijs, capit. 2. & 3. D. Ioannes Valençuela Belazquez consilio 190. numero 7.* cum sequentibus *Doctor Don Ioannes de Solorzano* summa laude dignus *1. tomo de Indiarum iure lib. 3. capite 13. numero 72. Barbosa de potestate Episcopi parte 3. allegat. 119. nu. 23. & 24.* cum pluribus ab eo relatis *in Toletanis ad nostrum textum, & in titulo de trãslatione Episcopi Thomas Sanchez de præcepta decalogi, lib. 4. cap. 1. Riginaldus in Praxi fori pœnit. lib. 18. num. 377.* versic. *postremo. Menochius de præsumptionibus, lib. 5. præsumptione 35. Baronius in annalibus Anno 897. Spondanus in epitome ad eumdem Annum.*

2 Ratio deducitur ex vltimis nostri textus verbis, scilicet Episcopũ sine Pontificis auctoritate, non posse de vna Ecclesia ad aliam transire, vt sic euitetur in personis Ecclesiasticis ambitionis, & cupiditatis occasio: cum nullus Episcopus sit inuentus, qui ad minorem de maiori Ecclesia tranſiret. Notat *Duarenus dicto lib. 5. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 3.* si quidem suis terminis quisque debet esse contentus: neque supra mensuras sui iuris alienos appetere, *cap. siquis Episcopus 7. quæst. 1.* & vt translatio legitime fiat, auctoritas Pontificis delideratur: quia sicut legitimi matrimonij carnalis vinculum, quod est inter virum, & vxorem dissolui nequit, Domino dicente, *quos Deus coniunxit homo non separet. Matth. cap. 39.* ita spirituale fœdus coniugij quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, in electione dicitur ratum, in confirmatione & consecratione consummatum, quod sine auctoritate Pontificis (qui Dei in terris vicem gerit, *cap. Vt nostrum vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*) dissolui nequit (*cap. licèt de translatione Episcopi*) alias autem priuatur habito, & ambito: quia dignum est, vt quis puniatur in eo in quo deliquit. *capit. literas de temporibus ordinandorum*, & quia Episcopus peccallet circa propriam Ecclesiam eam aspernendo, & circa aliam ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam ambiendo, *cap. 4. de translatione Episcopi*, ideo aliena, & propria debet carere, vt sic neque illi presideat, quam per superbiam spreuit, neque ei, quam per auaritiam occupauit: vt in præsenti constat, & *in capit. siquis Episcopus 7. quæst. 1.* Notat *Duarenus* vbi supra *Vinianus in rationali ad nostrum textum, Cuiacius in posthumis ad hunc titulum* in principio, *Barbosa in collectaneis ad decretales* in *capite quãto 3. de translatione Episcopi n. 4.*

3 Primo, aduersus hanc æquiparationẽ matrimonij carnalis, & spiritualis, dum asseruimus matrimonia illa connexa esse, atque ideo Põtificis authoritatem desiderari, vt translatio de Episcopatu ad Episcopatum fieri possit, obstabit ipsamet æquiparatio, si quidem matrimoniũ carnale non potest dissolui per Pontificem *capit. quanto 3. de translatione Episcopi* versic. *quos Deus coniunxit. capit. quos Deus 33. quæst. 2.* cum traditis à glossa verbo *coniunxit* in *dicta capit. quanto*: ergo similiter Pontifex non poterit dissoluere matrimoniũ spirituale contractum inter Episcopum, & Ecclesiam: ac perconsequens neque eius authoritate translatio illa fieri poßet. Augetur difficultas ex textu in *capite inter corporalia de translatione Episcopi*, ex quo deducitur spirituale coniugium inter Episcopum, & Ecclesiam fortius esse carnali: ergo si authoritate Pontificis carnale non dissoluitur, neque etiam spirituale poterit dissolui: cui dubio verissime est dicendum, matrimonium carnale consummatum neque à Pontifice dissolui posse, cum solum suo, hoc est Dei iudicio reseruasset. Ex dictis iuribus. Notat *Barbosa de potestate Episcopi 3. parte allegatione 119. numero 5.* Neque obstat æquiparatio supra adducta, quo ad solutionem matrimonij spiritualis, quia non debet intelligi in sensu literali, sed in morali hoc est per quandam similitudinem à Christo etiam spirituale coniugium fuisse reseruatum: cum soleant Summi Pontifices ad approbanda, & confirmanda decreta canonum vti Sacræ scripturæ testimonijs vt in pluralitate beneficiorum moraliter Pauli testimonium refertur, ibi *oportet presbyterum vnius vxoris esse virum* relatum in *capite de multa de præbendis*, cum igitur matrimonium spirituale non sit reseruatum lege diuina ipsi Christo in sensu literali, vt est carnale: nihil mirum, si illud Summus Pontifex facile dissoluat non carnale, præcipue cum spirituale matrimonium Episcopi cum Ecclesia fiat cum vniuersali Ecclesia, & per translationem propter publicam vtilitatem factum, nouum matrimonium non videatur contractum, vt notat *Abbas in c. final de translatione Episcopi, n. 13. Barbos.* vbi supra dicto *nu. 5.* Neque solutioni obstat textus difficilis in dicto *capite inter corporalia de translatione Episcopi*, versic. *cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale*: quia hæc verba non sunt intelligenda quo ad omnimodam indissolubilitatem, cum varijs modis dissoluatur coniugium spirituale veluti translatione, depositione authoritate Summi Pontificis facta; secus vero quo ad alios respectus: æquidem matrimonium carnale dissolui potest per spirituale: non è contra: siquidem matrimonium carnale ratum non consummatum dissoluitur per ingressum religionis altero inuito, *capite verum 2. capite ex publico 7. de conuersione coniugatorum*: & similiter poterunt coniuges post matrimoniũ consummatum mutuo consensu religionem profiteri, *cap. dudum 20.* eiusdem tituli; è cõtra vero matrimonium spirituale non dissoluitur per carnale, cum semel professi religionem, nõ possint matrimonium contrahere, *cap. cum virum 4. cap. statuimus 23. de regularibus*, & in hoc sensu in dicto *cap. inter corporalia* dicitur matrimonium spirituale fortius esse, quam carnale: tum etiam fortius dicitur, quia matrimonium spirituale imprimit charatherem, & carnale dissoluitur mortuo vno ex coniugibus latè refert *Barbosa in collectaneis ad decretales* in dicto *cap. inter corporalia de translatione Episcopi, num. 5.*

4 Secundo, decidendi rationi & supra traditis obstabit textus in *cap. cum inter canonicos 21. de electione* vbi apparet, quod siquis fuerit electus in præpositum, & in electionẽ consenserit Innocentius 3. electionem illam, etiam consensu electi confirmatam non appellat absolute vinculum coniugale spirituale, sed quasi vinculum coniugale spirituale. Augetur difficultas ex eo, quod idem Innocentius affirmat prædictum ita electum non posse de Ecclesia illa ad aliam transire, vt constat in versic. *neque ad aliam*: de inde quia in *cap. licèt final de translatione Episcopi* idem Pontifex coniugium spirituale absolute appellat, sed respondendum est particulam illam, *quasi* in dicto *cap. cum inter* non fuisse, posita, vt minueret naturã coniugij spiritualis, sed tantum additam fuisse ad similitudinẽ matrimonij, quasi sensus esset ad exemplum carnalis contrahitur spirituale vinculum per mutuum consensum contrahentium: vt sic fuit celebratum in dicto *capite cum inter* ex consensu, & approbatione electi: de qua re omnino videndus *Hostiensis in summa de translatione Episcopi* in principio *nu. 5. Barbosa* vbi supra, *cap. 38. num. 3.*

5 Tertio, obstat *canon 13. Apostolorum*, ex quo cõstat Episcopo ita demum licere ad alienam Ecclesiam relicta propria transire, dum tamen si cogatur à plurimis Coepiscopis: ita vt non à semetipso id faciat nisi à plurimis sit compulsus; ponderando verba illius canonis, ibi, *sed multorum Episcoporum iudicio*, ex quibus apparet tantum Episcoporum iudicium sufficere: neque Pontificis authoritatem desiderari, vt translatio illa fieri possit, quod etiam demonstrare videtur nõ vulgare *Cælestini 1. decretũ, cap. 2. his verbis: si Episcopus transferatur, ne id per seipsum faciat, sed fratribus cogentibus*, augetur difficultas ex *Concilio Cartaginensi, capit. 27.* relatum in *capit. Episcopos 37. 7. quæst. 1.* vbi apparet, quod vt trãslatio Episcoporum fiat sufficere authoritatem Ecclesiasticam clericorum, & secularem potestatem laicorum: verum respondendum est canonem illum Apostolorum, & decretum Cælestini 1. in *cap. 2.* procedere ex delegatione à Põtifice facta Coepiscopis data, vt ipsum cogant, quæ delegatio eandẽ vim, idemque robur obtinet, ac si propria authoritas ipsius Pontificis interueniret. Argumento textus in *l. 1. §. qui mandatam, ff. de iurisdictione omniũ iudicũ*. Neque solutioni obstat *Concilium Antiochenũ, cap. 1.* relatũ *in cap. Episcopũ 25 7. quæst. 1.* vbi apparet, quod, etiam si Episcopus à populo, vel Coepiscopis violenter suadeatur transire de Episcopatu ad Episcopatũ, nõ debet propriã Ecclesiã deserere: quia textus ille procedit, quãdo coactio fit à Coepiscopis vel populo absq; Põtificis authoritate. Notat *Turrecremata in cõmentarijs ad eũdem textũ*: secus vero esset dicendũ, si illa Episcoporũ coactio fieret authoritate Põtificis, vt in dicto *cap. Apostolorum*, & in dicto *cap. Episcopus 37. 7. quæst. 1.* Notat *Turrecremata*, in dicto *cap. Episcopus 7. quæst. 1.*

6 Quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quarto, obstat idem *Concilium Carthaginense, cap.* 27. relatū in dicto *cap. Episcopus* 37. 7. *quæst.* 1. versic. *inferioris vero gradus sacerdotes*; exquibus verbis constat, omnes clericos Episcopo inferiores posse sola sui Episcopi authoritate absque Pontificis decreto ex vno ad aliud beneficium transire, sed eodem modo videtur cōtractum matrimonium spirituale, & indisolubile à clerico cū beneficio, & Ecclesia, atq; ipse Episcopus contrahit, *cap. nisi cum pridem de renunciatione*, *cap.* 2. *de translatione Episcopi*: ergo similiter in beneficiorum translatione non sufficiet Episcopi authoritas; sed Pontificis, quemadmodum in Episcopatibus desiderari debet: sed ratio diuersitatis inter Episcopum, & sacerdotem in eo consistit: quia licèt fateamur inter sacerdotem, & Ecclesiam per beneficij collationem, & confirmationem videatur initum matrimoniū, non tamen cum eo cōfirmatum, seu consummatū appellari potest: at vero spirituale coniugij fœdus, quod inter Episcopum, & Ecclesiam contrahitur omnino simile est legitimo matrimonio consummato inter virum, & vxorem: nam vinculū quod in electione initum est, in cōfirmatione ratum, & in consecratione cōfirmatum intelligitur. *Cap. Vltimo de translatione Episcopi*: merito Ecclesia proprie vidua dicitur, quando caret Episcopo, cæterum vacare dicitur, si deficit sacerdos, *cap. ne pro defectu de electione*, qua de causa facilius fit translatio sacerdotis de beneficio ad beneficium authoritate Episcopi dicto *cap. Episcopus* in fine, quemadmodum etiam posset Episcopus dispensare cum eo, qui nuptias contraxit, & non consummauit, *cap. cōmissum de sponsalibus*, difficilius tamen translatio Episcoporum fit authoritate Pōtificis ex rationibus supra adductis: Notat *Couarru. lib.* 1. *Variarum cap.* 5. *Anastasius Germonius lib.* 2. *animaduersionum cap.* 19.

7 Quinto, prædictis valde obstat textus difficilis in *c. p. denique* 36. *quæst.* 3. ex cuius textus decisione constat, quod, si Episcopus propter crimen, vel infirmitatem Episcopatus dignitatem renunciare intenderit, & liberari ab illo matrimonij spiritualis vinculo, sufficit ei, vt ad hoc sui primatis iudicium petat, neque Pontificis desideratur authoritas, augetur difficultas ex textu *in cap. supplicationē* 9. *&* 10. *de renunciatione*: vbi similis renūciatio, vel matrimonij spiritualis liueratio Episcopis fieri non permittitur absque Pontificis authoritate: in cuius textus difficultate omissa *Abbatis* interpretatione in *cap. cum pridem* 10. *de renunciatione*; & *Anastasij Germonij de sacrorum immunitate lib.* 1. *cap.* 5. *numero* 38. verisime est dicèdum, Nicolaum 1. in dicto *cap. denique* non absolute affirmare licere Primatibus Episcopatus renunciatione acceptare; sed tantum coram ipsis causam renunciationis examinare, & si iusta fuerit, poterunt Primates specialiter in his duobus causis delicti, vel infirmitatis ex Pontificia speciali delegatione, & permissione renunciationem acceptare: sed non ex inde authoritate Primatis dissoluitur illud spirituale vinculū, sed Pontificis tantum: vt Notat *Turrecremata*, ibidem.

8 Sexto, obstat textus difficilis in *capit. per tuas* 10. *de voto*, vbi apparet, quod siquis votum religionis emiserit, & postea sit Episcopus creatus, poterit libere absque metu pœnæ, & Pontificis authoritate ex proprio nutu Ecclesiam sui Episcopatus relinquere, & ad religionis Ecclesiam transire. Augetur difficultas ex eo, quòd Episcopatus status tus est perfectior statu regulari: cū per statum Episcopatus omnia vota ad impleantur. *Cap. Veniens de iure iurando*, *cap. licet de regularibus* in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam late refert *Thomas Sanchez in summa* 1. *tomo lib.* 4. *capit.* 17. *numero* 2. & quam scripsit *Hostiensis* in dicto *cap. per tuas numero* 2. verissime est dicendum, textum in dicto *capite* 10. *de voto* procedere in Episcopo electo, non dum cōfirmato: quia absque Pontificis authoritate ante confirmationem poterat Episcopatum resignare, & ad religionē transire, cum acceptans Episcopatum admisit impedimentum religionis promissæ, & sic erit voti reus nam, quāuis non repugnet, vt religiosus fiat Episcopus, repugnat tamen, vt Episcopus fiat religiosus, cum desideretur, vt fiat nouitius, & operibus humilibus in seruiat contra naturam Episcopatus. Neque solutioni obstant verba eiusdem textus ibi *regimen resignes*, quæ verba supponunt, non tantum electum, sed etiam confirmatum fuisse, atque ideo post confirmationem, etiam ante consecrationem non potuisse absque Pontificis authoritate Episcopatum relinquere, iuxta textum in *capite inter corporalia de translatione Episcopi*: quia verba illa debent intelligi de regimine iam suscepto, quod per solam electionem fuerat quæsitum: ita docet *Ioannes Andreas* in dicto *capite per tuas, numero* 3. *Ancarranus* 5. *Thomas Sanchez in summa* 1. *tomo lib.* 4. *capite* 17. *numero* 6. *Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. per tuas numero* 1. cum sequentibus.

9 Septimo, aduersus nostrum textum dum asserit, quod is, qui per ambitionem sua propria authoritate de vna ad aliam Ecclesiam se transtulit, careat vtraque, scilicet habita, & ambita, ita vt non possit ad primam redire, iuxta textum in *c.* 3. *de translatione Episcopi, capite si voluerit* 5. *quæstione* 1. obstabit textus in *capite eos* 43. 7. *quæstione* 1. vbi asseritur, Episcopum, qui propria authoritate de vna Ecclesia ad aliam se transfert, posse compelli, vt ad primam redeat. In qua antea fuit institutus, in cuius textus difficultate dicendum est, cum *Hostiensi in summa huius tituli*, dum asserit esse differentiam constituendam inter nostri textus speciem, & textum in dicto *capite eos*. Nam id, quod Pontifex in textu nostro affirmat à prima, & secunda Ecclesia priuari, procedit quantum ad ipsum Episcopum, qui propter eius temeritatem, & ambitionem habita, & ambita priuatur: at vero textus in dicto *capite eos* procedit quantum ad Ecclesiam ipsam, quæ ex delicto prælati non debet præiudicari: atque ideo poterit eum repetere, qui si redire noluerit compellendus est, communioneque priuandus, ita similiter est interpretandus textus in *capite non oportet* 19. 7. *quæstione* 1. qui textus, & si generaliter affirmet posse Episcopum, qui se de vna Ecclesia ad alteram transtulit ad primam redire, intelligendus est quando Ecclesia eum repetierit, nam aliàs ipse suo facto primam, & secundam Ecclesiam amisit, vt constat ex textu nostro, & ex textu in *capite si qui vero* eadem 7. *quæstione* 1. plura alia, quò ad nostrum textum refert *Bazquez* vbi supra *Barbosa* omnino videndus *de potestate Episcopi* dicta *allegatione* 119. apud finem, reliqua quæ ad hunc titulum specialiter expectant in quattuor partes diuidenda esse duxi, in prima discutiemus quo iure residentia proueniat, in secunda

cunda quæ personæ ad residentiam sint adstrictæ, in tertia quæ causæ à residentia excusent, in quarta quæ pœnæ aduersus non residentes in iure sint institutæ.

Caput primum, quo iure residentia proueniat.

SVMMARIVM.

1 *Residentia à iure diuino prouenit in omnibus beneficijs curam animarum requirentibus.*
Dignus est mercenarius mercede sua.
2 *Clerici cùm mercedem ab Ecclesia, & altari recipiunt, et residere debent.*
Pastores omnes ex præcepto naturali, & diuino oues suas cognoscere tenentur.
3 *Exponitur text. in cap. 2. in fine de clericis non residentibus.*
4 *Episcopatus, Dœceses, & Parrochias à iure positiuo institutas, & abusas esse apparet.*
Nō entis nullæ sunt qualitates.
5 *Perpenditur illud Ioannis cap. 10. ibi,* pasce oues meas.
Qui facit per alium, est per inde, ac si faceret per seipsum.
6 *Pontifex in residentia, & beneficiorum pluralitate dispensare potest.*
Ius diuinum licèt immutabile sit; tamen si alicui actui particulari applicetur, iusta subsistente causa recipit mutationem, vt ibi exponitur.

1 CONCLVSIO. Residentia à iure diuino prouenit in omnibus beneficijs curam animarum requirentibus: primo comprobatur ex illo *Pauli ad Corinthios 1. cap. 9.* ibi *quis militat suis stipendijs vnquam? quis plantat vineam, & fructus eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* quæ Apostoli verba nos docent militantibus prælatis, & pascentibus populum Christianum Deum concedere ius percipiendi Ecclesiæ redditus: quæ actiones ab Episcopis, & alijs quibuscunque Ecclesiarum rectoribus curam animarum habentibus non conceduntur nisi præsentes sint ex doctrina *Abbatis in cap. ad hæc* in fine *de præbendis*, constat etiam ex eodem *Paulo 2. ad Timotheum cap. 2.* ibi *labora sicut bonus miles Christi Iesu*, & *Deuteronomij, cap. 25.* ibi, *dignus est mercenarius mercede sua*: ex quibus omnibus apparet, presbyteros stipendio, & beneficio dignos esse, si in vinea Domini laborant verbo, & doctrina, operando in ea, quod absque interessentia fieri non potest: neque ministerium hoc alijs committere valent *cap. finali §. his autem de officio delegati*, cùm Dominus noster Apostolorum industriam elegerit: *Lucæ cap. 10.* siquidem lege Euangelica cura animarum Diuo Petro iure speciali concessa est, ex illo *Ioannis cap. 10.* ibi, *pasce oues meas Matth. cap. 16.* ibi, *erit vnum ouile, & vnus pastor. Lucæ* dicto *cap. 1.* ibi, *tu es Petrus, & super hanc petram*, quod quidem Christi præceptum, & si iure speciali Diuo Petro sit tributum; tamen gradatim iure ordinario omnes prælatos comprehendit, *capit. Masana de electione*: tum etiam, quia eodem iure diuino Episcopi, & alij curam animarum habentes, pastores dicuntur, *Hieremiæ cap. 12. Ioannis* dicto *cap. vlt.* & speculatores *Ezechielis cap. 3.* superintēdentes, *cap. 1. 21. distinct. cap. legimus 24. 93. distinct.* vnde oues suas eodem iure diuino tenentur vigilare, & ministerium implere, neque eas deserere *Ioannis* dicto *cap. 10. cap. penult. de regulis iuris in decretalibus*: & quod hæc residentia à iure diuino prouenit expresse constat ex *Concilio Tridentino sessione 23. cap. 1.* in principio. Exornant *Conarru. lib. 3. variarum capit. 3. Nauarrus in manuali cap. 35. num. 121. Salcedus ad Bernardum in practica cap. 54. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8. disput. 6. numero 5. Nicolaus Garcia de beneficijs 1. parte cap. 2. numero 16. Campegius in tract. de residentia, Gonça. ex ad regulam 8. Cancellariæ glossa 41. num 9. Carrança de residentia Episcoporum cap. 2. & 3.* plures refert *Ceneaus in collectaneis ad sextum c. 14. num. 2.* apud medium. *Barbosa in collectaneis ad decretales in cap. quia nonnulli 5. hoc titulo num 4.* idem *de potestate Episcopi parte 3. allegatione 53.* & in *Concilio Tridentino in dicto cap. 1. litera A.*

2 Ratio est, quia, cum naturalis ratio dictet homines illis obsequia præstare debere, à quibus obsequia recipiūt, *cap. nullus 4. de seruis non ordinandis, cap. quicunque 5. 54. distinct.* merito cum clerici mercedem ab altari, & Ecclesia recipiant, ipsa etiam naturalis ratio dictat, vt Ecclesiæ seruiant, & resideant. *Cap. cum secundum Apostolum de præbendis, l. secundum naturam, ff. de regulis iuris cap. qui habet eodem titulo lib. 6.* tum etiā, quia ex præcepto diuino, & naturali omnes pastores tenētur oues suas cognoscere. *Concilium Tridentinum, sessione 23. cap. 1. Barbosa in collectaneis ad decretales, in cap. quia nonnulli 3. hoc titulo, num. 4.*

3 Primo, obstabit textus in *c. 2. in fine de clericis non residentibus*, ex quo constat Cardinalem non residētem tanquam canonum statuta transgressorem suo titulo priuari: quod verbum *canonum*, non ad diuinum, sed potius ad humanum ius adaptari debet: ergo non a diuino iure, sed à positiuo tantum residentia prouenit: verum dubium hoc ex eo diluitur: quia cum tot etiam iuris humani constitutionibus sub varijs pœnis residentia Prælatis sit statuta, recte dicitur in dicto *cap. 2.* Cardinalem

à sua parrochia contra canonum statuta abesse, quæ residentia cum à iure diuino, & naturali prouenit à iure etiam ipso positiuo declarata, & confirmata est vt in dicto *capite 2.*

4 Secundo, obstat dicere à iure positiuo institutos, & diuisos esse Episcopatus, Dioeceses, & parrochias, *cap. 13. quæst. 1 cap. 1. 22. distinct. cap. 1. & 2. 80. distinct.* vnde, & beneficia Ecclesiastica non diuini, sed Ecclesiastici iuris esse: vt constat ex dicto *capit. 13. quæstione 1. cap. 2. de præbendis lib. 6. cap. Pastoralis de his, quæ fiunt a Prælatis.* Ergo & residentia in eisdem cum non entis nullæ sint qualitates; *l. 1. ff. de vsufructu legato §. seruo. Institutu de capitis diminutione*: sed respondendum est, quod licèt Episcopatus, & Dioeceses fuerint humano iure diuisæ, non ideo ex illa diuisione, aut Episcoporum creatione mutatur natura obligationis pascendi gregem, quæ à iure diuino prouenit: ac per consequens, neque ipsa residentiæ obligatio, quæ ipsi officio Pastoris annexa est. Notat *Solus libro 10. de iustitia, & iure, quæst. 3. articulo 1.*

5 Tertio, obstat sequens consideratio deducta ex illo *Ioannis c. 10.* ibi, *pasce oues meas*: quę verba de solo Diuo Petro, & Pontificibus intelligenda esse videntur, neque ad cæteros inferiores Prælatos extendi debent: siquidem illi soli à Christo Domino dicta sunt: vt animaduertit *Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 14.* Augetur difficultas ex eo, quod similes authoritates supra adductæ non expresse residentiam exigunt: sed tantum curam pascēdi proprias oues commendant, vt refert *Ferretus lib. 1. consiliorum consilio 32.* præcipue cum residentia non semper sit medium necessarium ad consequendum finem exercendi curam animarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum: cum per alium plerunque exerceri videatur, & quasi à propria persona factũ præsumitur, *cap. qui facit 71. de regulis iuris, lib. 6. cap. cum ad sedem* vers. *nos vero de restitutione spoliatorum l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armata* præcipue, quia substitutus vtilior esse soleat *cap. scripsit, c. nihil* cũ aliis 7. *quæst. 1. cap. 3.* & per totum *de clerico ægrotante*, verum huic cõsiderationi satisfacies, si dixeris, quod quanquam verba supra adducta Diuo Petro præcipue, & principaliter à Christo Domino nostro sint dicta, tamen generaliter omnibus Episcopis, & curam animarum habentibus conueniunt, qui omnes Petri formam in pascendo imitari debent: siquidem id, quod summo pastori dictum est, inferioribus etiam dictum videtur: neque ad alios possunt vices suas cõmittere; cum ob eorum industriam sint electi, *cap. final §. his autem de officio delegati* glossa verbo *per seipsum in cap. 3. hoc titulo*. Notat Belarminus vbi supra. Neque obstat regula illa, *qui facit per alium de regulis iuris lib. 6.* cum similibus supra adductis: quia procedit quando is, qui delegare potest, alĩ suo loco constituit, & per illum factum, idem est, ac si per eum factum fuisset: *l. qui mandat, l. cum iussu, ff. de solutionibus*; prælati vero, & parrochi, cum Domini ouium non sint, sed custodes tantum, quorum industria electa est, *cap. graue nimis de præbendis, cap. licèt: ergo 8. quæst. 1.* per alium deseruire non possunt, nisi infirmitate sint impediti: vt supra diximus *in titulo de clerico ægrotante.*

6 Quarto, similiter obstabit, quod si residẽtia de iure diuino proueniret, nullo modo Pontifex circa eam dispensaret, *cap. ex publico de conuersione coniugatorum cap. cum ad monasterium de statu monachorum, capit. sunt quidam dicentes 25. quæst. 1.* cum vulgatis: sed contrarium inuenitur expresse in *capit. tua capit. final de clericis non residentibus*, & in *Concilio Tridentino sessione 23. cap. 1.* & super beneficiorum curatorum pluralitate militer, dispensat, vt in *cap. relato, capit. illud 21. quæst. 1. cap. de multa de præbendis. Concilium Tridentinum sessione 7. cap. 6.* ergo residendi obligatio ab humano, non vero diuino iure prouenit. Cui dubio respondendũ est, quod in præsenti dispẽsatio illa proprie dicitur interpretatio, aut declaratio iuris diuini, & naturalis. Notat *Barbosa in rubrica, ff. soluto matrimonio 2. parte num. 104.* quod quidem ius licèt immutabile sit dicto *cap. sunt quidam §. sed naturalia instituta de iure naturali*: tamen si alicui actui particulari applicetur, recipit mutationem non ex eo, quod ipsum ius mutetur, sed quia circunstantia illius actus variationem recipiat, & sic licèt diuino, & naturali iure Episcopi, & cæteri prælati residere teneantur: tamen aliquando ob iustam causam ab illa obligatione liberantur ratione máioris boni: quod Ecclesia vniuersalis, vel particularis consequitur ex absentia: vt in exemplis relatis à *Bargas de iurisdictione Episcoporum confirmatione 6. 7. & 8.* & de hac iusta causa interpretandus est textus in dicto *cap. tua* dicto *cap. 1. Concilij Tridentini sessione 23.* Notat *Thomas Sanchez de matrimonio lib. 8. disput. 6. numero 4. Suarez de legibus lib. 1. cap. 14. num. 21.* Neque Põtifex aliquid contra ius diuinum facit, imo illud iuuat, & corroborat: nam cum Christiana charitas, vel necessitas vrget, vel euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas instat: recte his in casibus Pontifex dispensat, vt ab Ecclesia Prælatus absit ex dicto *cap. 1. Concilij Tridentini* præcipuæ quia, & si residentia à iure diuino proueniat, modus tamen residendi in propria Ecclesia à iure positiuo est impositus: vt apparet ex toto hoc nostro titulo.

Caput 2. De personis ad beneficiorum residentiam adstrictis.

SVMMARIVM.

1 *Residere tenentur omnes Ecclesiæ Prælati, quibus pascendi Christiani gregis cura incumbit.*
2 *Beneficium datur propter officium. Pastoris spiritualis officium in quo consistat.*
3 *Explanatur textus in cap. cum omnes 6. de constitutionibus.*
4 *Illucidatur textus in cap. vnico de clericis non residentibus lib. 6.*
Exponitur textus in cap. cum dilectus 14. de clericis non residentibus.
Familiares Pontificis, qui eius seruitio assistunt etiam absque residentia fructus sui beneficij percipiunt.
Beneficia minora secundum naturam maiorum æqualiter ita debẽt regulari, vt in illis nulla deformitas consistat.
Expenditur textus in cap. Prælatus penult. & final. 21. quæst. 1.

1 CONCLVSIO. Omnes Ecclesiæ Prælati, Patriarchæ, Primates, Episcopi, & præcipue, quibus pascendi Christiani gregis cura incumbit ad residentiam sunt adstricti: quæ conclusio comprobatur ex textu in *capite ex gestis cap. quia nõnulli 3.* vers. *cũ igitur cap. Relatum, cap. conquærente 6. 9. 10. 12. 16. & final hoc titulo, capite cum incumbit 3. §. cum vero de electione, cap. peruenit* et segundo *de appellationibus, cap. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi, cap. final de rescriptis lib. 6. cap. vlt. de electione* eodem *lib. 6. cap. vnico hoc titulo lib. 6. cap. sanctorum 7. distinct. cap. peruenit 20. 21. 22. 24. 25. & cap. remoto 30.* cum aliis 7. *quæst. 1. cap. placuit cap. vlt. 21. quæst. 2. cap. ex parte de officio Vicarij, Lucæ cap. 19.* cum supra traditis in *primo cap. num. 1. Concilium Triadẽtinũ sessione 23. cap. 1. & sessione 24. cap. 12. constitutio Pij 4. in ordinationibus, & constitutionibus constitutione 115. & Pij 5. in bullario constitutione 64. l. 16. & 17. titu. 16. partita 1.* exornant *Garcia de beneficijs lib. 1. 3. parte cap. 2. Gonçalez ad regulã 8. cancellariæ glossa 6. num. 249.* cum sequentibus *Conarru. lib. 3. var arũ cap. 13. numero 9. Nauarrus in manuali cap. 25. num. 120. Sotus lib. 10. de iustitia & iure quæst. 3. articulo 1. Donellus lib. 21. commentariorum cap. 5. Osualdus ad eundem littera F.* cum supra traditis in *cap. 1. num. 1.*

2 Ratio est: quia cum beneficium detur propter officium, laborem, & industriam: *cap final de rescriptis lib. 6. c. cum secundum Apostolum de præbendis*, & proprium officium illius, qui curam animarum gerit cõsistat in eo, vt commissi gregis necessitatibus subueniat, & Diuino Verbo populum pascat: *cap. inter cætera de officio ordinarij* ignorantes erudire, sacrificium, & orationes pro populo Deo offere, orfanos, viduas, virgines, & miserables defendere: *Cap. Episcopus 2. 88. distinct. 1. Regum cap. 12. cap. 1. & per totum de parrochijs*, similiter bona Ecclesiastica cõseruare, scandala, vitare, ac denique veri spiritualis pastoris officiũ exercere, quæ cum magni momenti sint, neque perfici nequeat, nisi ab his, qui assistunt, resident, & super gregem vigilant iusta de causa, ne absque pastore disperdantur, residentia in beneficijs Ecclesiasticis desideratur: iuxta textum in *cap. super ordinata de præbendis Concilium Tridentinum sessione 6. cap. 2. de reformatione, & sessione 21. c. 3. de reformatione* cum supra traditis.

3 Primo, obstat textus in *capite cum omnes 6. de constitutionibus*: ex cuius

ius textus decisione constat consuetudinem introduci posse, ne clericus in beneficio resideat, siquidem Summus Pontifex consuetudinem illam apud canonicos obseruatam, vt absentes fructus præbendæ reciperent, non tantum ad antiquos canonicos, verum etiam ad futuros extendit, vt cõfirmauit ex ratione illa, *quod quisque sibi ius constituit*: verum huic dubio respondẽdum est, quod licèt sit verum attento iure communi omnia beneficia, etiam simplicia residentiam desiderare: iuxta textũ in *cap. super ordinata de præbendis*: Notat *Abbas* in *cap. quia nonnulli hoc titulo numero 7.* tamen hodie consuetudine fieri potest, vt residentia in simplicibus beneficijs auferatur ita, vt absque ea fructus eorum, seu præbẽdæ adquirantur: Concilium *Tridentinum sessione 24. cap. 27.* & ita est interpretandus textus in dicto *cap. cũ omnes de constitutionibus*: Notat *Lapus allegatione 36. Couarru. lib. 3. Variarũ, cap. 13. num. 9. Dueñas regula 134. Selua de beneficijs 4. parte quæst. 2. num. 1. Gonçalez ad regulam 8. cancellariæ* glossa 5. *num. 207. Barbosa* plures referens in *collectaneis ad textum* in *cap. quia nonnulli 3. hoc titulo num. 3.*

4 Secundo, solutioni valde obstat textus in *cap. vnico de clericis, non residentibus lib. 6.* ex cuius decisione apparet, quod si consuetudine obseruetur, vt redditus Ecclesiastici, etiam in simplicibus beneficijs inter absentes distribuantur, tanquam corruptela improbatur: argumento textus in *cap. 1.* & *final de consuetudine*: qua in difficultate dicendum est, textum in dicto *cap. vnico* non loqui in fructibus beneficiorum, qui in titulum conferuntur: vt in dicto *cap. cum omnes*, sed potius in distributionibus quotidianis, quæ aliàs manualia appellãtur, ex eo quod ad manũ traduntur his, qui diuinis horis in choro interfunt: quæ distributiones quotidianæ nulla consuetudine interueniente, inter absentes distribui poterunt. *Conc. Trid. sessione 24. cap. 12.* Notat *Duarenus in tract. de beneficijs lib. 7. cap. 4.* late refert *Barbosa in collectaneis* ad textum in dicto *capit. vnico hoc titulo lib. 6. numero 1. 3. & 4.*

5 Tertio, prædictis obstabit textus *cap. cum dilectus 14. hoc nostro titulo*, ex cuius textus decisione apparet, familiares Pontificis, seu qui eius seruitio occupati reperiuntur etiam absentes absque residẽtia fructus sui beneficij posse percipere, sed Cardinalis semper in seruitio Põtificis occupatus est, cum sit eius coadiutor, & secretarius, atq; ideo par Pontificis appellatur: vt late refert *Barbosa in collectaneis ad textum* in *cap. 2. hoc titulo num. 2.* ergo inepte supra est resolutũ etiã Cardinalẽ in suo beneficio residere debere, vt refert textus in *cap. 2. hoc nostro titulo*: verum huic dubio respondendũ est, verisimum esse Cardinalem in suo beneficio residere debere: sed hoc verum est dummodo cum Pontifice non assistat, hoc est, si vagus fuerit, & in alienis, seu in beneficio per quinquennium non resideat: nã tunc ab eo priuandus est, & ita est interpretandus textus in dicto *capit. 2. hoc nostro titulo*; secus vero dicendum est, si in cũria Romana residcat: nam tunc propter illam iustã causam à sui proprij beneficij residentia excusatur: cùm tunc pro præsente habeatur, hoc est in simplicibus beneficijs, seu canonicatibus, non tamen in Episcopatibus, seu beneficijs curam animarum habentibus: nam in illis vrgentissima causa, & Pontificis dispensatio desideratur: iuxta textum ita intelligendum in dicto *cap. cum dilectus 14. hoc nostro titulo*, vt refert *Barbosa in collectaneis*

ad eundem textum numero 3.

6 Quarto, conclusioni supra adductæ obstabit sequens consideratio: scilicet, quod minora beneficia. secundum naturam maiorum æqualiter ita debent regulari, vt in illis nulla deformitas consistat: iuxta textum in *capit. maiores 8. de præbendis*: at sic est, quod quis poterit simul obtinere duos Episcopatus ita, vt excusetur à residentia vnius, *capite relatio penultimo*, & *final 22. quæstione 1.* ergo male à nobis supra est resolutum residentiam in omnibus beneficijs desiderari: verum huic dubio respondendum est, textum in dicto *cap. relatio penult.* & *final 21. quæst. 1.* procedere ex dispensatione Pontificia, & iure speciali, vt tenet *glossa 1.* in dicto *cap. illud final*, vel aliter poterit dici posse, aliquem duas Ecclesias obtinere, vnam iure tituli collatam, alteram vero in perpetuum commendatam: neque poterit vtrique præsidere, tanquam titulatæ, sed vni tamquam commendatæ: alteræ vero tanquam titulatæ præesse: vt refert textus in dicto *capite illud §. non enim 21. quæstione 1.* quæ quidem duorum beneficiorum obtentio; etiam si fiat, vt vnũ possideat quo ad titulum: aliud vero quo ad commendam etiam hodie est prohibitum *Concilij Tridentini sessione 7. cap. 4.* & *sessione 24. capite 17.* late refert *Barbosa in collectaneis ad textum in capit. qui plures 3. & 4. 21. quæstione 1. à num. 1.*

Caput tertium de causis ad residentiam excusantibus.

SVMMARIVM.

1 *Causæ plurimæ sunt, ob quas clerici à beneficiorum residẽtia excusantur, quæ præcipue ad quatuor reducuntur.*

2 *Legitimè excusatus nullam pœnã meretur.*

Absens iusta subsistente causa pro præsente habetur.

Fictio in casu ficto idem operatur quã veritas in casu vero.

3 *Pontifex contra legem diuinã dispensare non potest.*

4 *Interpretatur textus cũ cap. cũ nõ deceat 30. de electione lib. 6. & conciliatur cum cap. vnico de clericis, non residentibus lib. 6.*

5 *Iurans perpetuo in sua Ecclesia residere si ex post facto propter vtilitatem Ecclesiæ se absentauerit, non est periurus.*

Exponitur textus in cap. ad nostram de iure iurando.

6 *Declaratur textus in cap. de cætero 7. de clericis non residentibus, & ad concordiam reducitur cum capit. ad audientiam eiusdem tituli.*

1 CONCLVSIO. Plurimæ sunt causæ, ob quas clerici à beneficiorum residẽtia excusantur, quæ præcipue ad quatuor reducuntur: prima, si extat vtilitas Ecclesiæ: secunda, si eius necessitas: tertia, si impotentia personæ: quarta, si obsequium Episcopi, Cardinalis, seu legati Pontificis: cõsonat textus in *cap. final de magistris, authentica multo magis C. de sacrosanctis Ecclesijs, cap. relatum 4. cap. de cætero 7. cap. ex parte 8. cap. 10. 12. 13. 15. 16. & final hoc nostro titulo, cap. vnico* in fine *hoc titulo lib. 6. cap. licet 32. de præbendis, cap. 1.* & per totum *de clerico ægrotãte, vel debilitato cap. vnico eodem titulo lib. 6. Concilium Trid. sessione 23. de reformatione, cap. 1.* Exornant *Selua de beneficijs 4. parte q. 6. Rebuffus in praxi beneficiali, titulo de dispensatione in non residendo, num. 23.* cum sequentibus, *Bernardus Diaz in praxi criminali canonica, capite. 52. Nicolaus Garcia de*

de beneficijs parte 3. capit. 2. numero 383. Cafaneus in catalogo gloriæ mũdi parte 6. consideratione 35. Azor institutionum moralium parte 2. lib. 7. cap. 4. quæstione 3. Riginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 3. num. 54. Gonçalez ad regulam 8. cancellariæ glossa 6. num. 255. Moneta de distributione quotidiana parte 2. quæst. 8. num. 7. Rebuffus de priuilegijs Scholasticorum priuilegio 31. numero 8. Zerola in praxi Episcopali parte 1. verbo *studium* §. 4. cum traditis à *Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. de cætero 7.* cum similibus *hoc nostro titulo*, & à me referendis in *titulo de clerico ægrotante, vel debilitato.*

2 Ratio enim quare absens ex iusta causa fructus sui beneficij percipit, ea est: quia legitime excusatus nullam pœnam meretur: argumento textus in *l. Gracus 4. ff. ad legem Iuliam de adulterijs*: præterea quia is, qui iusta subsistente causa abest pro præsente, & residente in iure habetur: *cap. cum non deceat 3. de electione lib. 6.* versic. *eum tales*: & idem operatur fictio in casu ficto quam veritas in casu vero, vt infra dicemus, in ratione decidendi ad textum in *cap. 2. de clerico ægrotante, vel debilitato.*

3 Primo, obstabit dicere, quod residentia in beneficijs de iure diuino necessaria est ex illo *Ioannis capit. 10.* ibi, *pasce oues meas*, cum supra traditis in *cap. 1.* at sic est, quod contra legem diuinam, vel naturalem Pontifex dispensare non potest, *cap. sunt quidam dicentes 25. quæst. 1. cap. final de consuetudine* cum vulgatis: ergo in residentia etiam iusta causa interueniente Summus Pontifex dispensare non poterit contra textum *in cap. penultimo, hoc titulo.* Neque minus Episcopus contra textum *in cap. final hoc titulo*: sed ne sæpius eadem inculcare videamur: huius dubij solutio est petenda ex his, quæ supra retulimus in *cap. 2. 4. dubio.*

4 Secundo, aduersus ea, quæ in hac legitima excusatione residendi notant omnes, videlicet propter vtilitatem Ecclesiæ, clericum legitime impeditum non solum fructus sui beneficij, verum etiam distributiones quotidianas posse percipere, vt expresse doc et textus *in cap. Vnico hoc nostro titulo lib. 6.* valde obstabit textus in *cap. cum non deceat 30. de electione lib. 6.* in cuius textus specie apparet, quod licèt is, qui propter vtilitatem Ecclesiæ pro præsente habeatur, quoad fructuum perceptionem ita, vt ficte residere videatur, non tamen in distributionibus quotidianis, quas neutiquam percipit, etiamsi ob eandem Ecclesiæ vtilitatem sit absens: in qua iurium contrarietate omissa interpretatione, qua refert glossa verbo *vtilitas in dicto capit. Vnico*, & alia, quam refert *Couarr.* omnino videndus, *lib. 3. Variarum cap. 3. num. 8.* versic. 8. quam improbat *Moneta de distributionibus quotidianis parte 2. quæst. 11. num. 24.* verius dicendum est in dicto *cap. non deceat* distributiones quotidianas non adquiri. Ratio est: quia procedit eo in casu quo clericus non prosequitur causam, cui specialiter adscriptus erat, puta Cathedrali, vel Collegiatæ, sed causam specialem, vel vniuersalem illius ciuitatis tendentem ad vniuersalem Ecclesiæ vtilitatẽ, non vero ad particularem, cui adscriptus erat: at vero textus in dicto *cap. Vnico* procedit, quando absens est in vtilitatem ipsius particularis Ecclesiæ, cui adscriptus est: quã distinctionem refert *Moneta vbi supra*, & sequitur *Barbosa in collectaneis ad textum* in dicto *cap. cum non deceat 30. de electione lib. 6. num. 5.*

5 Tertio, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes: videlicet quod is, qui iurauit in sua Ecclesia perpetuo residere si ex post facto propter vtilitatem Ecclesiæ ob eius de-

defensionem se absentauerit, non sit periurus, cum censeatur residere, cũ ficta illa residentia ad satisfactionẽ sufficiat, iuxta textum in *cap. ex parte 13. & capit. ad audientiam 15. hoc titulo.* valde obstabit tex. in *cap. ad nostram de iure iurand.*: vbi iuramentum, quo mutuatarius soluere promisit pecuniam mutuanti absque grauamine, vel molestia, non adimpletur per legitimã compensationem, quæ est ficta solutio, in qua difficultate, *Abb. & Felinus* in dicto *cap. ex parte num. 12.* & in dicto *cap. ad nostram* asserunt, quod quoties iuramenti obseruatio in casu ficto non tẽdit in læsionẽ aliquam illius, cui iuratũ fuit, tunc legitime adimpletum cẽsetur: vnde cum ficta illa residentia, quæ præstatur ab eo, qui in vtilitatẽ Ecclesiæ abest, nullam contineat læsionem, imo vtilitatem ipsius Ecclesiæ, cui residentia perpetua iurata fuit, iusta de causa adimpletum censetur in dicto *cap. ex parte 13. hoc titulo*, verum hæc interpretatio conuincitur ex eo: quia circa obligationem iuramenti non attenditur magna, vel modica læsio, cui iuratum est, sed solum vtrum id, quod iuramento deductum est licitum, vel illicitum sit: & ita vtrũ debitam, vel in debita contineat materiam in sui obseruantia. Deinde quia in dicto *cap. ad nostram* modica etiam vel exigua læsio infertur creditori, si cogatur prius computare fructus in sortem, & tamen textus asserit iuramentum omnino esse ad implendum: quare omissa etiam Imolæ interpretatione in dicto *capit. ad nostram*: quam improbat *Barbosa in collectaneis ad textum in dicto capit. ex parte num. 1.* verius est dicendum iuramẽtum illud de residendo non adimpleri per aliquam fictam residentiam, etiam ex illis causis traditis in dicto *cap. Vnico hoc titulo lib. 6.* & in *cap. 1. Concilij Trident. sess. 23.* sed postea iustis de causis de nouo statutũ fuit in dicto *cap. ex parte*, vt absens ob aliquã ex illis tribus causis residere videatur, vt omnino à periurio liberetur: vnde nõ licet in materia exorbitãti ab his iuribus arguere ad speciem textus in dicto *cap. ad nostram*, in qua nihil mutatum reperitur: argumento tex in *l. præcipimus 32.* in fine *Codice de appellationibus*, vti recte adnotauit *Barbosa in collectaneis ad textum in dicto capite 13. hoc titulo numero 2.* vel si hanc interpretationem non velis amplectere, poteris dicere, quod quamuis iurans teneatur in specifica forma iurameutum adimplere, hoc est soluere pecuniam, quam ita iurauit soluere non imputando fructus in sortem: tamen si paupertate, aut onere filiorum ita sit oppressus, vt pecuniam soluere non possit, excusatur à periurio, cõpẽsando fructus in sortẽ tenent *Affl. de cis 36. n. 3. & 4. Gregor. Lopez in l. 20. glossa 1. ti. 14. partita 5.* & ita similiter in dicto *c. ex parte* licèt præpositus residere teneatur: tamẽ, si absentiæ necessitas interueniat, illa iusta causa eũ liberat à periurij metu: argumento textus in *c. quærelã cap. breui de iure iurando* Notat *Nauarrus in manuali cap. 25. num. 125.*

6 Quarto, aduersus ea, quæ refert textus in *c. ad audientiã 15. hoc titulo* videlicet iustã excusationis causam esse tãtũ, quo ad duos canonicos, vt possint fructus suæ præbẽdæ percipere, si sint in seruitio Episcopi, vel Ecclesiæ, qui omnes vti præsentes reputantur: obstabit textus in *cap. de cætero 7. hoc nostro titulo* vbi omnes canonici absque certo, & determinato numero, qui in seruitio Episcopi sunt, fructus beneficij adquirũt, nõ tamẽ distributiones quotidianas, verũ hæc iura ad cõcordiam reduces, si dixeris, decisionẽ textus in dicto

capit. ad audientiam 15. procedere in Ecclesijs Cathedralibus, vbi duo tãtum Canonici in seruitio Episcopi occupati excusantur: siquidem ex eo quod concedit duobus, cæteris prohibere intelligitur, cum ob dignitatem Ecclesiæ maior Canonicorum copia in eius seruitium desideretur: at vero textus in dicto *cap. de cætero* 7. loquitur in Ecclesijs Collegiatis, in quibus plures, quam duos Canonicos assumere poterit Episcopus pro seruitio suo, cum ibi ministrorum copia non ita sit necessaria, sicut in Cathedrali: notat *Augustinus Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. ad audientiam* 15. *hoc titulo*: quæ electio hodie iam Episcopo est prohibita, cum copia peritorum extet: vt docte refert *Barbos. in collectaneis ad textum in dicto cap. de cætero* 7. *hoc titulo num.* 2.

Caput 4. de pœnis aduersus non residentes a iure statutis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non residentes priuantur à beneficio; si modo ad moniti ad residentiam non venerint.*
2 *Beneficium omne propter officium, laborem, & industriam conceditur.*
Miles militiæ desertor cingulum militiæ, & honoris amittit.
Puniri quis debet in eo in quo deliquit.
3 *Exponitur textus in cap. extirpandæ 30. §. qui vero de præbendis, & dignitatibus.*
Non residens in beneficio an sit priuatus ab eo ipso iure, an vero prius cisandus remissiue ponitur.
4 *Distributiones quotidianæ quomodo diuidendæ sunt.*
Declaratur Concilium Tridentinum sessione 22. cap. 3.

1 CONCLVSIO. Clerici non residentes priuantur à beneficio, si modo ad moniti, & citati ad residentiam non venerint: consonat textus in *cap. 2. cap. quia nonnulli 3. cap. relatum 4. cap. conquærente 6. cap. qualiter 9. cap. inter quatuor 20. capit. ex tua* 11. cum alijs *hoc nostro titulo, cap. Sanctorum 70. distinct. cap. Pontifices, cap. peruenit, cap. siquis cum alijs 7. quæst. 1. capit. placuit, cap. vltimo 21. quæst. 2. cap. ex parte de officio Vicarij, cap. peruenit 28. de appellationibus, cap. quia in tantum 5. capit. cum non ignores 15. cap. extirpandæ 30. §. quia vero de præbendis, Apostolorum canone 14. & 15. Ancirana Synodus, cap. 18. Antiquena, cap. 3. 13. & 22. Calcedonense Concilium, capit. 13. & 23. Nicæna Synodus cap. 15. Concilium Triaent. sessione 6. de reformatione, cap. 1. & 2. & sessione 23. cap. 1. & 2. & sessione 24. de reformatione, cap. 12. versic. præterea l. generaliter* 51. §. 1. *C. de Episcopis, & clericis nouellis 6. 58. & 123.* Exornant præter ordinarios in dictis iuribus. *Petrus Gregorius lib. 17. syntagmatum cap. 2. num. 12. Nicolaus Garcia de beneficijs 3. parte cap. 2. Cardinalis Tuscus conclusione 254. littera B. Bernardus Diaz in praxi criminali cap. 47. vbi Salcedus eius additionator, Anastasius Germonius lib. 1. animaduersionum, capite 27. Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs lib. 8. ca. 5. August. Barbos. de officio, & potestate Episcopi 3. parte allegatione* 53. cum multis alijs ab eo traditis in *collectaneis in dictis iuribus.*

2 Ratio est: nam cum beneficiũ omne propter officium, laborem, & industriam concedatur: *capit. vltimo de rescriptis lib. 6.* cessante itaque causa, ob quam datur beneficium, ratio postulat, vt à beneficiario illud auferatur: argumento textus in *cap. cum cessante* cum vulgatis de *appellationibus*: neque dissimilis est clericus Ecclesiæ suæ absens militiæ desertori: nam quemadmodum miles militiæ desertor cingulum militiæ, & honoris sui pro desertione amittit, *cap. placuit 22. quæst. 2.* sic similiter, non residens recte à beneficio priuatur ex iuribus supra adductis: siquidem quis puniri debet in eo, in quo deliquit: *l. quoniam Codice qui accusare non possunt, capit. postulasti de clerico excommunicato. authentica omnes peregrini Codice communia de successionibus*: siquidem in non rendendo plurima damna, & mala excitatur: *cap. quam sit de electione lib. 6.* cum propter absentiam diuinus minuitur cultus, & animarũ cura negligitur: *extra vagans execrabilis de præbendis*, requiritur etiam citatio: quia nemo inauditus à iure suo priuari potest, *l. 1. ff. de requirendis reis, cap. 1. de causa possessionis, & proprietatis* cum alijs à me ibidem traditis.

3 Primo, obstat textus in *cap. extirpandæ 30. 9. qui vero de præbendis, & dignitatibus*: quo loci Innocentius 3. affirmat in non residentibus nullam, desiderari monitionem, sed iure ipso priuari, vt cõstat ex verbis illius textus ibi *alioquin illa se sciat authoritate huius decreti priuatum.* Idem fere docet textus in *capit. inter quatuor* 8. & *final hoc titulo* cuius dubij solutio pendet ex illa difficili quæstione in ter nostros iuris Pontificij professores agitata: scilicet, vtrum is, qui in beneficio non residet sit priuatus ipso iure, an vero prius monendus, quam quidem quæstionem, vt paucis diluamus, verius tenendum est, vt supradiximus monitionem præcedere debere ante priuationem, nisi sit talis, quæ aperte denotet non esse necessariam monitionem: veluti si quis beneficium adeptus est, & ordinationem neglexerit: vt in *cap. licèt canon. cap. ex eo. cap. commissa de electione lib. 6.* & ita est interpretandus textus in dicto *cap. extirpandæ §. quia vero* vbi in Lateranensi Concilio ab Innocentio 3. est statutum: quod is, qui in Ecclesia parrochiali non residet, sit priuatus ipso iure, post quam constitutionem fuit dubitatum, an illius textus constitutio locum habeat, etiam in absentibus: cui dubitationi Innocentius respondit in absentibus etiam monitionẽ præcedere debere ob id, quod ignoratur, an legitimo impedimento detineantur: vt in *cap. inter. cap. ex tua hoc titulo*: notat *Germonius lib. 2. animaduersionũ cap.* 17. & similiter iura omnia, in quibus cauetur priuationis pœnam cõpetere, intelligenda sunt seruatis seruandis, & terminis habilibus suppositis. Notat glossa marginalis in dicto *capit. extirpandæ §. qui vero.*

4 Secũdo, aduersus id, quod refert textus in *cap. cum ad hoc* 16. *hoc titulo*, versic. *in vtilitatem eiusdem* dum asserit distributionem illorum, qui non interfuerunt, sed absentes fuerint applicandam esse fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut altero pio loco arbitrio ordinarij, obstabit *Concilium Trident. sess. 22. cap. 3.* vbi statuitur, quotidianas distributiones diuidendas esse inter obtinentes dignitates, & cæteros diuinis officijs interessentes. In quorum iurium conciliatione valde laborant interpretes præcipue. *Nauarrus miscellanea. 59. de oratione num. 9. Monetta de distributionibus quotidianis, parte 3. quæst. 6. num. 26. Agor institutionum moralium parte 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 8.* sed inter alias illa verior, & receptior est, scilicet, *Concilium Trident.* in dicta *sessione 22. cap. 3.* loqui in dignitatibus, à quibus ordinarius tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas conuertendo separare potest, & dato, quod distributiones quotidianæ non sint tenues & in odium obtinentium dignitates, & negligẽtes in residẽdo, & quando illa tertia pars ita substracta per non seruiẽtes amittitur,

titur, locis pijs est applicanda ex dicto *cap. cum ad hoc* versic. *in vtilitatem*: at vero textus in dicto *capit.* 3. *sess.* 24. loquitur solum quando distributiones ita sunt tenues, vt negligantur: & hoc casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab ordinario concesa, si per non seruientes amittatur proportionabiliter seruientibus accrescit: quod in sacra congregatione fuisse resolutum refert *Barbosa in collectaneis ad textum* in dicto *cap. cum ad hoc* 16. *hoc nostro titulo num.* 3.

De præbendis, & dignitatibus Titulus V.

Ad textum in capit. vt nullus 1. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Iure sanguinis non succeditur in beneficijs Ecclesiasticis.*
2 *Sanctuarium Dei iure hereditario, aut sanguinis ab homine possideri nequit.*
3 *Interpretatur textus in cap. 1. versic.* vt nullus de clero, siue de populo *de præbendis, & dignitatibus.*
Electionem beneficiorum olim populus vsurpabat.
4 *Exponitur textus in cap. 1. versic.* iure sanguinis *de præbendis, & dignitatibus.*
Successio consanguinei abintestato consanguineis debetur.
5 *Expenditur illa Exodi auctoritas cap. 19. ibi,* Haron, & filios eius applicabis sacerdotio.
6 *Interpretatur textus in cap. si Petrus 8. quæst. 1.*
Diuus Petrus diuina inspiratione Beatum Clementem sibi successorem fecit.
7 *Exponitur textus in cap. petisti 17. quæst. 1.*
Coadiutoria cum futura successione regressus, & accessus prohibita est.
8 *Illucidatur textus in cap. non autem 12. 7. quæst. 1.*
9 *Declaratur textus in cap. si transitus 79. distinct.*
10 *Refertur interpretatio ad textum in cap. ex parte 12. de officio, & potestate iudicis delegati.*
11 *Refertur decisio textus in cap. ad hæc 12. de filijs presbyterorum.*
12 *Declaratur textus in cap. ad abolendam 16. de filijs presbyterorum.*
13 *Intelligitur textus in cap. Veniens 5. de filijs presbyterorum.*
Filius sacerdotis ab Episcopo institutus in Ecclesia, in qua pater proximus, & immediate fuerat institutus, an post modum ab ea remoueri possit.
14 *Expenditur textus in cap. inter cæteras 4. de rescriptis, & conciliatur cum cap. ad abolendam 16. de filijs presbyterorum.*
15 *Refertur interpretatio ad textum in cap. nemo 14. versic.* nec pro respectu *iuncto versic. final de simonia.*
16 *Capellania conferri potest descendentibus, & consanguineis fundatorum.*
Proponitur species textus in capit. ex transmissa 7. de filijs presbyterorum.
17 *Explanatur textus in cap. filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. capit. 1. & 2. de iure patronatus.*
Ius patronatus iure sanguinis competit.
18 *Expenditur textus in cap. consuluit 15. de iure patronatus.*

1 CONCLVSIO. In beneficijs Ecclesiasticis nō succeditur iure sanguinis, vel hereditario: consonat textus in *cap. Episcopus 3. 8. quæst. 1. cap. Episcopo 4. cap. plerique 5. cap. Apostolica 78. quæst. 1. cap. Moises 6. capit. si ergo 16.* eadem causa, & quæstione *cap. in canonibus 56. §. generaliter* versic. *finis 16. quæst. 1. cap. præcisi*, versic. de eo autē *7. quæst. 1. cap. præsentiū, cap.*

cap. conquerente, cap. ad abolendam, cap. ad excirpandas, cap. ex transmissa 7. de filijs presbyterorum, cap. ad decorem 5. de institutionibus, cap. consuluit. 25. de iure patronatus, cap. ad hæc 15. de decimis, Concilium Lateranēse 1. sub Honorio 2. *Anno 1125.* versic. *Sancimus*, ibi, *nequis successorem sibi in aliquo constituat beneficio. Concilium Trident. sessione 25. cap. 7.* exornant, *Paulus Fusius singula. 21. litera B. Bernardus Diaz in praxi canonica cap. 43.* late *Espinus in Speculo testamentorum glossa 3. num. 13. Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 5. numero 33. Duarenus lib. 7. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 7. Petrus Gregorius de electione cap. 7. & lib. 42. syntagmatum cap. 7. num. 4.* cum traditis à *Cenedo in collectaneis ad decretales collectanea 39. Barbosa in collectaneis ad nostrum textum num. 1.*

2 Ratio est: quia sanctuarium Dei iure hæreditario, aut sanguinis ab homine possideri nequit. *Cap. plerique, cap. Moises 8. quæst. 1. cap. ad decorem de institutionibus ca. ad hæc 15. de decimis*: siquidem beneficia propter officium conceduntur, in quo sacrificia diuina, & ministeria sacra exercentur, *cap. perlectis 25. dist. capit final de rescriptis, li. 6.* & si res ipsæ corporales, quæ diuinorum instrumenta sunt ab omni commercio extinguuntur, *9. sacræ institutæ de rerum diuisione l. si in emptione*, cum vulgatis *ff. de contrahenda emptione* quanto magis officium spirituale ab omni commercio exemptum erit: vt constat ex dicto *cap. ad hæc de decimis* cum similibus supra adductis: nam si iure sanguinis daretur, potius indignus, quam dignus possideret, tum etiam: quia daretur occasio captandæ mortis contra ea, quæ statuuntur in *Concilio Tridentino sessione 15. de reformatione*: præterea, quia beneficia Ecclesiastica non possunt aliter conferri, quam canonica institutione intercedente. *Cap. ex frequentibus de institution. regula beneficium de regulis iuris, lib. 6.* quæ canonica institutio tantum ad Episcopos ordinarios expectat, *cap. concurrente de officio ordinarij, cap. omnes 10. cap. nullus 16. quæstione 7.* cum à me tradendis in *capit. ex frequentibus 3. de institution.* Hinc merito prouenit successionem hæreditariam, vel sanguinis non esse legitimum modum beneficia conferendi: cum eorum collatio, vt supra diximus, tantum ad Episcopum expectet.

3 Primo, aduersus veram nostri textus sententiam communiter receptam: videlicet nullum clericum in bonis, hoc est, in beneficijs Ecclesiasticis posse sibi successionē assignare, obstabunt illa nostri textus verba, ibi, *vt nullus de clero, siue de populo*, quæ vltima versiculi verba non solum ad clericos, sed etiam ad laicos expectant, iuxta textum in *cap. duo sunt 12. quæst. 1.* sed laicus est incapax obtinendi beneficia Ecclesiastica, *cap. 2. de institutionibus, capit. sacrata 51. dist.* ergo frustra laici in illa nostri textus prohibitione comprehenduntur: sed dubium hoc dilues, si dixeris verum esse laicos in toto iure nostro à collatione beneficiorum incapacem esse dicto *cap. 2. de institutionibus* cum vulgatis: neque obstant illa nostri textus verba, ibi, *siue de populo*: quia sunt intelligenda de illo primæuo tēpore, quo populus beneficiorum electionem vsurpabat. *Capit. ad hæc cap. prohibemus de decimis, cap. consuluit de iure patronatus*, & cum sacerdotes in mortis confinio essent constituti alios successores denominabant, cuius gratificatio vim electionis populi habebat, iuxta textum in *cap. plerunque 5.* versic. *Vt scilicet 8. quæst. 1.* siquidem olim laicus si dignus, & literatus fuisset eligi poterat: vt patet in exemplis traditis in *capit. statuimus 8. §. è contra 61. dist.* de qua quidem laico-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rū electione meo iudicio est intelligendus textus noster in versic. *siue de populo*, quæ quidem electionis cō suetudo ibidem etiam prohibetur: cum speciem successionis contineat.

4 Secundo, aduersus illa nostri textus verba, ibi, *Ecclesiastica bona* iuncto versiculo *iure consanguinitatis* obstabit dicere, quod successio in bonis consanguinei abintestato consanguineis debetur: *principio institutionum de successionibus abintestato, capite* 1. *de successionibus abintestato l.* 1. *ff. de legitimis tutoribus*: ergo nostri textus littera inepta videtur: quod dubium dissolbes, si dixeris textum nostrum in versiculo illo *Ecclesiastica bona* intelligendum esse de beneficijs Ecclesiasticis, in quibus ius percipiendi redditus extat, & verbum illud *consanguineis* in præsenti fuit propositum: quia olim ob proximitatem consanguineis nominationes beneficiorum fieri solebant: *capite Moises, capite Apostolorum* 8. *quæstione* 1. merito non obstant iura in argumento adducta, quæ non de spiritualibus, sed de temporalibus bonis sunt accipienda.

5 Tertio, obstabit illa *Exodi authoritas, capit.* 19. ibi *Aron, & filios eius applicabis sacerdotio*: ex quibus verbis patet in sacerdotium iure sanguinis succedere posse: verum huic dubio respondendum est plurimam differentiam versari inter sacerdotes veteris legis, vel noui testamenti: quia olim in illo veteri Dei populo solummodo inscribebantur in sacerdotium sub dominica militia, qui ex alio sacerdote originem ducebant, quod carnale dicebatur ex eo, quod mactabantur oues, & boues, & similia, atque ideo nihil mirum, quod per successionem carnalem propagarentur: quod quidem ad Christianorum, & noui testamenti sacerdotiū protrahi non potest; cum non carnale, sed spirituale sit, & spiritualibus officijs occupetur, & sic non iure sanguinis siue vlla personarum acceptione, sed præcipue extranei, dum tamen idonei sint ad beneficium admittuntur, qui quidem ritus veteris testamenti iam hodie Christi aduentu cessauit, cum translato sacerdotio necesse est, quod legis translatio fiat *capite translato de institutionibus*.

6 Quarto, solutioni obstabit illud post nouam legem D. Petri exemplum relatum in *capite si Petrus* 8. *quæstione* 1. nam cum Diuus Petrus legitimo senectutis morbō impeditus fuisset Beatum Clementem, vt eius successorem in Pontificali dignitate instituit, ei que Cathedram prædicationis, & doctrinæ tradidit: vt Ioannes 3. Pontifex Maximus testatur in *Epistola ad Iacobum in capite* 1. & 2. versiculo *Simon Petrus* 8. *quæstione* 1. in qua difficultatate omissa interpretatione, quam refert *Suarez contra Regem Angliæ lib.* 3. *capit.* 13. *Gualterius in sua Chronologia in Clementem*, verissime dicendum est illud Beati Petri factum nihil obstare: siquidem diuino spiritu interueniente mandato Domini id fecisset; & sic ad exemplum trahi nō potest: vt colligitur ex verbis Epistolæ eiusdem Clementis: ibi *apprehensa manu mea repente consurgens in auribus totius Ecclesiæ protulit verba*, & Sanctissimus ille Clemens post mortem Diui Petri Pontificatus dignitatem renunciauit, non vt esset suspectus de electione, sed humilitate profundissima ductus, ne electio sua in Ecclesia Romana

mana esset exemplum; vt posterius aliquis improbe sibi successorem eligeret, qua renunciatione admissa vt suspitio successionis per hæreditatem in causis spiritualibus cessaret, primo, post Beati Petri mortem in Sella Pontificali electus fuit Linus, & postea secundo loco Cletus, deinde quasi ex alia diuina inspiratione idem Clemens à Beato Petro primo designatus, tertio loco fuit electus, qui cum Beato Petro quartus Pontifex fuit. Notat *Baronius Anno Christi* 69. *numero* 38. *Seuerinus in notis ad vitam Lini Belarminus de Romano Pontifice lib.* 2. *capite* 25.

7 Quinto, prædictis obstabit illa Zachariæ Pontificis Epistola ad Bonifacium Archiepiscopum Maguntinum relata in *capite petisti* 17. 7. *quæstione* 1. vbi probatur Archiepiscopum illum Maguntinum posse sibi nominare successorem in Archiepiscopatu: quam quidem successionem, & nominationem Zacharias Pontifex comprobauit: cui difficultati respondendum est textum illum loqui in coadiutoria facta iusta causa ob senectutem Archiepiscopi Maguntini Pontificis authoritate interueniente: nam licet coadiutoria cum futura successione regressus, & accessus sit prohibita in *Concilio Tridentino sessione* 25. *de reformatione capite* 6. & 7. ne ex inde detur occasio mortis captandæ, & vt successio in rebus spiritualibus euitetur: *capite* 2. *capite relatum*, & *final. de concessione præbendæ*: tamen Summus Pontifex ob eius generalem, & absolutam potestatem, quam retinet in beneficijs Ecclesiasticis *capite* 2. *de præbendis libro* 6. *capite sicut* §. *ecce capite cum autem* 7. *quæstione* 1. licite potuit litteras conferre in coadiutorijs cum futura successione: siquidem Romanus Pontifex supra ius est *capite cuncta per mundum* 96. *distinctione* sicque Bonifacius Archiepiscopus sua propria authoritate successorem sibi non designauit, sed ex permissione, & dispensatione Zachariæ Pontificis dum post eius obitum, hoc est Zachariæ iterum à Romano Pontifice ordinaretur, & comprobaretur, vt bene animaduertit *Coriolanus in summa Conciliorum in annotationibus ad Concilium Romanum* 2. *sub Bonifacio, pag. mihi* 450.

8 Sexto, obstat textus in *capite non autem* 12. 7. *quæstione* 1. vbi Balerius Episcopus Hiponēsis Episcopum Augustinum post mortem futurum sibi successorem ad scripsit: cuius textus difficultatem dilues, si dixeris eius sententiam non pertinere ad prohibitionem successionis rerum Ecclesiasticarum, sed ad inhibitionem plurium Episcoporum in vna Ecclesia, quo ad vnionem: quo in casu non tam succedere, quam accedere dicitur: nam quamuis illa Episcoporum cumulatio toto iure sit interdicta: *capite sicut* 21. *quæstione* 1. *capite in illis* 80. *distinctione* tamen ob singularem Ecclesiæ Hiponensis vtilitatem, & Diui Augustini eminentiam Pontifex priuilegium illud concedere voluit: vt ostendunt verba illius textus in versiculo *nouo more*: quam solutionem referunt *Archidiaconus Turrecremata, & Belamera ibidem.*

9 Septimo, prædictis obstat textus in *capite si transitus* 79. *dist.* vbi apparet solitos fuisse Episcopos moribundos sibi successores in Episcopatibus constituere, sed respondendū est Episcopos nūquā sibi ius succedendi hæreditario iure vsurpasse

neque

neque licere potuisse, *capit. Episcopo 3. & 4. 8. quæstione 1.* fuit tamen dū taxat olim obseruatum, vt de successione decedentis Episcopi tractaretur, quam postea clerus solemni suffragio libere probabat, si ita Ecclesia iudicaret, quod quidem Episcoporū factū magis cōsultationis, quā electionis vicem obtinebat, & in hoc casu accipiendus est textus in dicto *cap. si transitus* Notat *Baronius Anno 499. num. 8.*

10 Octauo obstat textus in *c. ex parte 12. de officio, & potestate iudicis delegati* vbi patruus in fauorem nepotis beneficium valide dimisit: verum respondendum est ibidem resignationem beneficij valuisse: quia fuit relata simpliciter, & Pontificis voluntas extitit, quo in casu successio illa fuit sublata: quæ quidē Pōtificis authoritas supplet omnem simoniæ suspitionem. Notat *Mandosius de signatura gratiæ §. resignationes*: plura, & plures refert *Sahagun in cōmentarijs ad textum* in dicto *cap. ex parte de officio delegati. Barbosa in collectaneis ad eundem textum*, & de hoc nepote quo ad patruum est interpretādus textus difficilis in *cap. non sane 2. de arbitris*: Notat *Abb. in principio ad eundem textum notabili 2. Barbosa in collectaneis ad eundem textum numero 3.* idē late *in collectaneis ad textū in c. ad extirpandas 11. nu. 4. de arbitris.*

11 Nono, obstat textus in *cap. ad hæc 12. de filijs presbyterorum*: vbi apparet filios Episcoporum ex legitimo matrimonio natos posse ordinari in Ecclesijs, in quibus parentes præsunt, quod est omnino contra decisionem textus *in cap. præsentium 3. cap. conquerente 8. cap. ex transmissa 7. cum alijs de filijs presbyterorum*: quorū decisio, non solum locum habet in filijs illegitime natis, verum etiam in filijs legitimis: vt in *c. ad extirpandas 11. de filijs presbyterorum*: siquidē ratio hæreditariæ successionis in beneficijs Ecclesiasticis æque viget, imo maior similitudo est respectu legitimorum, quam eorum, qui non legitime nati sunt: cum isti non sicut illi capaces sint hæreditatum parentum: *§. 1. instituta de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur*: vbi late Pichardus, verum respondendum est textum in dicto *cap. ad hæc* esse intelligendum de ordinatione in beneficio diuerso à paterno, quo in casu cum nulla timeri possit successio hæreditaria, recte placuit filium legitimum clerici posse in Ecclesia, in qua pater beneficium possidet, obtinere aliud diuersum beneficiū simile, aut dissimile: quamuis illud quod paternū est, obtinere nequeat. Notat *Rebuffus in praxi beneficiali de dispensatione super defectu natalium numero 33.* cum sequentibus. *Agor institutionum moralium parte 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 16.* cum traditis à *Barbosa in collectaneis ad textum* in dicto *cap. ad hæc num. 2. & 3.* quod tamen verum est in filijs legitimis: nam illegitimi ab ordinibus, & beneficijs generaliter sunt excluſi *capit. 1. de filijs presbyterorum, cap. cum incunctis 7. in principio cap. innotuit de electione.*

12 Decimo, solutioni obstat textus difficilis *in cap. ad abolendam 16. de filijs presbyterorum*: vbi *in Concilio Generali cap. 3.* sub Innocentio 3. celebrato statutum est canonicorū filios in Ecclesijs secularibus, in quibus patres eorum sunt instituti, ordinari non posse, & statim prosequitur, maxime si spurij fuerint; confideratio est: ergo etiam si legitimi fuerint erunt excluſi, de quibus in 1. textus parte agere videtur, cū in secunda de illegitimis maxime tractet, & prohibitionem referat: in cuius textus difficultate omissa glossæ interpretatione verbo *in secularibus* in dicto *cap. ad abolendam* verius dicendum est textum illum in 1. parte nō agere de filijs legitimis ex legitimo matrimonio natis, sed de naturalibus ex soluto, & soluta natis: quasi diceret, & sensus esset, quod filij naturales canonicorū ante sacerdotiū nati excludūtur, maxime, & præcipue spurij in sacerdotio geniti, in quibus maior militat impudicitię ratio tradita in dicto *c. cū decorē 16. de filijs presbyterorum*. Notat *Rebuffus in praxi beneficiali titulo de dispensatione super defectu natalium nu. 37. & 38. Gonarrus. lib. 2. variarū c. 7. nu. 5. Menochius de præsumptionibus lib. 7. præsumptione 50. num. 12. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 14. num. 21.*

13 Vndecimo, prædictis obstat textus in *c. veniens 5. de filijs presbyterorum*: vbi apparet, quod si filius sacerdotis ab Episcopo fuerit institutus in Ecclesia, in qua pater proxime, & immediate fuerat institutus ab ea postmodū remoueri non potest. Augetur difficultas ex eo, quod illa scientia Episcopi vim dispensationis habere non poterit, cum Pontifici sit reseruata *c. dilectus, c. nimis de filijs presbyterorum c. 1. eodem titulo lib. 6.* in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Abb.* ibidem *num. 6.* verissime est dicendum, non ideo quod ignarus Episcopus in paterna Ecclesia filium instituisset, tenuit collatio, sed ex eo id fuit admissum Pontificis authoritate in odium ipsius Episcopi, qui postquam eum ita scienter instituit ab Ecclesia remouit, & spoliauit alteri conferendo, ex qua quidem Pontificis decisione solum modo præsumitur dispensationem ab eo dimanasse: non vero ab ordinario Episcopo, & sic nihil obstat supradictis: vti bene animaduertunt *Dominicus. & Francus* in dicto *c. 1. de filijs presbyterorū, lib. 6. Barbosa de officio, & potestate Episcopi parte 2. allegatione 20. numero 14*

14 Duodecimo, prædictis valde obstat textus in *c. inter cæteras 4. de rescriptis*: vbi assertum est, quod ad hoc, vt filius sacerdotis priuetur ab Ecclesia, in qua pater proxime ministrauit, requiritur simul filium sacerdotis esse, & in sacerdotio genitum: vt constat ex verbis illius textus ibi, *quod si talis sacerdotis filius & in sacerdotio genitus, qui proxime in tali Ecclesia ministrauit*: siquidem incopulatiuis dictionib⁹ omnia sunt adimplenda, *l. hæredis, ff. de conditionibus institutionum §. si plures instit. de heredibus instituendis.* Confideratio est: ergo si filius sacerdotis legitime fuerit natus ante sacerdotiū, non tantum admittetur ad diuersum beneficium in Ecclesia patris, verū etiam poterit succedere, & obtinere præbendam, quam proxime, & immediate administrauit: quod omnino contrarium demonstrat textus in dicto *cap. ad abolendā*: in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Abb. in dicto cap. inter cæteras*: verius dicendū est existimo Innocentium 3. in dicto *c. p. inter cæteras in 1. parte* non loqui ex propria iuris dispositione, sed tantū ex ficta facti narratione referendo formam petitionis sibi rescriptæ: vt constat ex versiculo illo: *putat, si ponatur, quod si talis sit sacerdotis filius, & in sacerdotio genitus*: ex quibus verbis nō potest assumi argumentū, vt sint verba decisiua: siquidē respōsio, & vera illius textus decisio, & sententia incipiat à versiculo sequēti: ibi, *huic ergo quæstioni taliter respondemus*: nam dubium non est, quod si ab eodem Innocētio 3. in dicto *cap. inter cæteras* quæreretur, quid iuris esset, si natus ante sacerdotium obtineret, etiam immediate beneficium paternum, responderet ex manifestis iuris principijs eodem modo pri

Universidad de Deusto Biblioteca

dendum esse ex dicto *cap. ad extirpandas de filijs presbyterorum*, & sic fit satis pōderationi supra adductæ.

15 Decimo tertio, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet Episcopū posse filijs, vel nepotibus, seu consanguineis præbendā conferre absque periculo prohibitionis, dū tamen digni sint iuxta textum *in cap. dilecto* 25. *hoc titulo*: vbi Episcopus Remensis Apostolicæ sedis legatus nepoti suo præbendam concessit & ex facto Christi Domini nostri eligentis ad Apostolatū Iacobum minorem, Simonem, & Iudam consanguineos suos *Marci* 3. *Lucæ* 6. tenent *Couar. lib. 1. Variarum, c. 5. nu. 4. Bobadilla in Politica 1. parte lib. 1. c. 7. n. 20. Lara de Capellanys lib. 2. n. 3.* valde obstat textus *in cap. nemo 14. de simonia* in illis verbis, *neq; pro respectu cuiusq; personæ cōsanguinitatis, aut familiaritatis* iunctis finalibus verbis, ibi: *quia simoniacā est vtrūque*: ex quibus apparet simoniacum esse conferre beneficia consanguineis: verum retenta sententia supra adducta respondendum est, textum in dicto *cap. nemo*: neutiquam cōtrarium statuisse: quia verba illa *simoniacum est vtrumque*, non referuntur ad consanguinitatis, vel affinitatis rationem: neque ad alias in principio positas, sed ad relatas in versiculo *neq; quenquam*, tamquam inmediatum, & præcedentem: atque ideo parum obstat. Notat glossa final in dicto *cap. nemo solutione* 1. *Suarez* 1. *tomo de religione, lib. 4. cap. 22. Rafael de la Torre 2. tomo quæst. 100. art. 2. disp. 8. versic. circa materiam tertij.*

16 Decimo quarto, aduersus ea, quæ similiter in præsenti notant omnes videlicet cappellaniam conferri posse descendentibus, & consanguineis fundatorum, scilicet quādo talis conditio, aut lex est imposita in limine fundationis iuxta textum in *cap. monasterium* 19. *q.* 7. argumento, textus in *l. in re mandata, ff. mandati, l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamenti* tenēt *Oroda de incompatibilitate 1. parte, cap. 23. n. 132. Couar. in regula peccatum 2. parte 9. 7. nu. 5. Espino de testamentis glossa 3. n. 18. Acuña* vbi supra in *cap. neminem, n. 27. 70. dist.* obstabit textus in *cap. ex transmissa 7. de filijs presbyterorum*. Vbi apparet, quod, cum Abbas de Castrensis patronus beneficij cui iusdā Ecclesiæ præsentasset ad illud Guillermum clericum, cuius pater in eadem Ecclesia ministrauerat: respondit Pontifex Alexūder 3. quod, si inter eum, & patrem media persona intercessit, admittatur Guillelmus, si vero non mediasset obleretur ecclesiasticum decretum: ergo paternum beneficium, etiamsi iurispatronatus sit non poterit immediate obtinere filius quamuis à patrono præsentetur: sed respōdendū est, ibi tractari de beneficio iurispatronatus simpliciter absque conditione, non vero de eo in quo illa conditio fundationis est inserta, vt consanguineis conferatur, de quo noster est sermo: inter quæ beneficia maxima differentia versatur, quo ad hunc iuris effectum: nam conditione apposita tenetur præcise consanguineum præsentare: secus, si non fuerit appositā: nam tunc poterit, quem voluerit, quamuis non sit consanguineus fundatoris, sed inspicere debet, ne præsentatus sit prædecessoris filius, qui non potest beneficium à patre antea, & inmediate possessum obtinere: licet mediate possit, quæ est vera interpretatio illius *cap. ex transmissa*. Notat *Lābertinus de iurepatronatus lib. 2. parte 3. q. 5. art. 4. n. 10. & 11.*

17 Decimoquinto, obstabit textus in *c. filijs, vel Nepotibus 16. q. 7. c. 1. & 2. c. ex literis de iure patronatus. Clementina 1. eodē titulo*: in quibus iuribus apparet successionis ius in iurepatro-

patronatus cōsanguineis cōpetere: quod perinde, atq; Ecclesiastica beneficia spiritualibus annexum est, iuxta textū in *c. quāto 3. de iudicijs, c. quia clerici, c. de iure 16. de iure patronatus*: ergo similiter in beneficijs Ecclesiasticis, quæ annexa spiritualibus sunt, *c. quæsitū* vers. *vel annexa spiritualibus de rerū permutatione* successio admitti debet, verum huic dubio omissa interpretatione, quam refert *Abb. in præsenti n. 4.* verius dicendū est, priuilegiū à Pontifice laicis esse cōcessū, vt inuitarentur ad construēdas, & fundandas Ecclesias: quod cū singulare sit contra generalē regulā nostri textus, non debet trahi ad cōsequentia *l. quod non ratione, ff. de legibus*: nā licet ius patronatus, & beneficiū vtrūque sit annexum spiritualibus, non tamen eodē modo, neque eodē respectu: nā patronatus ius spiritualibus accedit antecedēter: quia præsētatio antecedit collationi, & institutioni ac est quasi præambulū, & præparatio materiæ circa quā prælatus beneficiū cōfert, si dignus nominatus reperiatur: at vero beneficiū annectitur spiritualibus cōsequēter: siquidē consistit in iure percipiendi redditus Ecclesiasticos ex bonis Deo dicatis: & sic quatenus beneficiū est, cēsetur spirituale *c. siquis obiecerit, c. res Ecclesiæ 1. quæst. 3. c. dilecto 25. hoc tit.* ex iure autem patronatus nō datur successio in beneficiū: sed tantū ius ad institutionē petēdā, si dignus reperiatur. *Cap. nos. 4. dist. c. Moises 8. q. 1. c. quod autē de iure patronatus.* Vnde cum in causa iurispatronatus accessio spiritualibus non ita propinqua sit, ac in beneficijs ipsis, receptū fuit laicum sibi, & suis, iura patronatus habere licere, non tamen suis, vel sibi Ecclesiastica beneficia posse retinere.

18 Decimosexto, solutioni obstat textus *in c. consuluit 15. de iurepatronatus*, vbi Pōtifices eadē ratione, qua olim moti fuerūt ad remouēdā successionē in beneficijs, scilicet ne sanctuariū Dei iure hæreditario pē deat, *c. plerique 8. c. ad de decorē de institutionibus, c. ad hæc de decimis* eadē mouentur ad remouendā successionē in iurepatronatus: vt aperte ostēdunt textus verba in dicto *c. consuluit*, ibi, *cum sanctuariū Dei iure hæreditario teneri non possit*. Quæ verba demonstrare videntur nullū inter successionem beneficij, & iurispatronatus posse discrimē constitui. Quā difficultatem dilues, si dixeris verba illa neutiquā differentiam supra adductā euertere: nam illius textus mens lōge distat à supradictis: siquidem non loquitur in successione iurispatronatus: sed tantum de quibusdam laicis, qui ex fundatione Ecclesiarum tanta potestatē, & authoritatem sibi abrogabant, vt crediderint non solū præsentationes sibi cōpetere, sed earum Ecclesiarum adeo dominos esse, vt pro arbitrio beneficia possent conferre: & quemadmodum cætera bona, ita & beneficia Ecclesiastica iure cōsanguinitatis transferre: quos aceruissime reprehendit Alexander 3. asserens sanctuarium Dei ideō Ecclesias, & beneficia iure hæreditario teneri non posse: ideo neque filijs relinqui, neque ab eisdem occupari, ac cætera temporalia bona: sed vt patronis tantum ius præsentādi, Episcopis vero ius conferendi competat: iuxta textum in *cap. præterea, cap. cum laici, cap. relatum 21.* & *final de iurepatronatus*, dicto *cap. ex frequentibus de institutionibus*, & de interpretatione ad textum in *cap. quia clerici 6. de iure patronatus* videndus est *Rochus de Curte de iurepatronatus* verbo *honorificum, quæst. 4. versic. limita tamen Butrius Beroius Abb. & Cardinalis ibidem.*

Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad textum in cap. non liceat 2. cap. Epiſcopus 4. cap. cum ſecundum Apoſtolum 16. cap. tuis quæſtionibus 23. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui aliquem ſine titulo ordinauerit, tenetur ei neceſſaria præſtare, donec competens habeat beneficium, niſi ad alterius præſentationem id fecerit.*
2 *altari, qui ſeruit de altari viuere debet.*
Onus qui ſentit, debet etiam commodum ſentire.
3 *Interpretatur textus in cap. non liceat 2. de præbendis, & dignitatibus & impugnatur eius ſolutio.*
4 *Interpretatur textus in cap. neminẽ 72. 70. diſtinct. cap. Epiſcopus 4. cap. tuis quæſtionibus 23. de præbendis, & dignitatibus.*
5 *Exponitur textus in cap. cum ſecũdum Apoſtolum de præuend. & dignitatibus.*
6 *Dignus eſt mercenarius mercede ſua.*
7 *Clerici pauperes ex artificio, & induſtria victum, & veſtitum querere poſſunt, & obiter exponitur textus in cap. clericus 1. & 2. 91. diſt.*
8 *Refertur deciſio textus in cap. neminẽ 70. diſtinct. cap. per tuas 37. cap. ſiquis ordinauerit 45. de ſimonia, cap. Epiſcopus 4. de præbend. & dignit.*
9 *Succeſſor ex delicto prædeceſoris non tenetur.*
10 *Regulares clerici ſine vllo beneficij titulo ordinari poſſunt, nec illis Epiſcopus conſulere tenetur.*
11 *Declaratur textus in cap. ſi Epiſcopus de præbendis lib. 6.*

1 CONCLVSIO: Epiſcopus, qui aliquem ſine titulo ordinauerit, tenetur ei neceſſaria præſtare, donec competens habeat beneficium, niſi ad alterius præſentationem id fecerit: conſonat textus in *cap. 1. cap. neminem, cap. ſanctorum 70. diſtinct. cap. cum ſecundum Apoſtolum hoc titulo, cap. tuis quæſtionibus, cap. poſtulaſti de iure patronatus, cap. ſiquis ordinauerit 45. diſtinct. cap. ſi Epiſcopus 37. hoc titulo lib. 6. cap. illi autem 12. quæſt. 1. cap. finali 16. quæſt. 1. cap. 1. de inſtitutionibus, l. non plures. 4 Codice de ſacroſanctis Eccleſijs. Authentica, vt determinatus ſit numerus Clericorum, §. illud collatione 1. Nouella 3. Iuſtiniani. Cap. poſtulaſti de reſcriptis, cap. pro poſuit de filijs presbyterorum, cap. Ioãnes de clericis coniugatis, cap. ad ſupplicationem de renunciatione. Concilium Trid. ſeſſione 23. de reformatione c. 16. & ſeſſione 21. de refor. c. 2.* exornant *Rebuffus in praxi titulo de reſcripto in forma cõmuni n. 1. Nauarrus in manuali, c. 27. n. 156. Gutierrez in practica lib. 1. quæſt. 65. ex num. 10. Surdus de alimentis titulo 7. quæſt. 37. Emanue. Rodriguez in Summa titulo 2. cap. 15. num. 16. Garcia de beneficijs parte 2. cap. 5. Suarez tomo 5. de cenſuris diſput. 31. ſect. 1. numero 3. Salcedus ad Bernardum in practica cap. 18. Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea 3. Cuiacius in poſthumis ad noſtrum textum, Barboſa de poteſtate Epiſcopi parte 2. allegatione 19. & in collectaneis in dictis iuribus.*

2 Ratio eſt: quia is, qui altari ſeruit de altari viuere debet: cap. cũ ſecundum Apoſtolum hoc titulo, & qui ſentit onus, ſentiat etiam commodum: *l. ſecundum naturam 228. ff. de regulis iuris*: quibus accedit alia præcipua ratio, ne mendicare cogãtur, *cap. diaconi 9. nunc autem 93. diſtinct.* ne compellatur clericus in opprobrium Eccleſiaſticæ dignitatis mendicare. Notat gloſſa verbo *ſucceſsiones*, in dicto *cap. cum ſecundum Apoſtolum* gloſſa final *in fine in capit. Paſtoralis, 9. Verum de appellationibus*, quam etiam probat *Concilium Tridentinum ſeſſione 21. de reformatione capit. 2.*

3 Primo, impugnatur noſtri textus integra dum aſſerit eius ſententiam fuiſſe deductam ex corpore canonum: i quidem, neque inter Senatores, neq; inter Pontificũ canones reperitur noſtri textus originale: cui dubio reſpondendũ eſt, quod licet controuerſum ſit, à quo Cæſare editum illud prouenerit, an Honorio, & Theodoſio in *l. non plures 4. Codice de ſacroſanct. Eccleſijs*, an vero Iuſtiniano *in authentica, vt determinatus ſit numerus clericorum, §. illud collatione 1. vt. nouella 3* obtinuit tamen Iuſtiniano deberi; & ex illo authentico originem habuiſſe: non vero ex nouella, in qua non generaliter ſtatuit Iuſtinianus, ſed particulariter loquitur de clericis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: notat *Ant. Auguſt. in 1 collect. one decretalium in lectura huius capitis ſecundi, Cuiacius in dicta nouella 3. Iuſtiniani*, quæ quidem conſtitutio poſtea priuatim ab Eccleſia cõprobata fuit, & admiſſa in Concilio Nicæno, & Placentino in *cap. nemineni, cap. Sanctorum 70. diſtinct.* & ab Alexandro 3. in *capit. Epiſcopus 4. hoc titulo*, & ab Innocencio 3. in *cap. cum ſecundum Apoſtolum, hoc titulo*, & in *cap. tuis quæſtionibus de iure patronatus*; & à Gregorio 9. in *cap. ſiquis ordinauerit 45. de ſimonia*; & à Bonifacio 8. in *capit. ſi Epiſcopus 37. hoc titulo lib. 6.* & in *Concilio Tridentino ſeſſione 21. cap. 2.* neque immerito dicitur in integra noſtri textus eius ſententiam fuiſſe deductam ex corpore canonum, cum *nouella 3. Iuſtiniani* inſerta ſit in corpore canonum condito authoritate Adriani Papæ dedicato Carolo Magno, quod in Magũtini formulis expreſsũ eſt, & libri illi ſignificat illa noſtri textus inſcriptio, vt Notat *Cuiacius in recitationibus ad noſtrum textum.*

4 Secundo ſus textum noſtrum obſtabit t *cap. in neminem 2. 70. diſt. capit. Epiſcopus 4. cap. tuis quæſtionibus 23. infra hoc titulo* ex quibus iuribus conſtat ſufficere patrimonium congruũ, vt quis ad maiores ordines admittatur: igitur in præſenti non eſt neceſſarius beneficij titulus: pro cuius dubij reſolutione ad notandum eſt primo in Concilio Placentino habito ſub Vrbano 2. cõſtitutum fuiſſe neminem ſine titulo Eccleſiaſtico ordinandum fore: cuius mentio fit in *cap. Sanctorũ 70. d. ſt.* & tamen in Concilio Calcedonenſi *canone 6.* fuit abrogata prædicta conſtitutio, & permiſſũ vt ad patrimonium titulum ordinari quis poſsit: cuius mentio fit in *cap. neminem 70. diſtinct.* quæ quidem conſtitutio recta videtur: tum quia in habentibus patrimonium eſt conſiderabilis titulus patrimonij ad ordines recipiendos, tum etiã, quia in illis ceſſat ratio in digetię, & mẽdicitatis, quã ſupra cõſideraſſimus. Notat gloſſa final in *c. Epiſcopus hoc titulo Turrecremata* in dicto *c. neminem*, & conſtat ex *Concilio Tridentino ſeſſione 21. cap. 2.* & in *cap. Epiſcopus 4. hoc titulo.*

5 Tertio, ſolutioni valde obſtat text. in dicto *cap. cum ſecundũ Apoſtolum hoc titulo*: dum ex eo apparet ex Apoſtolis receptum fuiſſe, vt nullus ſine titulo Eccleſiaſtico ordinetur, vnde videtur contrarium ſtatui non poſſe, vt loco tituli ſubrogaretur patrimonium, iuxta textum in *cap. ſunt quidam dicentes 25. q. 1.* vbi cõſtat, quod quę admodũ Pontifices nõ poſſunt mutare ea, quæ à Domino iure conſtituta ſunt, ita neque, quæ ab Apoſtolis præde-

Universidad de Deusto Biblioteca

cesserunt: cui difficultati facile respondebit, qui considerat Apostolũ aliquando referre ea, quæ sunt legis naturalis *ad R* 9. 12. aliquando ea, quæ [illegible] pernaturalis ad *Gallatas*, [illegible] ando vero ea, quæ sunt le [illegible] *primo ad Timotheum, cap.* 3. vnde cum præceptum Apostoli in dicto *cap. cum secundum Apostolum* contra ordinatos sine titulo contineat legem positiuã, merito potuit à Pontifice tolli, vt loco tituli subrogetur patrimoniũ.

6 Quarto, solutioni obstabit dicere illud Apostoli præceptum esse fundatum lege diuina, & naturali: vt constat ex illis verbis: *qui altari seruit de altari viuere debet : & qui ad onus eligitur repelli non debet à mercede*, cuius præcepti auctoritas diuina, & naturali ratione fundata est: diuina *Lucæ 10.* ibi, *dignus est mercenarius mercede sua*; naturali: quia secundum naturam est commoda cuiusq; rei eum sequi, quem sequuntur incommoda: dicta *l. nam hoc natura* cũ vulgatis in decidendi ratione adductis: sed respondendum est Apostolum in dicto *cap. cum secundum Apostolum hoc titulo* nullatenus dixisse neminem ordinandum esse sine titulo ex aliqua lege diuina, sed tantum dixisse altari seruientem de altari viuere debere, & ad onus electum nõ esse repellendum à mercede, vnde Pontifices colligunt neminem sine titulo ordinandum; aliàs ordinatum sustentari deberi ab ordinatore, vt constat ex dicto *cap. cum secundum Apostolum* : vnde cum hoc sit legis positiuæ præceptum, merito potuit à Pontifice tolli, & loco tituli patrimonium subrogari: dicto *cap. Episcopus* dicto *cap. tuis quæstionibus* dicto *Concilio Trid. sessione 21. cap. 2.*

7 Quinto, obstat textus in *cap. clericus 1. & 2. 91. dist.* vbi apparet clericos pauperes ex artificio, & industria victum, & vestitum sibi necessarium quærere posse: igitur non poterunt ab Episcopo necessaria postulare. Argumento textus in *l. siquis à liberis, ff. de liberis agnoscendis*: vbi pater non tenetur filio alimenta præstare, qui ex officio, vel artificio cõsulere sibi potest: verum huic difficultati respondendum est textum in dicto *cap. 1. & 2. 91. dist.* procedere in illo primæuo tempore in quo clerici nihil proprium retinebant, & mendicare cogebantur, quod cũ in dedecorem sacerdotalis ordinis esset, ne mendicare cogerentur, ex post facto in Concilio *Calcedonensi* relato in *cap. neminem 70. distinct.* fuit statutum: vt nullus clericus sine titulo ordinetur, quod si adhuc hodie clericus cum beneficio, pensione, vel patrimonio ordinarius mendicare contigerit, poterit ex aliquo officio, vel beneficio honesto sibi victum quærere. Notat glossa verbo *agricultura* in dicto *capit. clericus Præpositus*, & *Dominicus in dicto cap. clericus, Soto lib. 7. de iustitia, & iure quæst. 3. art. 2. columna penult. Tiraquellus de nobilitate quæst. 32.*

8 Sexto, obstabit textus in *cap. neminem 70. dist. cap. per tuas 37. cap. siquis ordinauerit 45. de simonia*: vbi cõstat, quod si clericus sine titulo fuerit ordinatus, ordinatio illa nulla erit: igitur nullo modo verificari poterit Episcopum taliter ordinato alimenta præstare teneri: pro cuius dubij solutione constituo in Concilio Calcedonensi impositam fuisse suspensionis pœnam illis, qui sine titulo ordinati sunt: vt constat ex dicto *cap. neminem 70. distinct.* quod etiã in *Concilio Placentino* fuit confirmatũ in *cap. sanctorum, eadem distinct.* huiusmodi tamen suspensionis pœnam ab Alexandro 3. mutatam fuisse docet *textus noster*, & *in cap. 4. hoc titulo*, vbi constituit loco illius pœnæ successisse

cessisse, vt Episcopi teneantur illis necessaria præstare: verum ex hoc difficilis redditur textus in dicto *cap. Episcopus 4. hoc titulo*, si quidem in dicto *cap. cum secundum Apostolũ*, expresse habemus prædictam pœnę mutationem deberi Innocentio 3. illius textus auctori, vt constat in versic. *licet, autem* iuncto versic. *nos autem*: sed facile ad concordiam reducet prædicta iura, qui considerauerit, distinguenda fore quatuor tẽpora: primum fuit Concilij Calcedonensis, & Placentini, quo clericus sine titulo ordinatus, suspẽsus remanebat: vt in dicto *cap. neminem* dicto *cap. sanctorum* modo Episcopus, vel ordinatus in culpa, vel negligentia fuisset. Secundum tempus fuit Alexandri 3. in nostro *cap. Episcopus 4. hoc titulo* vbi declarauit Episcopũ qui culpa sua aliquem ordinauerit sine titulo teneri ei alimenta præstare donec in aliqua Ecclesia conuenientia stipendia consequatur, vnde visus fuit Alexander 3. statim tollere suspensionem: siquidem suspensis non possunt beneficia conferri: *cap. cum bene de ætate, & qualitate cap. postulasti de clerico excommunicato.* Tertium tempus fuit Innocentij 3. in dicto *cap. cum secundum Apostolum* vbi non solũ fuit reuocata suspensionis pœna, & prouisum, vt Episcopus alimenta præstaret, sed etiam insuper alia addita fuerunt, scilicet vt à successore peti possint alimenta, vel ab eo qui ordinatum præsentauit. Quartum, & vltimum tẽpus fuit *Concilij Trident. sessione 21. de reformatione, c. 2.* in finalibus verbis. Vbi innouantur pœnæ antiquorum canonum contra ordinatos sine titulo, quæ erat pœna suspensionis, de qua in dicto *cap. neminem*, & in dicto *cap. sanctorum* videat omnino plura, & plures, qui velit apud *Acuñam ad primam decreti partem* in dicto *cap. neminem 70. distinct. Cuiacium in recitationibus ad textum* in dicto *cap. Episcopus 4. hoc titulo, Barbosã in collectaneis ad textum* in dicto *cap. cum secundũ Apostolum num. 7.*

9 Septimo, prædictis obstabit textus in *cap. quorundam 23. distinct. regula non debet 22. de regulis iuris lib. 6. l. non debet 74. ff. eodem*: in quibus iuribus cauetur, quod successor ex delicto prædecessoris non tenetur. Igitur si Episcopus aliquem ordinauerit sine titulo, ipse solus tenebitur alimenta præstare: non vero eius successor: qua in difficultate omissa interpretatione, quam refert glossa verbo *successores*, in dicto *cap. cum secundum Apostolum* : verissime est dicendum clericos ordinari ad necessitatem, & augmentum sacri cultus, si tamen sine beneficio, & congrua sustentatione ordinentur, Episcopis incumbit sustentationis onus: vt cõstat ex iuribus supra traditis, ipso autem n [illegible] o debeat, nec ne successor cõnu [illegible] ri, controuerti poterat: cum ex delicto vnius, alijs præ grauari non debeat, vt constat ex iuribus in argumento adductis, teneri tamen successorem constat ex dicto *cap. cum secundum Apostolum* & *cap. accepimus de ætate, & qualitate*: nituntur que eleganti ratione, qua soluitur dubium supra adductum: quia scilicet obligatio in Ecclesiæ vtilitatem contracta est: ac propterea durat in ipsa Ecclesia, quod onus transit in successorem ratione administrationis: cum successor administrator *sit cap. possessiones, cap. final 16. quæst. 1. cap. regenda 10. quæst. 1. cap. conquerente de officio ordinary* limitatur tamen hæc sententia casu, in quo Episcopus, qui pauperem clericum ordinauit, hæredẽ scripsit, seu reliquit: nam tunc eius hæres, non Ecclesia, vel successor Episcopus tenebitur alimenta præstare. Argumento

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento textus in *cap. final de sepulturis*, quod verum est, licet contrariũ existimet *Abb.* in dicto *cap. cum secundum Apostolum, num.* 11. tenet *August. Barbosa in collectaneis ad textum* in dicto *cap. Episcopus* 4. *hoc titulo numero* 3.

10 Octauo, prædictis obstabit dicere, quod regulares sine vllo beneficij titulo ordinari possunt: neque illis consulere Episcopus teneretur, dicto *cap. neminem* 70. *distinct.* igitur ad ordines suscipiendos non est vsque adeo necessarius titulus, quod dubium dilues, si dixeris in religiosis reperiri titulum ad ordines Ecclesiasticos suscipiendos, siquidẽ monachatus loco tituli haberetur: vt docent *Hostiensis*, & *Panormit.* in *cap. super ordinata num.* 10. *hoc titulo*, *Rebuffus in praxi titulo regularia beneficia num.* 6. cum huiusmodi onus pertineat ad monasterium, vt docẽt prg citati authores: & probatur in dicto *cap. neminem* 70. *distinct.* ibi *aut in monasterio*, & in dicto *Concilio Tridentino sessione* 21. *cap.* 2. illis in verbis *secularis clericus*, quasi diceret aliud esse obseruandum in religiosis, secus dicendum in regularibus non professis: vt refert *Barbosa in remissionibus ad Concilĩ Trid. in dicta sessione* 21. *c.* 2. *vers. nequis de inceps clericus secularis. Emanuel Rodriguez in quæstionibus regularibus, tomo* 3. *quæst.* 23. *art.* 3.

11 Nono, obstat textus in *cap. si Episcopus de præbendis lib.* 6. vbi Episcopus, qui clericum sine titulo ad ordines suscepit, non tenetur ei prouidere, verum respondendum est, textum illũ procedere, quando ordinatio illa fuit commissa ab alio Episcopo: nam tunc is, qui commisit, tenetur prouidere, non vero is, qui ordinauit, cũ in culpa esset ex eo, quod de titulo antea nõ quæreret. Notat *Barbos. in collectaneis ad eundem textum.*

Ad textum in cap. ratio nulla 3. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiarum non debet quisque tanquam propria vindicare.*
2 *Bona Ecclesiæ sunt oblata, vt pro ipsis offerentibus oretur, & pauperes alantur.*
Datum pro communi vtilitate, proprijs cuiusque vsibus applicari non debet.
3 *Expenditur textus in cap. peruenit* 2. *de fide instrumentorum.*
4 *Expenditur textus in cap. relatum* 12. *de testament.*
5 *Declaratur textus in cap. nisi essent* 21. *de præbend. & dignit.*
6 *Perpenditur textus in l. Labeo C. communia rerum alienatione, l. serui electione, §.* 1. *ff. delegatis* 1.
7 *Proponitur quo modo procedat textus in l. Ciuitates* 8. *ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.*
Bona ciuitatis publica sunt, & extra commercium nostrum habentur, ita vt vendi, & alienari non possint.
8 *Interpretatur textus in l. in re publica, ff. de verb. significatione.*

1 CONCLVSIO. Bona Ecclesiarum non debet quisquam tanquam propria vindicare. Consonat textus in *cap. ratio nulla* 17. *quæst.* 4. *cap. clericus* 1. *quæst.* 2. *cap. quæ ad perpetuam* 25. *quæst.* 1. *cap. scias* 7. *quæst.* 1. *cap.* 1. & 2. 54. *distinct. cap.* 1. *de emptione, & venditione, cap.* 2. 84. *distinct. cap. in re communi de re iudicata lib* 6. *cap. final* 16. *quæst.* 1. *clementina, quia cũ tingit de religiosis domibus, cap. qui maaumittitur, §. final* 22. *q.* 1. cõprobari etiam potest ex textu in *l. in tantum, ff. de rerum diuisione l.* 2. & *l. falsos, Codice communia rerum alienatione l.* 1. *l. Imperatores, §. item adseripsarunt, & §. final ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium l. si legatũ §. final. ff. de administratione rerum*

rerum ad Ciuitatem pertinentium l. si legatum §. final ff. de operis publicis l. mancipia, 1. penultima, & vltima, Codice de seruis fugitiuis 1. sed Celsus 6. *ff. de contrah. vnde emptione l. vsucapionem, ff. de vsucapionibus authentica res Codice communia delegatis, l.* 3. *titulo* 16. *partit.* 1. *l.* 2. *titulo* 28. *partita* 3. Exornant *Bellet. disquisiti, clericali. parte* 1. *titulo de exẽptionibus clericorum, & eorum rem bonorum §.* 1. *num.* 14. *Nicolaus Garcia de Beneficijs parte* 2. *c.* 1. *Emanuel Rodriguez quæstionum regularium tomo* 3. *quæst.* 74. *art.* 4. *Couar. in cap. cũ in officijs de testamentis Ioaces de matrimonio Regis Angliæ, folio* 21. *columna* 2. *nu.* 1. *Azebedo in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopilationes à num.* 2. cum traditis à *Cenedo in collectaneis ad decretales collectane.* 12. *n.* 5. *Barbosa in collectaneis ad nostrum textum nu. final Donellus lib.* 4. *commentariorum, cap.* 1. & 4. vbi plures refert *Ligerus.*

2 Ratio est: quia bona sunt Ecclesiæ oblata, vt pro ipsis offerentibus oretur, & inde pauperes alantur; & nulla ratio permittit, vt quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur, proprijs cuiusquam vsibus applicetur; siquidem summa est ratio, quæ pro religione facit, *l. sanctorum* 43. *in fine, ff. de religiosis, & sumptibus funerum* merito ea administrantes proprijs vsibus, vel extraneis vltra illas necessitates, quibus designatæ sunt, poterunt distribuere: cum iuxta officia eis commissa debeant ad publica commoda attendere exclusis particularibus. *Authentica res quæ Codice cõmunia de legatis*, cum maior ratio excludat minorem, *l. si debitori infine, ff. de fideiussoribus, l. cui pacto, ff. de seruis exportandis, cap. bonæ* 1. *de postulatione prælatorum. capite licet de regularibus*: siquidem in re communi potior est conditio prohibentis, *capit. final* 16. *quæstione* 1. *cauit. quæ ad perpet.* 25. *quæstione* 1. *Concilium Tridẽtinum sessione* 22. *de reformatione cap.* 11.

3 Primo, obstat textus *in capit. peruenit* 2. *de fide instrumentorum*, vbi præbendæ fructus, qui in communem pauperum sustentationem conuertendi sunt, priuatis vsibus applicantur, scilicet ad dimittendos beneficiarij creditores: ergo quod commune est priuatis vsibus applicatur: in cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus tradditis à *Columela de redditibus, cap.* 24. & relata à *glossa in cap. de multa hoc titulo*, verific. *prouentibus* in principio verius dicendum est, distinctione adhibita, scilicet, an debitum contractũ sit ad clerici necessaria alimenta, & eo in casu ex beneficij fructibus creditoribus satisfieri debet, & in alimentorum loco est debitum subrogatum, & ita interpretandus videtur *textus in dicto capit. peruenit* 2. *de fide instrumentorum*; sin autem propter alias causas, vel propter delictum debitum sit, tunc creditores ex fructibus beneficij dimittendi non sunt. Obtinuit tamen beneficiorum fructus sequestrari posse, *capit.* 2. *de sequestratione possessionis Clementina vnica* eodem *titulo* obtinuit etiã, vt creditoribus applicentur, dicto *cap. peruenit*, *capit.* 1. *de depositio*, itaque beneficiorum fructus hac in parte, nõ tanquam communes, sed tanquam proprij reputantur, cum prius beneficiario debeantur. *Capit. de his de Ecclesijs ædificandis, capit. Pastoralis de his, quæ fiunt à prælatis sine. Barbosa in collectaneis ad hunc textum numero* 3. quam solutionem tetigit *Abbas* in dicto *capite de multa hoc titulo num.* 17.

4 Secundo, obstat textus *in cap. relatum* 12. *de testamentis.* Vbi apparet quenquam ex vi consuetudinis posse tuitu Ecclesiæ quæsita, quæ bona ad Ecclesiã pertinẽt, & cõmu-

nia sunt *cap. quia nos, cap. cum in officijs de testamentis*, applicare religiosis, famulis, & consanguineis. Verũ respondeadum est, conferuandam illam relinquendi, & applicandi bona natura Ecclesiæ quæ data famulis, & religiosis piam, & iustam esse: data tamen ad nostra non sunt excessiua, sed modica: vel iusti meritum remunerationi æquiualeat: non enim satisfactio illa in remunerationem seruitij, & gratitudinis facta sit, iusta de causa illa donatio, & consuetudo admittitur, vt de rebus illis raitu Ecclesiæ quæsitis, quę communia sunt, possit quis inter religiosos, famulos, & consanguineos aliquid distribuere. Notat *Açor institutionum moralium parte 2. lib. 8. cap. 4. versic. & hæc omnia, Balassus de partitionibus, capit. 35. num. 7. Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. relatum 12. numero 5. & 7.*

5 Tertio, obstat textus in *cap.* ni si essent 21. *hoc titulo de præbendis*, vbi bona Ecclesiastica inter duos etiam priuatos diuiduntur, & vnicuique certa pars applicatur. Verum respondendum est, decisionem textus in dicto *cap. nisi essent* continere casum specialem inter duos de prioratu contendentes: alteri nanque datur prioratus: alteri vero certa fructuum pars adiudicatur: quod pro bono pacis à Pontifice fuit tolleratum, & quando prædium præbendæ annectitur, vel inter partes diuiditur, vt *in cap. ex literis de probationibus*, non applicatur priuatis vsibus, sed religiosis, & publicis diuino cultui dicatis: atque ideo, cum ad pristinum, & primum statum reducantur, diuisio, & adiudicatio illa recte permittitur notat *glossa*, ibidem iuncto verbo *applicentur Abb. num. 3.*

6 Quarto, obstat textus *in l. Labeo Codice communia rerum alienatione l. serui electione, §. 1. ff. delegatis 1.* vbi res communis tãquam propria alienari, & in proprios vsus cõuerti poterit. Quod dubium dilues distinctione adhibita: nam aut bona sunt communia vniuersis, aut singulis: primo casu dominium in illis non adquiritur, *cap. qui ma humiliter 22. quæst. 2. l. in tantum, ff. de rerum diuisione*. Secundo vero, quando sunt cõmunia vt singulis, quilibet pro sua parte potest de ea ad libitum disponere; & ita est interpretandus textus *in d. l. Labeo* cum similibus supra adductis, secus quoad dispositione integræ rei: vt docet *Abbas in præsentia num. 2.*

7 Quinto, obstat textus *in l. Ciuitates 8. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine*, vbi apparet, quod in bonis publicis Ciuitatis missio in possessionem fieri potest: & huiusmodi res vendi poterunt, & in priuatum creditorem transferri: negetur difficultas ex eo, quod bona Ciuitatis publica sunt, & extra commercium nostrum habentur: ita vt vendi, & alienari non possint. *Iason Celsus, ff. de contrahenda emptione §. Vniuersitatis instituta de rerum diuisione l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico, l. inter publica 17. ff. de Verborum significatione* verum huic difficultati respondendum est, res fiscalis, vel Ciuitatis, quæ in patrimonio Principis, vel Ciuitatis sunt, non proprie esse publicas, sed publicæ appellatur in dicta *l. inter publica 17.* quia à persona publicæ capere dentur (hoc est) à Principe, populo, vel Ciuitate: at vero bona illa, quæ non sunt in patrimonio Principis, vel Ciuitatis proprie publica appellantur: veluti viæ, itinera, areæ, insulæ, theatra, & similia, vt in *§. Vniuersitatis instituta de rerum diuisione l. 2. §. 1. & §. ait prætor, ff. ne quid in loco publico*. Notat *Dinellus lib. 4. commentariorum, cap. 2. & 4. Ilugerus ad eundem in dicto cap. 2. littera A. Baldeus*

teius in methodo lib. 1. cap. 66.

8 Sexto, solutioni valde obstat Vlpiani responsum *in l. inter publica 17. ff. de Verborum significatione* vers. *inter publica habemus non quæ publicis vsibus sunt destinata*, ex quibus verbis manifeste cõstat res, seu bona publicis vsibus destinata veluti theatrum, & similia non esse publica: in qua iuris cõtrarietate omissa interpretatione, quam refert *Baldeus* vbi supra *cap. 66.* verius est dicendum res publicis Ciuitatis vsibus destinatas non esse publicas, sed cum illa adiectione, quod non sint publicæ patrimoniales, vt peculia, prata, & similia, de quibus in calce eiusdem legis mentio habetur: at vero publica tantũ publicis Ciuitatis vsibus destinentur: quam distinctionem Iuris Consultus in dicta *l. 17.* expresse agnouit, & diserte obseruauit ex Celso Pomponio *in dicta l.* sed *Celsus ff. de contrahenda emptione* in illis verbis *publica, quæ non in pecunia populi habentur: vt Campus Martius*: alia plura iura contraria refert *Ilugerus ad Dinelum dicto lib. 4. cap. 2. & 4. littera A.*

Ad textum in cap. Episcopus 4. huius tituli.

Commentaria huius textus sunt petenda ex his, quę supra retulimus in cap. 1. huius tituli.

Ad textum in cap. quia in tantum 5. huius tituli.

Late de materia huius textus agemus in *capite multa 28.* huius tituli.

Ad textum in cap. cum teneamur 6. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis mandato quis non tenetur prouidere beneficium ei, qui tacuit in rescripto antea obtentum.*
2 *Rescripta, & mandata Pontificis ex eius voluntate, & intentione dependent.*
3 *Interpretatur textus in cap. si proponente 41. de rescriptis.*
4 *Exponitur textus in cap. ad aures 8. de rescriptis.*
Appellatione beneficij maiores etiam dignitates comprehenduntur.
5 *Perpenditur textus in cap. gratia de rescriptis lib. 6.*
6 *Rescriptum tacita impetrantis dignitate subreptitium est.*
Rescripta gratiæ, vel iustitiæ inter se differunt.
Declaratur textus in cap. ad aures 8. de rescriptis.
7 *Manditis Pontificis non obtemperare nefas est.*
8 *Proponitur ratio textus in cap. Pastoralis 18. §. quia vero de officio delegati, & conciliatur cum cap. inter cætera 9. de re iudicata, cap. si quando 8. de officio delegati.*
9 *Mandatis Apostolicis non obedire sacrilegium, & iniquum est.*
Peccatum committi non potest propter vitandum scandalum.

1 CONCLVSIO: ex mandato Pontificis quis non tenetur prouidere beneficium ei, qui tacuit in rescripto primum antea obtentum, vel cui sine scandalo prouideri non potest, cõsonat textus *in cap. ad aures 6. vers. litteras cap. mandatum: cap. si quando cap. super litteris 21. de rescriptis cap. ad audientiam 31. cap. in nostra 32. eodem titulo cap. non potest 21. cap. si motu proprio de præbendis lib. 6, Clementina si Romanus 4. eodem titulo.*

Cle-

Clementina final de officio ordinarij: exornant *Thomas Sanchez lib. 8. de matrimonio disput. 21. Gutierrez lib. 2. canonicarum quæstionum cap. 15. num. 18. Flaminius lib. 10. de resignatione beneficiorum, quæst. 2. num. 69. Petrus Gregorius ad titulum de rescriptis* in dictis iuribus. *Acebedo in l. 14. numero 29. titu. 3. lib. 1. Recopilationis Farinacius in praxi criminali parte 3. quæst. 97. num. 36. vsque ad 25. Açor institutionum moralium parte 2. lib. 6. cap. 19. quæst. 3.* cum traditis à *Sahagun in commentarijs ad titulum de rescriptis* in iuribus supra adductis. *Barbosa in collectaneis* in dictis iuribus, & ad nostrum textum, *Mandofius designatura gratiæ §. prouisiones. Folio 7. Tiberius Decianus, consilio 36. volumine 3.*

2 Ratio est: quia, cum rescripta, & mandata Pontificis ex eius voluntate, & intentione dependeant, & cum eius intentio non sit habenti sufficiens beneficium eius redditibus abundanti, aliud concedere, in pauperum, & clericorum pernicie, merito mandata hæc absque Pontificis intentione concessa præsumuntur, & sic viribus carent firmitatis quia si exprimeretur primum beneficium, Pontifex negaret secundum, vel difficilius cõcederet dicto *cap. super litteris de rescriptis* ne minores clerici à potentioribus opprimerentur. Cum vni diuites, & alij pauperes fierent. Argumento *legis primæ, ff. de alienatione iudicij, lege 1. Codice: ne liceat potentioribus*, quã rationem refert textus in dicto *cap. ad aures* dicto *cap. adeo de rescriptis.* Alterius nostri textus partis ratio est: quia ad euitandum scandalum à iure communi, ipsiusque regulis sæpe recedi tur. *Cap illa 12. distinct. cap. presbyteros 95. distinct. cap. inter verba 53. 11. quæst. 3. cap. nisi cum pridem de renunciatione cap. 2. verſic. super eo de noui operis nunciatione l. æquissimum 16. in principio, ff. de vsufructu*: merito si in mandato Apostolico iudex scandalum considerabile viderit imminere, poterit impune non obtemperare: vt docet noster textus ad hoc çelebris iuncta eius *glossa penultima Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas, & Imola* in præsenti.

3 Primo, obstat textus *in cap. si proponente 42. de rescriptis.* Vbi decisum est in impetratione secundi beneficij faciendam esse mentionem primi, quantumuis modici, & exigui, quod omnino est contra ea, quę in nostro cap. proponũtur, cum tantum desideretur, vt mentio primi beneficij fiat, si ex eo impetrans cõmode sustentari possit: non autem si exiguũ vel modicũ sit: in cuius textus difficultate omissa glosiæ sententia in dicto *cap. cum adeo 8. de rescriptis*, verbo *de præbenda* dum, asserit generaliter qualecumque sit beneficium exprimendum fore in impetratione secundi: qua conuincitur ex textu in dicto *cap. postulasti de rescriptis*, & ex textu nostro, in quibus cauetur omissionẽ prioris beneficij sufficientis tantum viciare impetrationem alterius: quare verius respondendum est inspecto decretalium iure non fuisse opus modicum beneficium in alterius impetratione exprimere: sed sufficientis tantum beneficij expræssionẽ desiderari: vt ex nostro textu, & ex dicto *cap. postulasti* colligitur: iure vero sexti nouiori modicum exprimere necessarium est: vt constat ex textu in dicto *cap. non patest 21. cap. si motu proprio de præbendis lib. 6.* aliàs impetratio literarum non valebit: nisi motu proprio concessę fuissent, in quo omne auferetur subreptionis vitium dicto *capit. si motu proprio*, dicta *Clementina, si Romanus*. Neque contrarium probat textus in dicto *cap. si proponente 42. de rescriptis*: quia loquitur de eo, qui expressit se nullum beneficium habere, cum modicum habuisset: quæ falsitatis expressio nullam reddit gratiam, veluti fraudulenter obtentam: vt constat ex illius textus serie, *cap. super literis 20. de rescriptis*; quam interpretationem tenet *Flaminius dicto lib. 10. de resignatione beneficiorum, quæst. 2. numero 69. Barbosa in collectaneis ad eundem textum à numero 2.*

4 Secundo, obstat textus in *c. ad aures 8. de rescriptis*, vbi Decani, & Archidiaconi beneficiarios se esse dicebant in impetratione maioris beneficij, vt ex litera textus constat, & nihilominus rescriptum non tenet. Augetur difficultas ex eo, quod appellatione beneficij maiores etiã dignitates compræhenduntur, *capit. vnico, vt Ecclesiastica beneficia, cap. maioribus de præbendis, capit. 2. de concessione præbendæ, capit. 1. de regulis iuris, lib. 6.* Ergo quamuis mentio beneficij fuerit facta, rescriptum vicio sum censetur: verum respondendum est ideo ibi rescriptum vitiosum censeri, quia licet expressio dignitatis fuisset facta in genere ex verſiculo illo *simplici nomine*, non tamen fuit scripta in specie, cum nomen dignitatis, & eius circunstancias exprimere necesse est: cum ex illis Pontifex moueri possit. Notant Doctores omnes *in capit. in nostra de rescriptis*: nam quoties lex expresionem verborum pro forma requirit, non sufficit expressio verborum sub in inuoluero, *cap. qui ad agendum de procuratoribus lib. 6. l. sed & siquis, 9. quæsitum, ff. siquis cautionibus*: notat *Barbosa in collectaneis* ad eundem textum à *numero 2.* Nam licet beneficij nomine maiores etiã dignitates compræhendantur ex iuribus supra adductis, tamen id cessat, si res natura, aut ratio, de qua agitur aliud postulet. Ac proinde in dicto *capite ad aures* cessat ratio supra adducta, cum speciale dignitatis nomen desideret. late refert *Sahagun in commentarijs* ad eundem textum à *num. 3.*

5 Tertio, obstat textus in *capit. gratia 7. de rescriptis lib. 6.* vbi apparet taciturnitatem beneficij primi non viciare rescripti impetrationem in secundo: verum respondendum est regulam nostri textus limitari in specie tradita in dicto *capit. gratia de rescriptis lib. 6.* nam cum impetrans ignorasset aliud beneficium habere: illa enim probabilis ignorantia eum excusat à relatione: atque ideo subrepticium non dicitur rescriptum: rursus quia collatio facta censetur sine tertij præiuditio, *capit. constitutus 19. de rescriptis lib. 6.* præterea, quia Pontifex aliàs erat concessurus, *capit. susceptum de rescriptis lib. 6.* Notat *Selua de beneficijs 3. parte, quæstione 12. numero 83. Corrasius in parafrasi sacerdotum 4. parte numero 38. Menochius de arbitrarijs casu 201. numero 12. Bernardus regula 324. Barbosa in collectaneis ad textum in* dicto *cap. gratia à numero 5.*

6 Quarto, obstabit textus *in capite cæterum 3. capite si autem 9. capite plerunque 23. de rescriptis, capite vt debitus 59. de appellationibus*, in quibus iuribus patet rescriptum etiam subrepticium iure directo valere, donec irritetur: at rescriptum tacita impetrantis dignitate subrepticium est, *capite super literis 20. de rescriptis.* Ergo similiter in textu nostro valere debet, donec irritetur: verum respondendum est discrimen versari inter rescripta gratiæ ad beneficia obtinenda, & inter rescripta iustitiæ ad lites peragendas: priora sunt irrita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso iure non facta mentione dignitatis, seu beneficij antea obtenti, ex textu nostro cum similibus supra adductis: posteriora vero iustitiæ quo ad lites, etiam si subreptitia sint, valent; donec irritentur: & ita obtinēt iura omnia supra adducta. Neque distinctioni obstat textus in *cap. ad aures* 8. *de rescriptis*, vbi rescriptū quo ad lites beneficij impetratum nullū est ipso iure, & quo ad lites, constat ex verbis illius textus ibi *actor*, quod nomen ad iudicij formam necessarium est, *l. actor Codice de probationibus, cap. fores de verborum significatione*: quia respondendū est in specie illius textus dolum præcessisse: quo in casu nulla differentia extat inter rescriptum gratiæ, vel iustitiæ, *cap. seles* 15. *de rescriptis*: siquidē dolus, & fraus nemini patrocinatur: præcipue, si Principem fallere procurat, *l.* 1. *Codice ne his, quæ à non dominis, l.* 1. *Codice de natalibus restituendis, cap. diconti* §. *& si legibus* 25. *quæst.* 2. merito in dicto *capit. ad aures* 8. rescriptum illud ad lites tacita impetrantis dignitatē contra pauperes clericos super minoribus beneficijs impetratum, ipso iure nullum est. Notat *Decius, & Beroius, ibidem numero* 14. *Rebuffus* 2. *tomo titulo de rescriptis, num.* 94. *Menochius* dicto *casu* 201. *numero* 2.

7 Quinto, obstabit dicere mandatis Pontificis non obtemperare nefas esse, *c. qui resistit* 94. 11. *quæst.* 3. etiam si intolerabilia sint, *cap. in memoriam* 19. *distinct.* vel etiam si iniusta sint, *cap. Pastoralis* 28. §. 1. *de officio delegati*, aliàs non obtemperans est arguendus, & puniēdus, *cap. prudentiam* 21. §. *adijcimus de officio delegati*: ergo ex nulla causa negari potest Apostolici mandati exequutio: verum respondendum est quod in textu nostro non negatur Pontificis potestas, neque voluntas: cum veritas, & iustitiæ ratio postulat ex illa tacita veritate, quod rescripti exequutio non fiat: quo in casu iudex neque arguendus, neque puniendus est. Cum cesset ratio dicti §. *adijcimus*, vt in dicto *cap. ad aures* 8. *de rescriptis*. Secus vero est dicendū, quando ex contemptu, vel malicia non obtemperauerit: vt in iuribus supra adductis: neque obstat textus *in dicto cap. in memoriam* 19. *distinct.* quia procedit, quando constat de expressa Pontificis voluntate: nam tunc licet mandatum sit durum, vel asperum, reuerenter ad implendum est. Argumento textus in *l. prospexit, ff. qui, & à quibus*: at vero si de iniquitate constiterit, adimplendum nō est: veluti si legi diuinæ, vel naturali cōtrarium est. Argumento textus *in capit. sunt quidam dicentes* 25. *quæst.* 1. 9. *sed naturalia instituta de iure naturali*: nam tunc Deo magis, quam hominibus obedire oportet, *cap. si Dominus* 93. *dist. cap. Iulianus* 94. 11. *quæst.* 3.

8 Sexto, prædictis obstat textus *in cap. Pastoralis* 18. §. *quia vero de officio delegati*, vbi mādatum delegati Apostolici etiam iniustum exequi debet: ergo à fortiori Pontificis, verum respōdendū est in specie illius textus non cognitionem, sed exequutionem fuisse mandatam, de cuius iustitia exequutor neutiquam potuit cognoscere, neque solutioni obstat textus *in cap. inter cætera* 9. *de re iudicata, cap. si quando* 8. *de officio delegati*, vbi apparet iniquum iudicis mandatum non esse exequendū imo appellandum ab eo *cap. super eo* 18. *de officio delegati*: quia respondendū est casus esse diuersos, & contrarios: quia in dicto §. *quia vero* licet delegati sententia iniuste fuerit pronuncia ta: postquam transit in rem iudicatam exequutioni mandanda est, sibi enim imputet: quia appellationem non interposuit, *cap. final* §. *si vero* 2. *quæst.* 6. *quæst.* 6. *cap. cum inter* 15. *& ibi de re iudicata*: atque ideo ordinarius scies sententiam iniustam contra ius litigatoris fuisse, eam exequutioni nō dare debet: quia non cognitioni, sed exequutioni iam locus est: cæterum in dicto *cap. si quando* 8. delegatus beneficiarium in possessionem absque titulo inducens perse, vel per ministrum suum, causam præbet ordinario, vt intrusū in sua Diœcesi admittat. Vnde ex extricta iuris dispositione violenter resistere posset: sed propter delegati authoritatem respondit Pontifex, vt non resistat, sed precibus à dēlegato petat, vt mandatum reuocet: quod si non reuocauerit, poterit appellationem interponere: vt in dicto *cap. super eo* 7.

9 Septimo, obstabit dicere, quod non obedire mandatis Apostolicis sacrilegum, & iniquum est. *Cap. in memoriam* 19. *distinct. cap. Dominus, cap. Iulianus* 1. *dist.* sed propter vitandum scandalum peccatum committi non potest. *Cap.* 2. *de noui operis nunciatione, cap. inquisitioni* 44. *de sententia excommunicationis, cap. qui scandalizauerit de regulis iuris*. Ergò licèt scandalum immineat, non licebit à mandato Pontificis discedere: cùm non obtemperando peccatum, & sacrilegium committatur: verum respondendum est propter scandalum Pontificis mandato non obtemperare licitum esse: cum appareat scandalum ex eo sequi, sed hoc verum est, si iusta, & rationabilis causa interuenerit: neque ex cōcēptu, vel malicia factum fuerit. Aliàs autem, si ex contemptu, vel malicia non fuerit obtemperatum Pontificis mādato tunc non obtemperare sacrilegium erit: & ita obtinent iura in argumento adducta.

Ad textum in cap. referente 7. huius tituli.

Super hunc textum videre oportet ea, quæ infra dicemus in *cap. de multa* 28. hoc titulo.

Ad textum in cap. maioribus 8. huius tituli.

Commentaria ad hunc textū sunt petenda ex his, quæ infra dicemus *in cap. vnico vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, & in titulo de rerum per mutationē.*

Ad textum in cap. relatum 9. cap. dilectus 19. cap. dilectus 27. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Receptus in canonicum ex promissione capituli debet quando facultas se obtulerit, habere præbendam.*
2 *Canonicus sine præbenda proficere non potest.*
3 *Promissio præbendæ vacantis iure, & ratione prohibita est.*
4 *Expenditur text. in c. tuæ* 20. *c. dilecti* 25. *versic.* si vero *de præbendis.*
5 *Canonicus sine præbenda quando, & quomodo constare possit.*
6 *Exponitur textus in cap. dilectus* 27. *de præb. & dignitatibus.*

1 CONCLVSIO. Receptus in canonicum ex promissione capituli debet quādo facultas se obtulerit, habere præben-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendam consonat textus in dicto *cap. relatum 9. cap. dilectus 19. cap. dilectus 27. cap. pro illorum 22. cap. cum secundum Apostolũ, cap. licet 32.* cum aliis hoc titulo *cap. M. F. de constitutionibus, cap. cum qui cap. quamvis 8. cap. mandato 10. cap. si clericus 11. cap. si postquam 13. cap. si is cui 39.* hoc titulo *lib. 6. cap. final. de rescriptis, cap. si capitulo, cap. si soli, cap. final de concessione præbendæ, lib. 6. cap. cum super 8. de concessione præbẽdæ, l. 1. in fine, ff. de pactis l. 1. ff. de constituta pecunia: cap. 1. & 3. de pactis, l. 41. ad legem Aquiliam, tit. 12. titulo 16. partita 3.* exornant, *Hostiensis in summa de præbendis, §. 1. Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs lib. 2. capit 8. Gardinalis in Clementina vltima num. 2. de rescriptis. Gomecius in regula de impetrantibus, quæst. 1. & 4. Rebufus in praxi titulo de reprobatione beneficij vtentis impetratione Mãdosius regula 11. quæst. 10. n. 9. Dueñas regula 285. Balascus, consilio 72. numero 11. Gonçalez ad regulam 8. Cancelariæ, glossa 5. §. 1. numero 16. & 17. Oxeda de beneficijs 1. parte capit. 12. Bstasileus de gratijs expectatiuis in prima forma num. 7. cum traditis à Cenedo in collectaneis ad decretales collectanea 10. num. 5. Barbosa in collectaneis ad textum in dicto cap. cũ super 8. de concessione præbendæ, numero 3.* & in dicto *cap. dilectus 19.* hoc titulo *numero 2.*

2 Ratio est: qnia recepto in canonicum præbendam non dare indignum, & dedecorum est: cum canonicus sine præbẽda proficere nõ possit, sicuti anima sine corpore naturali viuere, *cap. siquis obiecerit 1. quæst. 3.* & cum canonicus sacris, seu diuinis ministerijs deseruiat, merito ab Ecclesiæ fructibus alẽdus est. *Cap. cum secundum Apostolum* hoc titulo, *cap. final de rescriptis, lib. 6.* atque ideo interim dumtaxat percipit distributiones quotidianas. *Cap. dilectus 27. cap. licet 32.* hoc titulo, & cũ primum facultas se obtulerit, ita recepto debetur præbenda dicto *cap. dilectus, cap. cum super de concessione præbendæ*, siquidem graue sit fidem fallere, *cap. 1. & 3. de pactis l. 1. ff. eodem*, cum postquam canonicus est factus præbẽda ei debeatur. Quia præbẽda oritur ex canonicatu sicut filia ex matre: cum eo ipso, quod sit canonicus debet fructus habere, *c. relatũ* in fine hoc titulo, *cap. dilectus de concessione præbendæ.*

3 Primo, obstabit dicere præbendæ non vacantis promissionem iure, & ratione prohibitam esse iure ex *Concilio Lateranensi* relato *in capit. 2. de concessione præbendæ, cap. relatum, cap. ex tenore* eodem titulo ratione nedetur votum captandæ mortis alienæ, vt in dictis iuribus habetur: sed in præsenti præbenda non dum vacans fuit promissa à capitulo, vt ex litera textus constat: ergo & lege, & ratione id fieri non potuit: verum huic dubio respondendum est expectatiuam ad Ecclesiastica beneficia concedi posse in consequentiam prouisionis canonicatus: nam siquis per capitulum in canonicum fuerit receptus, poterit à capitulo consequenter ex vi illius generalis prouisionis petere præbendam primo vacaturam; & ita obtinet nostri textus decisio, quæ non est contra generalem expectatiuarum prohibitionem, de qua in dicto *cap. 2.* cum similibus: quia hæc prohibitio procedit solum in expectatiuis, & promissionibus factis ab homine: non vero à lege, vt exprimunt verba textus in dicto *capit. 2.* verfic. *qui promittunt* iuncto verficulo *promissiones suas*: at vero in specie nostri textus promissio illa facta iam recepto in canonicum nõ censetur in effectu facta ab homine, sed à lege: siquidem in promissione illa tantũ exprimitur ius illud, quod ad præbendam vacaturam semel receptus habet ex ipsa legis necessitate:

te: iuxta textum *in capit. cum M. de constitutionibus, cap. si postquam* hoc titulo. Vnde promissio illa potius legis, quam hominis dicitur: argumento textus in *lege 3. ff. delegatis 3.* notat *Dueñas regula 285.* ita similiter est interpretandus textus *in cap. cum super 8. de concessione præbendæ.*

4 Secundo, solutioni obstat textus in *capit. dilectus 19.* hoc titulo verficulo: *& vacaturam expectare præbendam*. Ex quibus verbis constat, quod etiam siquis à capitulo in canonicum sit receptus, & si ei sit promissa præbenda proxime vacatura ex consensu capituli, legati sedis Apostolicæ promissio illa nõ tenet tanquam facta contra prohibitionem Concilij Lateranensis, atque ideo Pontificis dispensatio fuit necessaria, vt patet in verficulo *nos.* verum huius textus difficultatem effugies, si dixeris promissionem, de qua ibi, non fuisse factam in consequentiam receptionis in canonicũ, sed potius principaliter ante ipsam receptionem, siquidem fuit facta in ipsamet compositione, quæ intercessit ante receptionem, merito cũ non à lege, sed ab homine facta promissio dicatur, iusta de causa in dicto verficulo facta dicitur contra prohibitionem Concilij Lateranensis. Notant *Imola, & Decius*, ibidem *numero 4. & 5. Barbosa in collectaneis* ad nostrum textum *num. 3.*

5 Tertio, prædictis obstat textus in *cap. tuæ 20. cap. dilecto 25.* verfic. *si vero* hoc nostro titulo. Ex quibus constat, quod neque etiam ratione prædictæ receptionis poterit receptus expectare præbendam primo vocaturam: verum respondendum est iura illa non prohibere expectationem præbendæ primo vacaturæ in genere, de qua nos loquimur, sed in indiuiduo, id est certi hominis: vt apparet ex eo, quia iura illa loquuntur, quando duo expectabant eandem præbendam in indiuiduo, ad quam simul fuerãt electi, & ad hanc electionem reprobandã Summus Pontifex ibidem arguit ad euitandum duplicem absurdum: primũ, quia si diuideretur inter duos, esset contra Concilium Turonense, de quo in *cap. maiori bus 8.* hoc titulo, secundum contra Concilij Lateranensis prohibitionem in dicto *cap. 2. de concessione præbendæ*, & tandem concludit vtrique eandẽ præbendam non esse assignandam ex ratione, de qua ibi, neque etiam alteri tantum: ne contingat aliũ manere sub expectatione prębendæ videlicet eiusdẽ post mortẽ coelecti obtinendã ex vi præcedentis electionis, quod cum ita sit nihil mirum, si huiusmodi expectatio etiam ex vi præcedentis in canonicum acceptionis in illis iuribus censeatur prohibita à Concilio Lateranensi, de quo in dicto *cap. 2.* cum similibus vt sensit *Barbosa in collectaneis* ad nostrum textum, *numero 4.*

6 Quarto, prædictis obstabit dicere canonicum sine præbenda posse constare, *cap. cum M. F. 9. de cõstitutionibus, capit. in nostra de rescriptis, capit. dilectus 19. capit. dilectus 27.* hoc nostro titulo, *cap. si is, cui 39.* hoc titulo *lib. 6. capit. final §. in illis de concessione præbendæ libro 6.* Ergo & in præsenti receptus sine præbenda stare poterit: in qua difficultate dicendum est verã esse propositionem canonicum sine præbenda stare posse: sed hoc verum est interim, seu quandiu facultas non fuerit oblata: sed cum primum vacauerit præbenda sine ea esse non debet, & ita sunt interpretanda iura omnia supra in argumento adducta: nam ex receptione habet ius ad rem ad præbendam proximo vacaturam: sed cum

primo vacauerit, habet ius in re, *cap. final.* in principio *de concessione præbendæ lib.6.* Notat *Duarenus d. loc. lib.2. de sacris Ecclesiæ ministeriis cap.3.*

7 Quinto, obstabit dicere, quod ei, cui debetur præbenda, cum primum facultas se obtulerit, damnum interim illatum emendandum est, *cap. dilectus 27. infra hoc titulo*: sed in præsenti non emendatur: ergo ex eo, quod ei non debebatur, quando modum dilues, si dixeris, ideo in dicto *cap. dilectus* damnum interim factum emendari; quia in fraudem, & illusionem mandati Apostolici præbendā alij cōtulerant: at vere in specie nostri textus, non exigitur illa satisfactio; quia Magister Iacobus iam in fratrem, & canonicū fuerat receptus, & distributionibus quotidianis erat contentus, simul cū præbenda proximo vacatura.

Ad textum in cap. auaritiæ 10. huius tituli.

Quo ad hunc textum videri oportet ea, quæ infra dicemus in titulo, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Ad textum in cap. significatum 11. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, & capitulum possunt præbendæ vacanti honestum onus imponere.*
2 *Onus dicendi missam B. Mariæ in quolibet die licitum est.*
3 *Pactio in spiritualibus simoniaca est.*
4 *Missa particularis celebrari non debet quoties Missa publica extat. Cōditio de non recedēdo speciem seruitutis continet.*
5 *Perpenditur textus in cap. nam putamus 2. de electione, lib.6.*
Electio, seu confirmatio sub conditione fieri non potest.

1 CONCLVSIO. Possūt prælatus, & capitulum præbendæ vacanti honestū onus imponere, ad quod præbendarius tenetur. Consonat textus *in cap. significasti de electione: Cap. est hoc attendendum 52. de consecratione dist. 1. cap. cum creatura de celebratione missarum. Cap. relatum 12. quæst. 3. cap. quicunque de simonia, cap. vltimo 10. quæst. 2.* Probari etiā poterit ex textu *in l. si conuenerit, §. 1. ff. de pignoribus. l. usufructu legato, ff. de usufructu legato, l. pendentes, §. ult. ff. eodem.* Exornant *Petrus Gregorius lib. 2. syntagmatum, cap. 6. Diuus Thomas in 4. distinct. 15. quæst. 2. art. 3. ad quintum, Silbe ter verbo simonia quæstione 9. Soto de iustitia & iure lib. 6. quæst. 6. num. 1. Nauarrus in manuali cap. 29. num. 13. Emanuel Rodriguez in Summa tomo 2. cap. 248. Selua de beneficijs parte 3. quæst. 20. Rochus de iure patronatus verbo bonum fit cum quæst. 8. Lābertinus eodem tract. quæst. 3. in principio, articulo 9. Covarr. lib. 3. variarum cap. 16. num. 10. Bonacina de Sacramētis disp. 4. quæst. vltima puncto 7. §. 3. num. 3. Miranda in Manuali Prælatorum, tomo 1. quæst. 41. articulo 21.* cum traditis à *Barbosa in collect.* ad nostrum textum *num. 3.* & in dicto *cap. 2. de celebratione missarum, num. 3.*

2 Ratio est; quia cum præbenda & beneficium detur propter officium, dicto *cap. cum secundum Apostolum* hoc titulo *cap. final de rescriptis lib. 6.* & officium iudicetur illud, quod ab Ecclesia Ecclesiæque prælatis imponitur, iusta de causa onus illud licitum dicendi missam Beatæ MARIAE in quolibet die, & de residendo præbendæ propter lucrum præbēdæ ei imponi potest ab Episcopo, vel capitulo à quibus Ecclesia guuernatur, *cap. cum accessissent, cap. ex parte de constitutionibus* siquidem præbendarius ex officij munere obligatus remanet ad onera fuisse imposita, & ad Episcopos pertinet in sua diœcesi omia facere, quæ ad subditorum salutem, & animarum guuernationem viderint pertinere *cap. regenda cum sequenti 10. quæst. 1.*

3 Primo, obstabit textus in *cap. quam pio 1. quæst. 2. cap. final. de pactis cap. suam 29. de simonia cap. tua 34.* eodē tit. in quibus iuribus cōstat pactionem præcedentem in spiritualibus simoniacam esse; sed beneficium est ius spirituale, *cap. dilecto de præb.* & in præsenti præcessit duplex pactio vna de missa quotidiana, altera de non recedendo inuito capitulo, vt ex litera textus constat; ergo tanquam simoniaca, non erit obligatoria; verum in hac difficultate omissa interpretatione, quam refert *glossa 1. & 2.* in præsenti *Abb. nu. 7. Decius 10.* verius dicēdum est in spiritualibus conferendis modum, aut conditionem similiter spiritualem absque simoniæ vicio posse adijci; quia tunc nihil datur temporale, quod similitudinem pretij habere possit, & de hac pactione est interpretandus textus noster: siquidem spirituale beneficium sub spirituali modo fuit datum, notat *Butrius* in præsenti *Decius num. 6. Barb. in collect.* ad nostrum textum, *num. 4.* Nec obstabit si instes frustra in præsenti à Pontifice confirmationem postulari: nam si vtilis, & valida esset pactio illa, non esset necessaria Pontificis confirmatio; quia respondendum est in præsenti non fuisse postulatam propter inualiditatem, sed propter asperitatem obligationis, quotidie celebrandi missam, & ab Ecclesia non recedēdi: in quo clericus valde grauatus remanet; quare confirmatio non fuit facta simpliciter, sed pro commoditate infirmitatis sacerdotis, salua honestate sua, & debita reuerentia.

4 Secundo, solutioni obstabit dicere pactionem illam sui natura vitium continere, primum de missa particulari dicēda, quod non debet admitti quoties missa publica extat, *cap. 2. de celebratione missarum*: deinde, quia conditio illa de non recedendo speciem seruitutis continet, & ius libertatis infringit, argumento *legis Titia centum, §. Titio centum el segundo, ff. de conditionibus, & demostrationibus*: Verum respondendum est onus illud de dicendo quotidiæ missam Beatæ MARIAE tanquam licitum recte valuisse, docet *D. Augustinus in cap. est hoc attendendum 52. de consecratione dist. 1.* Nec obstat *text.* in dicto *cap. 2. de celebratione missarum*; quia procedit quando propter priuata omittitur publica superfluo: notat *Barb. in collecta. ad eundē textū n. 5.* Nec obstat secundū; quia illud onus nō est seruitutis siquidē reducitur ad residētiā, ad quam in quolibet beneficio quilibet clericus est adstrictus, *cap. conquerente* cum alijs *de clericis non residentibus*, vel eam non dimittere absque iuris solemnitate, *cap. admonet, cap. quod in dubijs de renunciatione*. Merito Alexander Tertius in textu nostro nō cōfirmauit modū de non recedendo ab Ecclesia, sed tantū se nō posse voluntarie absque iusta causa eam dimittere, iuxta textum *in cap. conquerente vel secundo de clericis, non residentibus, cap. licet de regularibus*: notat *glossa finalis in præsenti*,

5 Tertio, obstabit textus *in cap. 2. de electione lib. 6.* Vbi apparet electionem, vel collationem sub conditione fieri non posse; præcipue, quia institutio actus legitimus est, *cap. ex frequentibus de institutionibus*, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui non recipit diem, nec conditionem, l. *actus* 77. ff. *de reg. iuris, capit. actus* eodem titulo *lib.* 6. præcipue in beneficialibus, *cap. vnico* versic. *& circa, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, sed in hac difficultate omissa interpretatione *glossæ in cap. significasti de electione* glossæ verbo *nihil in cap. cum M. de constitutionibus* glossæ verbo *renunciantes in cap. ad audientiam el segundo de rescriptis* glossa 1. *in Clementina* 1. *de restitutione spoliatorum*. Verius dicendum est veverisimum esse collationem, & beneficiorum præsentationem sub cõditione factam inutilem esse, quasi contractum legitimum insertũ iuxta textum in dicto *cap.* 2. *de electione lib.* 6. sed id verum est quoties conditio proprie est conditio, quæ suspendit actum; quæ vero tales non sunt quamuis quo ad verba videantur, non improbantur in dicto *cap.* 2. vt ex eo colligitur dum ait oportere, vt electio certa, & pura sit; at vero in textu nostro nulla fuit propria conditio, quæ collationem suspenderet; aut rt dderet in certam, sed tãtum modus spiritualis post ademptam possessionem præstãdus, vt qualitas, & verba nostri textus indicãt: modus autem in spiritualibus, nisi aliquid illicitum cõtineat, propter quod improbatur non ofendit, quo admisso nihil obstant omaia iura supra adducta: Notat *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *num.* 4.

Ad textum in capit. de monachis 12. huius tituli.

Quo ad hunc textum repetenda sunt omnia iura, quæ supradiximus *in cap.* 1. huius tituli.

Ad textum in capit. ad hæc 13. cap. præterea 14. c. cum non ignores 15. huius tituli.

De omnibus his iuribus infra agemus in *cap. de multa* 28. hoc nostro titulo.

Ad textum in cap. cum secundum Apostolum 16. huius tituli.

Super huuc rextum videre oportet, quæ supra diximus *in cap.* 1. huius tituli.

Ad textum in cap. cum iam dudum 18. huius tituli.

Plura de materia huius textus dicemus in *capit. de multa* 28. huius tituli.

Ad textum in cap. dilectus 19. huius tituli.

De materia huius textus iam supra scripsimus in *cap. relatum* 9. huius tituli, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textnm in cap. nisi essent 21. de præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Electi duo ad vnam dignitatem, si iu iudices compromittunt, poterit iudex*

dex alteri dignitatem, alteri vero pensionem assignare.

2 *Simoniæ periculum cessat, cùm nulla partium conuentio extat.*

3 *Transactio, vel conuentio in causa spirituali fieri non potest.*

Compromissum vicem transactionis retinet.

Interpretatur textus in cap. nisi essent 21. *de prebendis, idẽ in numero* 4.

4 *Compositio pro bono pacis in causa spirituali admittitur.*

5 *Declaratur textus in cap. super eo* 7. *de transactionibus.*

6 *Exponitur textus in cap. nonsane* 2 *de arbitris.*

7 *Species textus in cap. exhibita finaI de rerum permutatione proponitur.*

8 *Explicatur textus in cap. cum pridem* 4. *de pactis.*

9 *Expeditur textus in cap. cum dilectus* 28. *de simonia.*

Vexatione prouitanda pactioin re spirituali permittitur.

10 *Interpretatur textus in cap. veniens* 8. *de transactionibus.*

Compositio amicabilis in re spirituali facta licet valeat inter contrahẽtes, non tamen ligat successores.

Remissiue ponitur textus in cap. de cætero 5. *de tranctionibus, cap. constitutus* 4. *eiusdem tituli.*

Laudatur Doctor Martinus Lopez de Hontiberos.

1 CONCLVSIO. Si duo ad vnam dignitatem electi, in iudices compromittunt, poterit iudex alteri dignitatẽ, alteri vero pensionem assignare, cuius decisio licet singularis sit adeo vt in toto iuris corpore nullam simile retineat, vt testatur *Panormitanus* in præsenti tamẽ cõprobari potest ex textu *in c.* 2. *de arbitris glossa, in c. final. de rerum permutatione, cap. cum pridem* 4. *de pactis, cap. veniens* 8. *de trãsactionibus, glos.* 10. *in l.* 2. *tit.* 15. *partita* 2. *& glos.* 10. *in l.* 23. *tit.* 40. *partit.* 3. exornant *Nauar. tomo* 1. *in cap. inter verba prima præludio, num.* 2, 11. *q.* 3. *Didacus Perez glos.* 1. *pag.* 584. *colum.* 2. post medium *Perez de Lara de anniuersarijs lib.* 2. *c.* 2. *n.* 31. *Ludouicus Gomez in regula de annali q.* 2. *num.* 3. cum sequentibus *Oxeda de incompatibilitate benefi. c.* 26. *n.* 6. *Flaminius Parisius de resignatione benefi. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 165. *Gonçalez ad regulam* 8. *Cancelariæ glos.* 25. *num.* 12. *Suarez de religione tomo* 1. *lib.* 4. *de simonia, cap.* 51. *cum traditis à Barb. in collect. ad nostrum textum.*

2 Ratio, quare trãsactio in præsenti absq; simonię labe sustinetur, ea est; quia exitus ille in iure est permissus, *cap. super eo de transactionibus*: siquidẽ litigantes in præsenti inter se de pensione, annua ve prestatione nihil tractarunt, sed vniuersam compositionis causam compromisserunt in quosdam prouidos, honestosque viros, qui aliàs ex delegatione Pontificis ad causam illam iudices erant delegati, merito tanquam iudices vni ex litigantibus dignitatem prioratus, & tanquam arbitri alteri possessionẽ assignarunt, in qua assignatione cum nulla intercessisset partium conuentio, periculum simoniæ omnino cessat, siquidem pensio illa non conceditur pro renunciatione iuris spiritualis; sed tantum pro bono pacis ne litigantes in re tã dubia amplius cum expensis litigarent, vt cõstat ex textu nostro in versiculo *se pro bono pacis*, & patet ex principio nostri textus, ibi, *nisi essent viri prouidi*, ex quibus constat, non nisi inter viros prouidos, & honestos hoc esse tolerandum. Notat *Suarez de religione lib.* 4. *de simonia, cap.* 51. *numero* 21. *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum, *num.* 5. *& 7.*

3 Primo, obstabit textus *in cap. constitutus* 4. & *cap. super eo* 7. *de transactionibus*: vbi apparet transactionem, vel conuentionem in causa spirituali fieri non posse, *cap. penult. de in integrum restitutione, cap. finali de pactis, cap. quæsitum de rerum permuta-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione; siquidem transactio speciem continet simoniæ, *d. cap. constitutus*, cum transactio nihil aliud sit, quam conuentio de re dubia, lite incerta, & non gratuita pactio, *l. 1. ff. de transactionibus*, *l. transactio C. eodem*: ergo nec in præsenti compromissum valere debuit, cum compromissum vicem transactionis retineat, *cap. 2. de arbitris*, nec difficultatem effugies, si dixeris cum glossa in præsenti verbo *excusione*, compositionem illam vires accipere non ex auctoritate iudicum arbitrorum, sed tantum ex Pontificis confirmatione. Mouetur glossa ex verbis nostri textus; ibi, *nos enim toleramus*; siquidem verius est Pontificem in præsenti nihil in validum confirmasse sed potius validum approbasse, & tãquam de iure interrogatus respondisse gestum à iudicibus recte fuisse factum. Vt cõstat ex versiculo antecedenti, ibi, *poßuntque licite*, notat *Panormitanus* in præsenti *num. 9. Hoßiensis, & Ancarranus*, ibidem, nec similiter satisfacies, si dixeris cum *Felino, & Imola*, in præsenti quos sequitur. *Padilla in l. final num. 8. ff. de transactionibus* dum asserũt ideo in præsenti valuisse transactionem; quia pensio illa fuit imposita non ex partium conuentione, sed ex iussione iudicũ arbitrorum; quia quemadmodũ nõ possunt partes per conuentionem à controuersia beneficiali recedere dicto, *cap. 4.* cum similibus *de transactionibus*, ita nec per compromissum, dicto *cap. 2. de arbitris*: quare omissa similiter *Roberti* interpretatione *lib. 1. rerum iudicatarum, cap. 77.* verius est dicendum ideo in præsenti illam pensionis adiudicationem valuisse; quia vt supra indecidendi ratione retulimus nulla præcessit partium conuentio, & quia nulla simoniæ labes inuenitur, nec etiam transactio, sed potius interuenit quædam amicabilis cõpositio in arbitrorum, & iudicum potestatem redacta, atque ideo pro bono pacis recta ratione nostri textus decisio procedit. Notat *Barbos.* in *remissionibus ad nostrum textum num. 4. & 7.*

4 Secundo, solutioni obstabit sequens cõsideratio: nã ex eo, quod Pontifex affirmat iudices delegatos secundum iustitiam adiudicasse vni ex litigatoribus dignitatem prioratus, vt alteri pensionẽ solueret, inepte respondisse videtur; nam si ex iustitia prioratus vni debetur, vtique non potuerunt arbitri ipsum condemnare, vt alteri aliquid solueret cum indebitum soluisse videatur; atque ideo dicendum videtur, vel in adiudicatione prioratus, non secundum iustitiam processisse, vel nõ potuisse pensionem imponere ex arbitraria tantum potestate: verum respondendum est, ideo valuisse; quia pensio illa à iudicibus assignata non datur pro remuneratione alicuius iuris spiritualis, sed tantum pro bono pacis, & ne litigantes, diu sumptibus, & expensis vexarentur, & vt cõtrouersia illa difficilis, & dubia aliquo modo terminaretur, in quo iudices recte arbitraria potestate vsi fuerunt, & in id tantum excesserunt, quod pensio imposita fuit ipsi dignitati prioratus, non personæ; qua propter Pontifex eo moderamine adhibito toleravit, ne scilicet pensio illa ad successores transferretur, cuius equidem decisionis ratio ex prædictis dimanat; nam ob vitandũ tantum litigium inter illos, compositio illa pro bono pacis admittatur, quæ ratio defuncto eo cessat, cũ non esset rationi congruum, vt talis pensio ad successores transiret, siquidem cessante causa cessat effectus argumento textus *in cap. cum cessante de appellationibus*. Notat *Azor institutionum moralium parte 2. lib. 8. cap. 6. quæst.*

quæst. 1. verſic. *extra omnes*, cum traditis à *Barbos. in collect.* ad nostrum textum *num.* 8.

5 Tertio, obstabit dicere, quod aut transactio in præsenti fuit facta, quo in casu nulla fuit arbitrorum potestas dicto *cap. super eo 7. de transactionibus* in primo responso, aut fuit amicabilis compositio, & in hoc secundo casu non erat necessaria Pontificis confirmatio, vt constat ex dicto *cap. super eo 7.* in secundo responso; ergo nostri textus decisio neutro casu defendi poterat, sed respondendum est, verissimum esse in spiritualibus transactionem esse prohibitam, vt in dicto *cap. super eo* in primo responso, inde negandum est in præsenti transactionem interuenisse, sed tantum amicabilem conuentionem ex iusta, & rationabili causa, vt iam diximus. Nec obstat textus in dicto *cap. super eo* in secundo responso, dum asserit amicabilẽ cõpositionem non indigere superioris auctoritate; quia obtinet quando quis gratis liti renunciauerit, vel aliquid receperit pro redimenda vexatione ab eo, qui titulum, & possessionem beneficij habet; at vero si aliter componitur necessaria est superioris auctoritas, & sic Põtificis dispensatio non interuenit, cum necessaria non esset, sed eius declaratio fuit necessaria, vt in re tam dubia, & speciali firma maneret pensio quo ad personam; non vero quo ad dignitatem, & ita obtinet textus noster, notat *Rebufus in praxi beneficiali titulo de resignatione expresse pura, num. 22.* idem *de simonia in resignatione, num. 28. & 24. Suarez de religione tomo 1. lib. 4. de simonia cap. 51. num. 9. Barbos. in collect.* ad nostrum textum, & in *cap. super eo num. 2.*

6 Quarto, obstat textus difficilis in *cap. nõ sane 2. de arbitris* ex quo deducitur, quod etiam si pro bono pacis in causa beneficiali ab arbitris fit decissum, vt alter ex litigatoribus liti cedat, dũmodo alteri quinq; marcas auri præstet, arbitrium illud à Pontifice improbatur, si iniquum fuisse iudex cognouerit; in cuius textus difficultate ommissa *Abbatis* interpretatione, *num 10. Imolæ 16. Boroÿ 46.* & *Barboßæ in collectaneis*, ad eundem textũ, *num. 1.* versiculo *pro vero*: Verius dicendum est, textum illum ex nostri textus decidendi ratione interpretationem recipere: nam ibi Pontifex non affirmat absolute arbitrium illud reprobandum esse, sed potius sub distinctione iudici præcipit; quod si arbitriũ illud iniquum esse cognouerit, omnino damnet, & presbyterũ ab obseruantia iuramenti absoluat, si vero æquitati subnixum inueniat, ad eius obseruantiam vtramque partem compelat, in quo ergo æquitas, seu iniquitas iudicis arbitri consistat, dubium fuit, cum à Pontifice non exprimatur, sed in eo cõsistit, scilicet, an conuentio partium præcesserit, nec ne; nam si præcesserit, vtique arbitrium iniquum, & simoniacum est, si vero nulla præcesserit partium conuentio, sed tantum ex mero arbitrorum iudicio id factum fuisset, tunc tanquam amicabilis compositio pro bono pacis, & vtilitatis facta, sustinetur, & sic suppositis terminis habilibus nihil videtur obstare decisioni nostri textus; siquidem in dicto *cap. 2.* seruatis seruandis simonia abesse intelligitur, si non partium conuentione, sed ex arbitrorum iudicio quantitas illa præstetur: at vero iniquitas præsumitur, si ex expressa partiũ conuẽtione deriuaretur, notat *Barbos. in collect.* ad eundem textum, *num. 1.* in dicto verſic. *pro vero* apud medium vbi plura notatu digniora refert.

7 Quarto, obstat textus in *cap. finali*

Universidad de Deusto
Biblioteca

finali de rerum permutatione, vbi amicabilis compositio intercessit, & nihilominus arbitrium damnatur, quo Abbas, & conuentus coguntur liti super decimis cedere, eo adiecto, quod aduersarius impetret à Rege quantitatem decem millium solidorum soluendam eidem conuentui, quod omnino cõtrarium refert textus noster, & textus in dicto *cap. 2. de arbitris*, in cuius textus difficultate, *Butrius* in dicto *cap. 2. de arbitris, n. 8.* affirmat ideo in dicto *cap. finali de rerum permutatione* compositionem, ibi factam infirmari; quia non fuit facta superioris auctoritate, cuius interpretatio conuincitur ex eo, quia etiam in specie nostri textus non interuenit superioris auctoritas, nec fuit necessaria, nisi quo ad pensionem dignitatis, vt supra diximus, cum tantum penderet ex arbitrorum potestate, & nihilominus arbitrium valuit, & tenuit, qua propter eius sententiam impugnat *Barbos. in collect.* ad nostrum textum, & in dicto *cap. finali de rerum permutatione*, vnde ipse ibidem plurimis alijs sententijs omissis, existimat distinctionem adhibendam esse inter eum casum, quo is, qui dat, habet ius quæsitum in re spirituali annexa, & inter eum, cui nullum ius quæsitum est: nam in primo casu pro bono pacis, vel alia iusta causa licita est datio temporalis, vt in textu nostro in verficulo, *habeat prioratum*: in secundo vero casu quando nullum ius quæsitum est, tunc nec etiam ex iudicum inferiorum auctoritate licere poterit, quo casu asserit, procedere textum in dicto *cap. finali de rerum permutatione*; quare hac, & alijs omissis ab eo ibidem relatis, veriorem esse existimo, quam ipse magnopere ibidem reprehendit, & refert *Suarez de religione, tomo 1. lib. 4. de simonia, cap. 51. num. 17.* dum asserit ideo in specie textus in dicto *capit. finali de rerum permutatione* arbitrium illud iniquum censeri, & reprobatum fore; quia à principio præcessit partium conuentio, quod quidẽ diuinationis vitio non laborat; siquidẽ credibile nõ est iudices arbitros eam cõpositionẽ ex sola sua voluntate fecisse, nempe vt Rex Vngariæ decem millia solidorum quãtitatẽ monasterio concederet; siquidem id in mentem arbitrorum venire nõ posset, nisi ab eisdem patribus fuisset insinuatum, & cum non sit credibile ex arbitrorum voluntate, sed ex partium conuentione id dimanasse, iusta de causa talis partium conuentio, vti simoniaca damnatur, cum nõ ex arbitrorum, sed ex partium conuentione dimanet, plures alias interpretationes refert idem *Barbos.* in dicto *capit. finali, num. 4.* cum sequentibus.

8 Sexto, prædictis obstat textus in *cap. cum pridem 4. de pactis*, vbi amicabilis compositio decedendo liti beneficij, & de aliquid accipiendo pro expensis factis illicita est, cuius textus decisio difficilis redditur ex eo; quia ibi nihil datum fuit pro re spirituali, sed tantum pro expensis, quas in lite fecerant litigatores, ac per consequens dicendum videtur conuentionem illam, non tra-
sactionẽ, sed potius amicabilem cõpositionem fuisse: præterea quia fuit confirmata superioris auctoritate, vt ex litera textus constat, verum respondendum est ideo ibidem conuentionem illam nullius momenti esse, quia etiam si fuisset Episcopi authoritate confirmata, cum tamen non à iudice superiore originem sumpsisset; sed potius ex partium cõuentione ideo à Pontifice tanquam illicita reprobatur: notat *Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 253. Barb. in collect.* ad eundem textum, *num. 3.*

9 Sep-

9 Septimo, solutioni obstat textus in *capite cum dilectus 28. de simonia* ex cuius decisione deducitur, quod etiam si partium conuentio interueniret, ita vt à beneficiali controuersia vna pars discederet, cum certa pecuniæ quantitatis promissione alteri oblata, nihilominus contentio illa non dicitur simoniaca; siquidem is qui pecuniam dedit, non punitur vti simoniacus, in cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Barbosa in collect.* ad eundem textum, *numero 4.* dum asserit ideo ibidem transactionem valuisse, nec simoniacam fuisse, quia generaliter fuerat concepta de nullo grauamine inferendo nulla expressa clausula beneficij, vel rei spiritualis, quæ interpretatio conuincitur ex verbis illius textus, ibi, *super dignitatibus*, quare hac, & alijs omissis, verissime est dicendum, ideo ibidem transactionem illam simoniacam nõ reputari, nec promisorẽ vt simoniacum puniri; quia is, qui pecuniam dedit beneficium obtinebat, & id tantum dedit pro redimenda vexatione, vt à molestia aduersarij liberaretur: notat *Archidiaconus*, ibidem, *numero 2. Butrius 2. & 3. Sarmiento in regula de annali quæstion 2. numero 4.* cum traditis à *Barbosa in collect.* ad eundem textum *numero 6.* qui omnino videndus est, præcipue in *num. 9.*

10 Octauo, prædictis obstat textus in *capite Veniens 8. de transactionibus*, vbi amicabilis compositio pro bono pacis facta, vt decimæ vni Ecclesiæ debitæ, alteri soluantur, non tenet, nisi Pontificis auctoritas interueniat, verum respondendum est, ideo ibidem desiderari Pontificis cõfirmationem, quia vt (supra diximus pro nostri textus vera interpretatione) amicabilis compositio, quæ pro bono pacis in re spirituali, vel annexa facta est, non debet transigentium personas egredi, alias autem vt in textu nostro ad hoc vt successores obliget; superioris auctoritas desideratur, præcipue, si de re graui disceptetur, vt in specie nostri textus, & in dicto *capite Veniens 8. de transactionibus*, alias autem sola Episcopi auctoritas sufficit, vt in *capite 2.* eiusdem tituli *de transactionibus*, notat *Hostiensis* in dicto *capite Veniens*, *Barbosa in collect.* ad eundem textum, *numero 2. & 3.* poterit etiam interpretari textus in *capite de cætero 5. de transactionibus*, de cuius intellectu videndus est Pater *Suarez dicto capite 51. numero 1. & 2. Petrus Gregor. de benefic. capite 41. numero 2. Emanuel Rodriguez in Summa, capite 48. numero 1. Bonacina de simonia, quæstione 4. §. is, numero 12.* similiter etiam interpretari poterit textus in *capite constituras 4.* de transactionibus, de quo plura refert eruditissimus *Doctor Martinus Lopez de Hontiberos*, in repetitione ad eundem textum, similiter est videndus, *Doctor Balboa* in comment. ad textum in dicto *capite finali de pactis*: poterit etiã interpretari textus in *capite constitutus de religiosis domibus*, de quo omnino videndus est *Abbas* ibidem, *nu. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in capit. de multa 28. cap cum nõ ignores 15. cap. quia in tantum 5. cap. referente 7. cap. ad hæc 13. cap. præterea 14. c. cum iam dudum 18. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, vel personatum habens cum cura si secundum simile consequatur, vacat primum ipso iure, & si retinere contenderit vtroque spoliatur, nisi propter genus, vel scientiæ eminentiam Pontifex dispensauerit.*
2 *Beneficia plura obtinere est species negociationis.*
Beneficiorum pluralitas dissolutionis, & vagationis causam præstat.
3 *Exponitur textus in capit. relatio 4. cap. illud 5. 21. quæst. 1. & conciliatur cũ c. cũ in cunctis 7. §. 1. de electione, cap. in illis 80. dist.*
4 *Declaratur textus in cap. qui plures 3. 21. quæst. 1.*
Commenda iuxtum beneficiorum à iure improbatur.
5 *Expenditur textus in cap. clericus in fine 21. quæst. 1.*
6 *Expenditur textus in cap. dudum 54. versic. suggerit de electione.*
Beneficia duo per vnum vnionis, seu annexionis obtineri poterunt.
7 *Refertur interpretatio ad textum in cap. causamque 9. de iudicijs, & conciliatur cum cap. cum nostris 6. de concessione præbendæ.*
8 *Ratio petitur ad textum in cap. super eo 6. de præbendis.*
Accessorium sequitur naturã sui principalis.
9 *Exponitur textus in Clementina si iuxta finali de præbendis.*
10 *Clericus beneficiũ habens si aliud simile fuisset assequutus ei optio, & electio olim cõtedebatur, & ibi expenditur textus in cap. referente 7. cap. præterea 4. de præbendis.*
Pœnæ aduersus plures dignitates retinere tentantes remissiue referuntur.
11 *Expenditur textus in capit. gratia 6. de rescriptis lib. 6.*
Differentia, quæ extet inter incompatibilitatem quo ad titulum, & inter incompatibilitatem quoad retentionem ibi proponitur.
12 *Refertur decisio textus in capit. ordinarij 3. versic.* in conferendis *de officio ordinarij lib. 6.*
Intuitor non debet melioris conditionis esse quam tuus possessor.
Dispensatio odiosa est.
13 *Declaratur textus in cap. Ecclesia vestra 57. de electione, & conciliatur cum Concilio Tridentino sessione 24. de reformatione cap. 17.*
14 *Declaratur textus in extrabagãti execrabilis verbo* Cardinalibus *de præbendis.*
15 *Perpenditur textus in cap. ex literis 3. de probationibus, & conciliatur cum cap. cum incunctis §. 1. de electione.*
16 *Exponitur textus in cap. cum nostris 16. de concessione præbendæ.*
17 *Ratio petitur ad textum in capit. cum qui 18. de præbendis lib. 6.*
18 *Beneficiorum pluralitatis prohibitio an à iure diuino, vel positiuo proueniat late exponitur.*

1 CONCLVSIO. Si habens personatum, vel beneficium cum cura secundũ simile consequatur, vacat primum ipso iure; quod si retinere contenderit vtroque spoliator, nisi propter genus, vel scientiæ eminentiam Pontifex dispensauerit, & Episcopus negligens in conferendo punitur pœnis hic exprælis. Consonat textus in *cap. quia nonnulli 3. de clericis non residentibus, cap. dudum. Et secũdo, §. nos igitur de electione, c. 1. de consuetudine lib. 6. cap. ordinarij de officio ordinarij lib. 6. Clement. plures, & final. hoc titulo Clement. gratiæ de rescriptis extra-*

extrauagans execrabilis Ioannis 22. de præb. cap. clerici 1. cap. turpis lucri 21. quæst. 1. Clement. vnica de officio Vicarij, cap. eam te 4. §. sed etiam de ætate, & qualitate, cap. literas 9. §. cum igitur de concessione præb. cap. cum qui 18. cap. non potest 21. cap. licet 28. cap. cũ singula. 32. hoc titulo, lib. 6. cap. 1. 89. distinct. cap. sanctorum, 9. omnino autem 70. distinct. cap. singula 89. distinct. cap. vnico 10. quæst. 3. capit. per laicos 16. quæst. 7. & per totam *21. quæst. 1. Concilium Trident. sess. 24. de reformatione, capit 17. & sessione 7. de reformatione, cap. 2. & 4.* comprobari etiam poterit ex textu, *in l. 1. C. de præpositis agentium in lib. 12. l. 11.* iuncta glosa *penult. C. quem admodum ciuilia munera, lib. 10. l. libertus 17. §. sed eo tempore 4. ff. ad municipalem, l. si plures 9.* verfic. *nam difficile ff. de pactis, l. final. C. de officio assessorum, l. is quidem, C. qui militare non possunt lib. 12. l. 3. & 4. titulo 16. partita 1. l. 5. titulo 5. partita 1.* Exornãt. *Nicolaus Garcia de beneficijs parte 11. cap. 5. per totum. Gonçalez ad regulam 8. cancellariæ, glosa 6. numero 64. & glosa 10. numero 32. & glosa 15. num. 10. Flaminius de resignatione beneficiorum lib. 1. quæst. 1. num. 5. & lib. 3. quæst. 1. & lib. 5. quæst. 6. Dionisius Cartusianus in libello aduersus pluralitatem beneficiorum Nicolaus Gismonteus, de pluralitate beneficiorum Sylbester,* & cæteri sumistæ verbo *beneficium. Oxeda de incompatibilitate beneficiorum 1. & 2. parte* per varia capita. *Bernardus in praxi, cap. 48.* vbi *Salcedus* plures refert, *litera A. Rebuffus in praxi beneficiali 2. parte titulo de dispensatione ad plura beneficia* ex *num. 1. Espino de testamentis glosa 3. num. 72. Salgado de protectione Regia 2. tomo 3. parte, cap. 3. nu. 81. Dueñas regula 71.* per totam, *Acuña ad primam decreti partem in capit. final 70. distinct. ex numero 12.* & in *cap. 1. 89. distinct. Barbos. de potestate Episcopi 3. parte allegatione 62. & in collect. ad nostrum textum num. 8.* cum similibus supra adductis, *Anastasius Germanius lib. 2. animaduersionum, cap. 1.* cum traditis à *Cenedo in collect. ad decret. collect. 150.*

2 Ratio est; quia plura beneficia obtinere, est species negociationis, & turpis lucri, auaritiæ; & ambitionis, vt constat ex *Nicæna Synodo, cap. 15.* relata in *cap. 1. 21. quæst. 1.* à cuius cupiditate tãquam radice omnium malorum clerici se abstinere debent, dicta *extrauagans execrabilis Ioannis 22.* hoc titulo; *cap. quia in tantum* hoc titulo; tum etiam quia beneficiorum pluralitas dissolutionis, & vagationis causam præstat, *cap. cum singula 32.* hoc titulo *lib. 6.* quæ in detrimentum Ecclesiarum redundat, cum ex eo euerteretur ratio administrationis. *Concilium Tridentinũ sessione 24. de reformatione, cap. 17.* præterea, quia quemadmodum non licet eodem tempore duas habere vxores *34. distinct. in principio Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 2.* eodem modo nec duas Ecclesias poterit quis obtinere; siquidem de matrimonio carnali ad spirituale, quod contrahitur inter Ecclesiam, & rectorem, valet argumento, *capit. inter corporalia de translatione Episcopi,* quo etiam argumento quo ad beneficiorum pluralitatem vtitur textus in *cap. sicut 21. quæst. 2.*

3 Primo, obstat textus in *cap. relatio. 4. cap. illud 5. 21. quæst. 1.* ex quo deducitur quenquã posse duos Episcopatus obtinere, augetur difficultas ex eo, quia Episcopi compræhenduntur in hoc interdicto pluralitatis beneficiorum; *cap. in illis 80. distinct. cap. cum incunctis 7. §. 1. de electione,* siquidem in illis etiam residẽtia, animarum cura; & solicitudo desideratur; late refert *Oxeda de incompatibilitate beneficiorum 1. parte cap. 13. num. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 1. ergo à fortiori multo magis plura curata, & personatus poterit retinere, in quorum iurium contrarietate, omissa interpretatione, quã refert. *Archidiaconus, Turr. cremata, Belamera, & Cardinalis* in dictis iuribus *Speculator lib.* 1. *titulo de dispensatione*, §. 1. *num.* 8. verius dicendum est, secundum Episcopatum perpetuo fuisse concessum illi Episcopo Fundonẽsi; ex eo videlicet quia fuerat primo, qui ab hostili, & infidelium potestate illum restauraverat, & occupaverat, quæ causa fuit legitima transferendi, & vniendi secundum Episcopatum ad primum antea obtentum, quia in secundo populus iam deficiebat, & fine spe reparationis erat, & qui in illo antea erat institutus ita ab inimicis electus, & spoliatus erat vt ad eum redire difficile, & pene impossibile reputaretur, & sic tanquam pro de relicto illo, Episcopo vigilantissimo adiudicatur, & suo Episcopatui vnitur, quæ quidem desertionis, & hostilitatis causa fuit sufficiens, vt Pontifex moueretur ad vnionem, seu dispensationem, argumento textus in *cap. fraternitatem* 71. *distinct. cap. post quam hostilis* 49. 16. *quæst.* 1. quæ quidem interpretatio deducitur ex cõtexto, & originali illorum iurium, quorum historia refertur apud Beatum Gregorium *lib.* 2. *Epistolarum, Epistola* 13. aliàs *cap.* 52.

4 Secundo, obstat textus in *cap. qui plures* 3. eadem 21. *quæst.* 1. ex quo deducitur quenquam posse obtinere plures Ecclesias, vnam in titulum, aliam vero sub commendatione, in cuius textus difficultate omissa communi sententia asserentium commendam nõ esse titulum, nec inducere vitium incompatibilitatis, quorum interpretatio conuincitur ex eo, quia hoc ita late sumptum, falsum est, siquidem duorum beneficiorum cõmenda à iure etiam improbatur, *capit. nemo* iuncta eius glossa verbo *vnam de electione lib.* 6. quare pro eius vera interpretatione constituo olim moris fuisse, vt ecclesia aliqua vacante dum de prouisione eius tractatus committeretur, & commendaretur alicui eius cura, & visitatio, *cap. Chatinensis* 61. *distinct.* qui custos dicebatur in *cap. constitutum* 22. 7. *quæst.* 1. quæ commendatio in parrochialibus fuit permissa propter necessitatem Ecclesiæ, & licet clericus, vel Episcopus, cui Ecclesia erat commendata interim ius administrationis retineret, sicuti proprius prælatus, tamen fructus minime lucrabatur, & cum tunc commenda illa non sit titulus, recte in specie textus in dicto *cap. qui plures* declarat Pontifex posse vnum clericum duas obtinere Ecclesias, vnam in titulum, alteram in commendam; notat *Rebuffus in praxi* 1. *parte tituli de commenda num.* 25.

5 Tertio, obstat tex. in *c.* 1. in fine 21. *quæst.* 1. vbi Concilium Nicænũ asserit in villis quæ foris sunt propter hominum penuriam posse vnum clericum duas Ecclesias habere. Cui dubio facile respondetur, primo quia tempore illius textus illa plura litatis prohibitio tantum directe respicit vrbem Constantinopolitanã, nec Concilium voluit ad villas extendi, quæ foris erant; licèt poltea generaliter interdicta sit pluralitas illa vbique locorum per Concilium Lateranense, notat *Acuña* ad primã decreti partem in dicto *cap. sanctorum* 2. 70. *distinct. num.* 14. cum sequentibus; tum etiam vtilius respondetur in dicto *cap.* 1. propter hominum penuriam, idest clericorum, quibus Ecclesiæ conferuntur, id indultũ fuisse, hoc est vt plures Ecclesiæ vni clerico committerentur, notat

glossa ibidẽ verbo *villis*.

6 Quarto, obstat textus in *cap. dudum* 34. vers. *suggerit de electione*, ibi *cum nullus potuerit plures parrochiales obtinere, nisi vna penderet ex altera*, sed parũ obstaculi faciunt verba illius decisionis cũ potius cõprobẽt, quam improbent regulam nostri textus, dum adijciũt illis tanquã exceptionem, quod possint duo beneficia simul haberi, quando scilicet vnum dependet ab altero, quod intelligo scilicet, per viã vnionis, seu annexionis, vt expresse cauetur in *c. eam te de ætate, & qualitate, cap. extirpandæ* 3. §. *qui vero c. exposuisti* 33. hoc titulo; ratio est quia beneficium vnitũ non dicitur amplius beneficium, cũ per vnionem extinguatur titulus beneficij vniti, & habetur deinceps quasi prædiũ illius cui fit vnio, argumẽto textꝰ in *l. si ex toto* 8. in principio, *ff. de legatis* 1. *l. inter* 26. §. *cũ inter. ff. de pactis*, notat *Gonçalez ad regulam* 8. *Cancellariæ glossa* 5. §. 71. *ex numero* 1.

7 Quinto, obstat textus in *c. cum sanctum* 9. *de iudicys*, versic. *Episcopus idem Abbatem monasterij se proponens*, ex quibus verbis deducitur quẽquã simul Episcopũ, & Abbate esse posse, quod omnino repugnat decisioni textus in *c. cum nostris* 6. *de concessione præbendæ*, vbi cauetur non posse Episcopum præposituram cum Episcopatu habere, cui difficultati nonnulli respondẽt Abbatiam illam esse vnitam Episcopatui, argumento textus in *cap.* 1. *ne sede vacante*; sed verius est dicendum Ecclesiam illã Cathedralẽ Dulmensem esse monasterij, cuius canonici erant monachi regulares ordinis Sãcti Benedicti, vt cõstat ex *extrauagãti* 1. *de officio ordinarij inter cõmunes*, & sic tales monachi possunt appellari canonici, *c.* 2. & glossa ibidem 6. *dist.* & illis pertinet ius eligendi Episcopũ eundemque Abbatem, vt notat *Cuiac. i. postlimineis* ad eundem textum merito cũ non sint diuersæ, & separatæ dignitates iustã de causa possunt ibidẽ ab vna eadẽque persona obtineri, vt bene considerat *Abb.* ibidem *num.* 8. & post eum *Cuiacius* vbi supra.

8 Sexto, obstat text. *in c. super eo* 6. hoc tit. *lib.* 6. vbi asseritur clericũ posse obtinere plures personatus, vel dignitates, & præbendã parrochialẽ etiã animarũ curã requirẽtẽ quo in dubio respondendũ est Bonifaciũ ibi tũmodo asserere clericũ posse obtinere præbendã cum personatu. Nec obstabit si dixeris textum illũ loqui de pluribus personatibus in plurali numero quia ibi Põtifex à pluribus Ecclesiæ canonicis interrogatus, & cõsultus fuit, ideoque pluribus respondit, notat *glos.* ibidem verbo *personatibus*. Nec etiã obstabit si instes dicendo clericum ibi triplicem dignitatem obtinuisse, præbendã, videlicet personatum, & & beneficium curatum; nam ibi personatus, & præbenda idẽ significãt, & beneficium curatum annexũ erat dictæ præbendæ, quod incõpatibile nõ dicitur, argumẽto text. in *c. extirpandæ* §. *qui vero*, hoc titulo *cap. petisti* 34. eodẽ titulo: ratio est, quia accessorium sequitur naturã sui principalis, vt cõstat ex dictis iuribus nuper traditis, & beneficium alteri incorporatum non admittit notã, nec beneficij nomen; siquidẽ portio accrescens conuertitur in naturã rei, cui accrescitur *cap. decimas*, versic. *quod autẽ* circa finẽ 16. *q.* 1. *Concilium Trident. sessione* 24. *de reformatione*, c. 18. *cap. extirpandæ* 30. §. *qui vero* cum similibus hoc titulo, *l. si ex facto, ff. de legatis* 1. notat *Petrus Gigas in tract. de beneficijs*, *cap.* 20. *num.* 1. *Oxeda*, vbi supra, *cap.* 3. *num.* 11. *Barbos. in collect.* ad textum in dicto *cap. super eo* hoc titulo *lib.* 6. *num.* 4. & 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 Septimo prædictis obstat illa facilis textus in *Clementina finali* huius tituli, ex quo deducitur nõ esse licitum obtinere duas præbendas, etiã annexas in eadem Ecclesia; siquidẽ siquis obtinuerit dignitatẽ, vel præbendam, & postea assecutus fuerit Archidiaconatũ etiam annexũ præbendæ, vacat præbenda ipso iure; cui dubio respondendum est cum glossa ibidem verbo, *vacauerit*, dum asserit ius Pontificium plus aborrere, quod quis habeat duas præbendas, sub eodem tecto, vel in vna Ecclesia, iuxta textum in *cap. 1. de consuetudine, lib. 6.* quam duo curata in diuersis Ecclesijs per viam vnionis, quia in primo casu inordinata cupiditas est ad obtinenda Ecclesiastica beneficia; tum etiam quia bona Ecclesiastica facilius ab vno disparentur, at vero in dicto *cap. super eo* clericus non obtinebat duas præbendas, sed vnam, cui erat annexum beneficium curatum: notat *Francus* in *cap. 1. de concessione præb. lib. 6. Oxeda* plures differentiæ rationes refert, vbi supra 1. *parte, cap. 20. num. 1.*

10 Octauo, aduersus ea, quæ refert textus noster, in vehiculo, *tos euidentius*, dum asserit, quod obtinens beneficium ecclesiasticum, hanciscatur aliud simile incompatibile, amittit primum ipso iure, iuxta textum in *cap. cum inuctis, 9. 1. cap. audiuimus 54. de electione, cap. ordinarius de officio ordinarij lib. 6. Concilium Tridentinum, sessione 6. de reformatione, cap. 4. & 5. & sessione 24. cap. 15.* obstabit textus in *cap. referente 7. cap. præterea 14.* hoc titulo, *cap. eam te 4. de ætate, & qualitate*, quibus in iuribus cauetur, quod clericus beneficium habens si aliud simile fuerit assecutus, poterit vnum, quod voluerit eligere, seu retinere, & alterum dimittere: ergo non vacat primum ipso iure, cùm ei competat electio, quod dubium, vt diluamus animaduertere oportet in iure nostro pro varietate temporum, varias, & diuersas fuisse constitutas pœnas circa pluralitatem beneficiorum; nam priscis Ecclesiæ sæculis beneficiorũ pluralitas nominatim prohibita nõ erat, sed per consequentiam, & interpretationem, vt cõstat, ex textu, in *cap. 1. cap. clericum 21. quæst. 1. cap. vnum Abbatem* eadem *causa, & quæst.* sed cum interdictio in illis iuribus sine adiectione pœnæ facile contemni soleret, ideo Alexader 3. qui Ecclesiæ guuernationem suscepit anno Christi 1160. duplicem pœnam cõtra pluralitatem beneficiorum promulgauit, primam, vt recipiens secundam dignitatem, vel Ecclesiam Parrochialem eam amitteret, secundam vt is, qui dedit, largiendi potestate priuaretur, & emanauit ex Concilio 3. *Lateranensi 1. parte cap. 13.* celebrato sub eodem Pontifice Anno 1180. relato in *cap. quia nonnulli de clericis non residentibus*, de quo fit mentio in nostro *cap. de multa* in principio, secundum tempus fuit in quo cauebatur, vt promoto optio, & electio retinendi vnam, quam voluerit concedebatur, de quo mentio habetur in dicto *cap. referente 7.* hoc nostro titulo cum alijs, supra in argumento adductis, *cap. quia in tantum 5. cap. ad hæc.* hoc nostro titulo, quibus decisionibus successit decretum Concilij *Lateranensis 4. cap. 29.* sub Innocentio 3. celebrato Anno Domini 1215. quod extat in nostro *cap. de multa*, in quo statuitur, vt si habens beneficium curatum vel præbendam, & aliud simile, vacet primum ipso iure, vt latius in eo cauetur, ex quibus omnibus iam diluitur dubium supra adductum, notant *Oxeda*, & *Gonçalez* locis supra citatis.

11 Nono, solutioni obstat textus in *cit. cap. gratia 7. de rescriptis lib. 6.*; vbi Bonifacius statuit, eum qui duo beneficia, quæ de iure obtineri nequeunt assecutus est, habere electionem retinendi, quod maluerit, aliud que dimittendi, quod sane durum est, cum ille Bonifacius 8. multis temporibus post Concilium Lateranense floruisset. Pro cuius difficultatis solutione, atque aliorum intelligentia iurium, animaduertere oportet differentiam esse constituendam inter incompatibilitatem, quo ad titulum, & incompatibilitatem quo ad retentionem: incompatibilitas, quo ad titulum tunc datur quando beneficia ita non patiuntur, vt post consecutum titulum secundi beneficij cõtestim iure ipso vacat titulus primi beneficij veluti in duobus curatis, vel duplici personatu, & dignitate; etiam in diuersis Ecclesijs, vt in nostro, *cap. de multa cap. 1. de consuetudine lib. 6. Clement. final* hoc titulo *Clement. 1. de officio Vicarij*: incompatibilitas vero quo ad retentionem illa est, quando concurrunt duo beneficia, quæ quanuis à iure prohibeantur, per vnum eundemque clericum detineri, non tamen vacant ipso iure, sed de facto detineri poterunt; quo vsque vnum eorum possessor elegerit, vel inuitus dimittat iuxta textũ in *cap. literas de concessione præbendæ, cap. referente, cap. præterea.* hoc nostro titulo: nam cum textus noster non generaliter neque absolute discernat vacare primum beneficium per ademptionem secundi, sed dũtaxat loquatur de duobus curatis, vel dignitatibus, non videtur derogare decisionem textus in dicto *cap. referente*, & similium in cõcursu aliorum beneficiorum simplicium præter expressa in nostro *cap. de multa*. Argumento textus in *l. præcipimus, C. de appellat.* Notat *Flaminius* dicto *lib. 3. quæst. 1.* ex *num. 132.* cum traditis à *Garcia* in dicto *cap. 5. num. 65.* Nec obstat textus in dicto *cap. gratia 7. de rescriptis lib. 6.* nam ideo ibi is, qui gratiam à Pontifice de beneficio fuit consecutus, liberatur à vitio subreptionis; etiam si de alio incompatibili mentionem non fecisset; quia sibi absenti, & ignoranti per Episcopũ collatio fuit facta, & ideo facultatem eligendi habet; nam nostri textus decisio procedit in eo, qui certus est de primo beneficio obtento: notat *Ancarranus*, & *Francus*, ibidem, *num. 4.* cũ traditis à *Barbos. in collect.* ad eundem textum *num. 2.*

12 Decimo, prædictis obstat textus in *cap. ordinary 3. versic. in conferendis de officio ordinarij lib. 6.* vbi si obtinenti per dispensationem duo beneficia curata, vel personatus ab ordinario aliud simile conferatur, hæc vltima collatio est nullius momenti: ergo per eam non vocat prior ipso iure cum non præstet impedimentum, quod de iure non sortitur effectum *cap. non præstat, de regul. iuris lib. 6.* qua consideratione motus *Franciscus Belcel* antiquus expositor tenebat in dicto *cap. ordinary* per invalidam assecutionem tertij non vacare priora antea non resignata; vt in dicto *cap. ordinary*, cius interpretatio cõuincitur, ex eo quia nouum nõ est in iure vacare primũ beneficiũ per invalidam, & iniustam occupationem secundi, iuxta textum in *cap. cum qui 18.* hoc titulo siquidem non debet esse melioris conditionis inuasor, quam iustus possessor, vt in eodem textu constat, merito dicendum est, quod forte ad instar illius textus potuit Gregorius Decimus statuere in dicto *cap. ordinary*, quod si dispensatio præcedens non concedat facultatem habendi hoc vltimũ beneficium cum antea obtentis, collatio vltima non teneat, sed non impedit quo minus similiter amittat prio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

priora, temere secundum consequẽdo; merito in specie illius textus collatio illa nulli' momẽti est, scilicet, respectu sui valoris, licèt operetur etiam amissionem priorum beneficiorum, non quidem propter delictum, vt in dicto *cap eum qui*, sed propter dispensationem, quæ odiosa est, *cap.* 1. in fine *de filys presbyterorũ*; nec hoc mirum est, cum facilius amittatur, quod competit per priuilegiũ, quam quod de iure communi competit, *l. eius militis, §. militiæ, ff de testamento militis.* Notat *Geminianus* in dicto *capit. ordinarij. Nicolaus Garcia*, vbi supra 5. *parte, num.* 169.

13 Vndecimo, prædictis obstat textus in *cap. Ecclesia Vestra* 57. *de electione*, vbi constat posse quenquã esse canonicum, & Cardinalẽ, quod est omnino cõtra *Concilium Trident. sesione* 24. *de reformatione, cap.* 17. vbi Sancta Synodus interdictu hoc pluralitatis in personis quibuscunque obseruari iubet etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, vt sentit, *Dueñas regula* 91. *ampliatione* 3. *Oxeda* dicto *lib.* 1. *cap.* 2. quæ iura ad concordiam reduces, si dixeris textum in dicto *cap. Ecclesia Vestra de electione* solum referre Cardinalem esse canonicum; non vero probare vtrũque esse compatibile de iure communi, siquidem potuit fieri cumulatio illa ex dispensatione, sicut etiam posset ex eadem dispensationis causa concurrere Cardinalatus cũ Episcopatu, de quo in illo textu. Vlterius, nam quanuis de iure liceret Cardinali canonicatum simul obtinere, nõ tamen inde infertur potuisse idem procedere in Episcopatu, nam canonicatus est beneficiũ simplex non habens curam animarum: at Episcopatus illam profecto habet, & quanuis etiam in canonicatu requiratur residentia, poterit tamen in eo de iure communi dispensatio dari, quando constat canonicũ esse in seruitio Episcopi, vt supra diximus in *titulo de clericis non residentibus cap.* 3.

14 Duodecimo, obstat textus in *extrauaganti execrabilis*, versic. *Cardinalibus*, hoc titulo, vbi excipiuntur Cardinales, vt sub prohibitione nostri textus, non compræhendantur, verum respondendum est textum illum non affirmare licere Cardinalibus de iure cõmuni plura beneficia, vel dignitates obtinere, sed duntaxat quod in reuocatione dispensationum, quæ ante dictam extrauagantem fuerat factæ circa plurium beneficiorum obtentionẽ, nõ compræhendantur Cardinales, qui antea plura beneficia ex dispensatione obtinebant, sed deinceps cõpræhendantur, vndé textus ille potius confirmat, quam infirmat nostri textus sententiam.

15 Decimo tertio, obstat tex. in *cap. ex literis* 3. *de probationibus*: ex quo deducitur Episcopum canonicalem præbendam simul cum Episcopatu posse obtinere, quod est omnino contra nostri textus sententiã, & decisionem textus in dicto *capit. cum inuctis, §.* 1. *de electione*, ex quo apparet per ademptionem Episcopatus vacare beneficia omnia si semel promoti sunt. Cui dubio respõdendum est, textum nostrum, & textum in dicto, §. 1. procedere attento iure communi, at vero textum in dicto *capit. ex literis* de iure speciali veluti ex dispensatione, vel priuilegio Pontificis, aut saltim de consuetudine, notat *glossa* in *cap. postulasti*, versic. *nisi forte*, & in *cap. cũ in nostris*, versic. *nos Vero de concessione præbendæ cap. cum Ecclesia* 25. hoc titulo *lib.* 6. notat *Doctor Balboa* in dicto *cap. ex literis de probationibus, num.* 13. & ita simiiter est interpretãdus textus difficilis in *capit.* 1. *ne sede vacante*. Vbi vnio

vnio duorum Episcopatuum simul & Abbatiæ fuit facta Pontificis auctoritate interueniente, notat glossa verbo *dissolueretur religio* in dicto *capit.* 1. *Cuiacius in recitationibus* ad eundem textum. Nec obstabit si instes Abbatiam in Episcopatum erigi nõ posse ex textu in *capit. hinc est* 39. 16. *quæst.* 1. quia respondendum est in specie illius textus id specialiter cautum fuisse à Beato Gregorio contra Abbatem Cenodochij, nẽ forte occasione Episcopatus Abbatia illa aliquid detrimenti pateretur; vt ex litera illius textus constat, notat *glossa* verbo *nunquam* & verbo *detrimentum* in dicto *cap. hinc est* 16. *quæst.* 1.

16 Decimo quarto, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes videlicet beneficium, non vacare ipso iure per adeptionẽ, vel collationem, secundi, sed tantum per pacificam possessionem, *cap. si tibi concesso* 26. *cap. licèt Episcopus* 28. hoc titulo *lib.* 6. *Clement. si plures*, hoc titulo. *Clement. gratiæ de rescriptis*, & textus noster ita intelligendus in versiculo *quicunque receperit aliquod beneficium*: obstabit textus in *cap. cum nostris* 6. *de concessione præbendæ*: vbi cum dignitas præposituræ cuidam Episcopo fuisset concessa, & pacifice possessa ab eodem, præcipitur illi, vt Episcopatum dimittat; atque resignet, quod argumentum est non vacare Episcopatum ipso iure, sed respõdendum est id procedere specialiter in Episcopatu, qui vacare nequit ipso iure per adeptionem alterius dignitatis, absque speciali Pontificis licentia, *cap.* 2. *de translatione Episcopi*, vnde in dicto *cap. cum nostris* in Principio, quando præpositus Lausanensis fuit electus in Episcopatum eiusdem Ecclesiæ, & in eadem consecratus, vacat ipso iure præpositura; cum vero postea Episcopus iterum ad præpositurã assumptus est, non vacat ipso iure Episcopatus propter vinculum spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam contractum, quod nisi auctoritate Pontificis dissolui non potest ex dicto *cap.* 2. *de translatione Episcopi*: notat *Abb.* in dicto *cap. cum nostris, num.* 4. *Oxeda* dicto *cap.* 4. *num.* 12.

17 Decimo quinto, prædictis obstat textus in *cap. eum qui* 18. *h. t. lib.* 6. vbi cõstitutum est, quod etiam si clericus secundi beneficij non adipiscatur pacificam possessionem, nihilominus beneficia priora, quæ antea obtinebat ipso iure vacant. Cui dubio respondendum est, id quadam ratione specialj in specie illius textus fuisse constitutũ ad coercẽdã malitiã illorũ, qui contra sacrorũ canonum statuta beneficia iniuste occupant, ne fiat iniusti beneficiorum inuassores, & melioris conditionis, quam iusti possessores iuxta textum in *cap. quanuis*, hoc titulo *lib.* 6. quod etiam erit dicendum, si in impetratione literarũ primũ tacuit, nisi ex motu proprio id fiat, *cap. si motu proprio* 23. hoc titulo *lib.* 6. plures refert *Barbos. in collect.* ad textum in dicto *cap. cum qui num.* 3.

18 Decimo sexto, contra vltimam nostri textus partem, obstabit dicere, quod beneficiorum pluralitatis prohibitio à iure diuino proue nire videtur ex illo *Matth. cap.* 6. ibi *nemo potest duobus dominis seruire, c. clericos* 21. *q.* 1. sed Sũmus Pontifex dispensare non potest contra legem naturalem, & diuinam, *§. sed naturalia instit. de iure naturali capit. sunt quidam dicentes* 25. *q.* 1. ergo nõ potest dispensare cũ nobilibus, & literatis ad plura beneficia incõpatibilia obtinẽda, sed huius dubij solutio pẽdet ex illa difficili quæstione, scilicet an hæc prohibitio pluralitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficiorũ proueniat à iure diuino, vel positiuo, & verius est dicẽdũ à positiuo tantũ prouenire, & cõstat ex eo: nam si iure diuino proueniret Summus Pontifex non posset dispensare in pluralitate argumento textus in dicto *cap. sunt quidam dicentes*, & tamen constat ex textu nostro dispesare posse; deinde quia nec consuetudo in contrarium contra illud ius diuinum admitteretur iuxta textum in *cap. final de consuetudine*, & tamẽ admittitur, vt quis ex vi cõsuetudinis possit plura beneficia obtinere iuxta textum in *cap. 1. de consuetudine lib. 6.* præterea quia non potest pluralitatis beneficiorũ prohibitio antiquior esse, quam beneficia ipsa, vt recte considerat *Filiutius 3. tomo tract. de benefi ijs, cap. 7. num. 2.* rursus, quia omnia iura quæ de prohibitione beneficiorum mentiõnem faciunt, eam tribuunt sacris canonibus, vt in *cap. quia nonnulli de clericis non residentibus*, & in nostro *cap. de multa* versic. *sacrorum canonum Cõcilium Trident. sessione 24. cap. 17.* versic. *sacris canonibus*: notat *Baronius Anno Christi 502. Espondanus* ad eundem *num. 6. Cardinalis* in *Clement. gratiæ de rescriptis numero 12.* Nec obstat illa Diui Mathæi auctoritas, quia in sensu literali, ibi non probatur illam beneficiorum pluralitatis prohibitionem à iure diuino prouenire, quãuis in sensu morali ad id adaptetur; nec ex inde dici potest, illam prohibitionem ex illo dimanare, siquidem tantum id de iure diuino dicitur, quod in sensu literali extat, non in morali: notat *Diuus Thomas 1. parte, quæst. 1. art. 2.*

19 Decimo septimo, contra hanc vltimam nostri textus partem obstabit, *Concilium Tridentinum* dicta *sessione 24. cap. 17.* versiculo *illi vero quibuscunque dispensationibus non obstantibus*, vbi omnis dispensatio in beneficiorũ pluralitate prohibita est, sed respondendum est, per illud Tridentini decretum non esse abrogatam nostri textus decisionem, nec sublatam Pontificis facultatem dispensandi existente iusta causa: nam Tridentinum ibidem duntaxat voluit irritare dispensationes obtentas, & existentes tempore promulgationis illius Concilij; non autem concedendas ex post facto interueniente iusta causa, de qua in textu nostro, quæ interpretatio colligitur ex eodem Concilio *sessione 7. de reformatione, cap. 5.* vbi dispensationes ad plura beneficia legitime concessas obseruare constituit approbans constitutionem Gregorij 10. in *cap. ordinarij de officio ordinarij lib. 6.* notat *Cenedus dicta collect. 150.* ad finem, *num. 2. Oxeda* dicta *2. parte cap. final num. 84. Espino de testamentis glossa 3. num. 75. Barbos. in collect.* ad nostrũ textum *numero 11.* cum sequentibus.

De clerico ægrotante, vel debilitato Titulus VI.

Ad textum in cap. cum percussio 1. cap. tua 4. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Clerico ægrotanti beneficia integra debentur.*
2 *Percussio corporalis, vel pro purgatione, vel vindicta ex Dei iudicio prouenire solet.*
Afflictis non est danda afflictio.

3 *Pœ-*

Pœna duplici quis puniri non debet.
3 *Exponitur textus in cap. de rectoribus 3. de clerico ægrotante.*
4 *Clericus infirmus ex legitima iuris interpretatione residere intelligitur.*
Impossibilium nulla est obligatio.
5 *Explicatur textus in cap. qui partem 6. cap. si quis à medicis 7. 55. di stinct.*
6 *Declaratur textus in cap. cum percussio 1. de clerico ægrotante, vel debilitato.*
7 *Clerici non residentes beneficio priuantur.*
8 *Merces non debetur nisi sequatur causa ob quam promittitur.*
Salarium non est præstandum famulo infirmo.
Aduccato infirmo salarium debetur.

1 CONCLVSIO. Fructus beneficij debentur integræ clerico ægrotanti, consonat textus in *capit. 1. capit. tua 4.* hoc titulo. *Cap. vnico* eodem titulo *libro 6. c. cũ percussio 7. quæst. 1. cap. indicas 3. quæst. 9. cap. ad eius verò distinct. 5. cap. ad audientiam de clericis non residentibus, cap. vnico* eodem titulo *lib. 6. cap. super specula de magistris, cap. 2. de priuilegijs lib. 6. cap. si quis insaniens 15. quæst. 1.* comprobari etiam potest ex textu in *l. 1. §. diuus ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, l. aduocationis, ff. de conditione ob causam dat. l. arboribus, §. de illo, ff. de vsufructu, l. 7. ff. de vsufructu legato l. 4. §. Sthicus, ff. de statu liberis, l. libertus 15. l. hæc operæ 23. §. 1. ff. de operis libert. Concilium Tridentinum sessione 23. de reformat. cap. 1.* exornant *Couar. lib. 3. variarum, cap. 13. num. 8. Oxeda de incompatibilitate beneficiorum parte 1. cap. 17. num. 15. Gutierrez canonicarum quæstionum lib. 1. cap. 1. pag. 137. Moneta de distrib. quotidi. parte 2. quæst. 5. num. 6. Duenas regula 206. limita. 7. Selua de beneficijs, 4. parte, quæst. 6. num. 9. Paulus Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 20. num. 26. Cutacius in postbumis* ad hunc textum, *Rebuffus in praxi benefic. lib. 2. titulo dispensat. de non residendo, num. 27.* Idem *in regula de infirmis glossa 4. num. 47. Soto lib. 10. de iustitia quæst. 3. art. 6. Paludanus in 4. distinct. 15. quæst. 5. Nauarrus in cap. si quando de pœnitentia distinct. 1. notabili 18. Açor inst. moralium parte 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10.* cum sequentibus, & traditis à *Cenedo in collect. ad sextum collect. 15. num. 8. Barbos. in collect.* ad nostrum textum, *num. 1. & 2.*

2 Ratio est, quia cum percussio corporalis immineat vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, & id Dei iudicio sit reseruandum, & cum afflictis non sit danda afflictio *cap. cum percussio 7. quæst. 1. cap. ex parte* infrà hoc titulo, *capit. licèt 4. de censibus*; *l. Diuus Marcus* in principio, *ff. de officio præsidis, l. si idẽ ff. de iurisdictione omnium iudicũ*, nec duplici damno, & pœna quis affici debeat, *l. si pecuniam §. sed si acceperit ff. de conditione ob causam da.* Imo miserendum est ipsius miseriæ, iusta de causa clerici infirmi integræ percipiunt fructus sui beneficij, cũ ægrotantes interpretatione iuris residere videantur, & officio suo inseruire dicto *cap. ad audientiam de clericis non residentibus, cap. vnico* eiusdem tituli *lib. 6.* argumẽto textus, in *l. cum hæres* versiculo *sed si quibusdam*, & *glossa* verbo *imputandi, ff. de statu liberis*, atque ideo, ac si re vera residerent fructus beneficij percipiunt, *cap. super specula de magistris, cap. 2. de priuilegijs lib. 6.* cum à simili obligatione ius ipsum ægrotãtem liberet, dicto *capit. ad audientiam* dicto *capit. vnico* siquidem per se non stetit quominus resideret, atque ideo perinde habetur, ac si officium sibi iunctum impleret, *cap. nuper* in fine *de vigamis, cap. cum non sit de regul. iuris lib. 6.* nam si ægroti à fructibus priuarentur, forsan contingeret, vt eorum exemplo cæteri perterriti, nullus reperiretur, qui in Ecclesia militaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

taret, vt docet *Greg.* in nostro *cap. 1.*

3 Primo, obstabit textus in *cap. de rectoribus* in fine infra hoc titulo vbi clerico ægrotanti dumtaxat cõgrua portio ad sustentationem assignatur: ergo non integre fructus percipit, cui dubio respondendum est, textum nostrum procedere in ægroto, qui nullum coadiutorem habet, qui integre fructus sui beneficij percipit; secus in eo, cui adiutor est datus, vt in dicto *cap. de rectoribus*, vtriusq; ratio discriminis est, quia in præsenti erat temporalis corporis imbecilitas; ibi vero perpetuus lepræ morbus, quare dumtaxat coadiutor permittitur, *capit. vnico* hoc titulo *lib. 6.* merito enim cum illa portio, quæ coadiutori assignatur, debeat detrahi ex ipsis Ecclesiæ facultatibus, iusta de causa clericus ægrotus, cui adiutor est assignatus integre sui beneficij fructus nõ percipit, notat *Ritius in praxi rerum fori Ecclesiastici decisione* 564. *Açor inst. moralium parte 2. lib. 3. cap. 2. quæst. 9. Suarez de censuris, tomo 5. disp. 51. sect. 2.* ad finem *Barbos.* plures referens in *collect. ad textum* in dicto *cap. de rectoribus, num. 3. & 4.* idem *de officio & potestate Episcopi parte 3. allegatione* 63. *num. vltimo.*

4 Secundo, solutioni obstabit dicere, scilicet nullam fructuũ portionem ægroto deberi; siquidem beneficium Ecclesiasticum pro officio, & seruitio spirituali tantum sit debitum, *cap. final de rescriptis lib. 6. cap. concesso 12. quæst. 2. cap. cum secundum Apostolum de præbendis*; ergo ægrotus Ecclesiæ non seruiens fructus nullos poterit percipere: cuius dubij solutio pendet ex decidendi ratione supra adducta, siquidẽ infirmus ex benigna iuris interpretatione residere intelligitur, & non debet esse deterioris conditionis, quã is, qui re vera personaliter residet, cum idem operetur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero *l. lex Cornelia ff. de vulgari, l. si filius familias, ff. de rebus creditis*, cui enim residentiæ fingendæ causam præstitit, quod per se non stetit quo minus resideret, siquidem impossibilium nulla est obligatio, *cap. nemo* cum vulgatis *de reg. iuris lib. 6.* Vnde habetur, ac si officium sibi iniunctum implesset dicto *cap. nuper* in fine *de vigamis* dicto *cap. cum non sit de reg. iuris lib. 6.* hoc adeo verum est quod etiã si sua culpa, & causa in morbum incideric, distributiones quotidianæ, & fructus beneficij ei debentur, notat *Couar. lib. 3. Variarum, cap. 3. num. 81.* dum tamen in sanitate soleat chorũ frequentare: notat *Açor inst. moralium parte 2. lib. 7. quæst. 10. Moneta*, & *Cenedus* locis supra citatis *August. Barbos. in collect. ad hunc textum, numero 3.* Nec huic sententiæ obstabit si dixeris in doctrina supra adducta ægrotum ex sua malitia, & propria culpa commodum reportare contra regulã textus in *cap. intelleximus de iudicijs, l. cum hi, §. siquis, ff. de transactionibus* & ita delictum personæ redundare in detrimentum Ecclesiæ aduersus textum in *cap. si Episcopus 16. quæst. 6. capit. delictum 76. de reg. iuris lib. 6.* quia respondetur illud in firmitatis impedimentum, vt cunque contingat à Deo illatum dici iuxta textum in dicto *capit. cum percussio 7. quæst. 1. cap. quos Deus 33. quæst. 2.* notat *Couarr.* vbi supra *Cicero. lib. 3. de natura Deorum* in fine, & *lib. 2. de legibus.*

5 Tertio, solutioni stat textus in *cap. qui partem 6. c siquis ame dicis 7. cap. siquis pro ægritudine 55. distinctione*, in quibus iuribus cauetur quod clericus, qui culpa sua ægrotus, & infirmus factus est non solum ab officio, sed etiam à beneficio est priuandus, augetur difficultas ex eo quod

quod is qui officio priuatur, itidem, & beneficio priuatus censetur, iux ta textum in *cap. siquis sacerdotum 81. distinct.* sed ægrotus officio priuatur, *capit. tua nos, capit. ex parte*, infra hoc titulo: ergo & beneficio priuari debet, pro quorum iuriũ interpretatione prænotandum est, multũ referre an quis absque sua culpa casu fortuito propter morbum suspensus efficiatur, an vero propter culpam, simul & delictum ægrotus fuerit factus: nam in primo casu, & si ab officio remoueatur, non tamen eo ipso pariter à beneficio priuatur & ita obtinet textus noster; secus in secundo veluti si partem cuiuslibet digiti ipsi volens abscindit; nam in illis casibus veniam meruit, etiã si eius culpa absque delicto prouenial, in eo enim casu voluntas, & culpa est iudicanda, quæ simul ex delicto prouenit, & in eo loquitur textus in dicto *cap. qui partem, cap. siquis sacerdotum* cum similibus supra adductis; si vero culpa, & delictum fuerit leue tunc non ob officij suspensionem, ei auferetur beneficium, *cap. 2. de purgatione canonica*, notat *glossa* verbo *suspensi* apud finem in *Clementina cupientes de pœnis Cardinalis Zabarela*, ibidem *num. 8.*

6 Quarto, obstabit dicere, quod si ob aliquã rationẽ in præsenti clericus infirmꝰ fructus perciperet, ea esset præcipua quia adeo impeditus erat, vt domi detentus non potuerit ministerijs Ecclesiasticis subseruire, sed ex litera nostri textus cõstat canonicũ illum personaliter ad Romam, & Pontificem deuenire: ergo cum nullo morbo fuisset detentus ex defectu seruitij fructus nullos percipere poterat, quam difficultatem præsensit *Abbas* in præsenti *numero 7.* cui similiter respondit quod infirmitas illa talis esse poterat, quæ impediret deseruire Ecclesiæ, non tamen de ambulare, veluti si forte officium linguæ amississet, quam interpretationem sequitur *Imola* in præsenti *num. 2.* sed conuincitur, quia diuinatoria est, quare ea reiecta verius dicendum existimo, canonicum in præsenti post restitutam salutem detulisse quærelam ad Pontificẽ ex eo, quod sibi infirmo fructus beneficij fuissent denegati, atque ideo licet personaliter comparuerit coram Romano Pontifice, nihil impedit, cùm antea præcessisset infirmitas, & fructuum ablatio.

7 Quinto, prædictis obstabit dicere, quod clerici non residentes beneficio priuãtur, *ca. 2. c. quia nõ nulli, cap. relatum, cap. conquerente, capit. ex tuæ, capit. Vltimo de clericis non residentibus*: at obligatio residendi prouenit à iure diuino: *Ioannis capit. 10. Matth. 16. capit. per venerabilem, qui filij sint legitimi Concilium Tridentinũ sessione 23. de reformatione, capit. 1.* cui Pontifex non derogat, *capit. sunt quidam dicentes 25. quæstione 1.* ergo nulla causa, etiam per Pontificem approbata nempe infirmitatis excusat à residendi obligatione, ac per consequens si non residet, etiam propter infirmitatem, non poterit fructus beneficij percipere: cui difficultati respondendum est, quod licèt controuersum sit, an residentia à iure diuino prouenial, vt supradiximus in titulo *de clericis non residentibus*, quanuis Pontifex ius diuinum, non abroget ex dicto *capitis sunt quidam dicentes* tamen ex iustis causis illud interpretari poterit, *capit. in omni negotio de restitutis, cap. præsul 7. quæst. 5.* quæ quidem potestas interpretandi iuris diuini continetur sub potestate clauium, quam immediate Dominus noster Diuo Petro, & successoribus concessit. *Clement. vnã sanctã de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

maioritate, & obedientia, vnde cum Pontifex Dei potestate vtatur, & eius Vicarius sit *capit. inter corporalia de translatione Episcopi*, poterit diuinam legem interpretari, vt sic impeditus morbo per substitutum inseruiat, & integros fructus beneficij, ac distributiones adquirat, licèt personaliter non resideat, vt constat ex iuribus, & rationibus supra in confirmationem nostri textus adductis.

8 Sexto, obstat textus in *l. si vno 4. §. item cum quidam, ff. locati* dum generaliter probat non deberi mercedem nisi sequatur causa, ob quam promittitur, quod in omnibus personis obseruandum esse Papinianus asserit, ex cuius decisione *Couar.* vbi supra *num.* 8. plures referens asserit salarium non esse præstandum famulo infirmo, cui sententiæ conuenit *lex Regia 44. titulo 14. partita 5.* sed clericus Ecclesiæ seruit, & fructus, qui mercedis loco sunt ei propter seruitium dantur dicto *cap. cum secundum Apostolum* cum vulgatis de præbendis: ergo quèadmodum famulo infirmo denegatur salarium, sic similiter clerico ægroto denegari debet; verum huic dubio dicèdum est in themate proposito, plurimam differentiam versari inter clericum, & famulum; nam clerico non tantum ob laborem personalem, sed etiam propter officium, & dignitatem fructus debentur, qui si ob morbum fuerit impeditus, quo minus possit ministerio Ecclesiastico assistere, ei subuenitur, & fructus percipit; quèadmodum etiam aduocato infirmo salarium debetur, *l. 1. §. Diuus ff. de Varijs, & extraordinarijs cognitionibus, l. aduocationis, ff. de conditione ob causam data.* Vt sic reperiantur, qui officium aduocati militare studeant, ex nostri textus ratione, siquidem causarum patroni militare dicuntur, *l. aduocati 4. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum.* Notat *Speculator lib. 1. titulo de salarijs, §. 3. num. 9. Seuastianus Medicis de fortuitis casibus 2. parte q. 6. num. 16. Couar.* vbi supra *num.* 8. famulo autem merces pro seruitio præstatur, cùm operas suas locare videatur, quibus non secutis merces non debetur iuxta textum in *l. si pecuniã, ff. de cõditione ob causam data, l. 44. titulo 14. parte 5.* Nec solutioni obstat textus *in l. 1. §. Diuus, ff. de Varijs & extraordinarijs cognitionibus, l. 4. §. Si cui si haredi, ff. de statu liber. l. qui operas 38. ff. locati*, quorum commentaria omitto, & remitto ad ea, quæ late scripsit *Couar. lib. 3. Variarũ cap. 13. num. 8.* videndus est etiam textus in *l. si libertus 15. l. hæc operæ 23. §. 2. ff. de operis libertorum.*

Ad textum in capit. de rectoribus 3. capit. tua nos 4. cap. ex parte 5. cap. consultationib. 6. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Rector Ecclesiæ si sit leprosus, vel senio, aut valetudine corporali adeo grauatus, vt officium nequeat exercere coadiutor ei datur, qui possit eius curam gerere.*
2 *Beneficia omnia Ecclesiastica regulariter residentiam requirunt.*
3 *Declaratur textus in cap. tua nos 4. de clerico ægrotante, & conciliatur cum cap. de rectoribus 3. eiusdẽ tituli.*
4 *Iterum exponitur textus in dicto cap. tua nos 4. in fine cum cap. de rectoribus 3. eiusdem tituli de clerico ægrotante.*
5 *Ecclesijs duobus vnus præesse non potest, nec Ecclesia vna inter duos diuidi.*
6 *Matrimonij vinculum propter lepram non dissoluitur, nec separatio vsus quoad thorum fit.*

Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale.
Simile non est idem.

1 CONCLVSIO. Si rector Ecclesiæ sit leprosus, vel senio, aut valetudine corporali adeo perpetuo grauatus, vt officium suum nequeat exercere, coadiutor ei datur, qui possit eius curã gerere, cõsonat textus in dicto *cap. de rectoribus 3. cap. tua nos 4. cap. ex parte 5. cap. consultationibus 6. huius tituli, cap 1.* eodem titulo, *lib. 6. capit. indicas 3. quæst. 9. capit. scripsit, cap. cùm percussio, cap. præsentium, cap. Pontifices, cap. quam sit 7. quæst. 1.* comprobari etiam poterit ex textu in *cap. 1. cap. presbyterum 2.* hoc nostro titulo *cap. licet 4. de censibus* iuncta eius *glossa cap. grandi 2. de supplenda negligentia prælatorum lib. 6. Concilium Trident. sessione 25. de reformatione, cap. 7. l. 4. §. Stichus ff. de statu liberis, l. in rebus §. possunt ff. commodati l. 1. & 2. C. qui morbo se excusa. lib. 10. l. 18. titulo 16. partita 1.* Exornant *Petrus Gregor. lib. 5. partitionum iuris canonici, cap. 6. Seuastianus Cæsar de Ecclesiastica Monarchia, quæst. 1. præmia 1 §. 4. num. 18. Gonçalez* in *regula 8. Cancelariæ glossa 5. §. 9.* in principio. *Henrriquez in summa lib. 4. de irregularitate, cap. 8. num. 8. Escobar de ratiocinijs, cap. 28. num. 26. Ritius in praxi decisione 564.* aliàs *resolutione 494. Henrricus Both, in rub.* huius tituli, *num. 7. & Cerola in praxi Episcopali parte 1.* verbo *parrochia. §. 7. Azor instit. moralium parte 1. quæst. 9. Cenedus in quæst. canonicis, quæst. 1. num. 7. Hostiensis in summa* huius tituli, *§. & an propter August. Barbos.* plures referẽs *in collect.* ad hunc textum, & in iuribus supra in confirmationem nostrę conclusionis adductis, præcipue *de potestate Episcopi 3. parte allegat. 63. num. 12. & 13.*

2 Ratio est, quia cum regulariter omnia Ecclesiastica beneficia rẽ sidentiam requirant, *cap. tua nobis de verb. significatione, cap. clericos 71. distinct. cap. præterea, cap. quia in tantum* cum alijs de *præbendis, capit. quia non nulli, cap. conquerente*, & fere per totum *de clericis non residentibus* præcipue, cui hæret animarum cura, *Concilium Trident. sessione 23. de reformatione, cap. 1.* quibus sacramentorum administratio competit *cap. 1.* & per totũ *de parrochijs*, & diuini verbi prædicatio, *c. inter cætera de officio ordinarij*, qui sacrificia, & orationes pro populo Deo offerre debent *1. Regum cap. 12.* & cum is, qui senio, & morbo perpetuo, ac incurabili factus sit inutilis, & impeditus ita, vt sacrificia diuina ministrare, & suum officium impartiri non possit, iusta de causa ne absque pastore obes diffpergantur, ei datur temporalis coadiutor non perpetuus, nec cum futura successione, qui pro eo resideat, & ministret, ac officium exerceat, nec ex eo est priuandus suo beneficio, sed coadiutori ex fructibus beneficij congrua portio, & stipendium pro victu consignatur, notat *Suarez de censuris disput. 32. sectione 2.* apud finem, *Gonçalez* vbi supra *§. 9. num. 8. Augustinus Barbos. in collect.* ad hunc textum *num. 3.*

3 Primo, obstat textus in *cap. tua nos 4.* Huius tituli, ex cuius decisione apparet quod si sacerdos in Ecclesia parrochiali prælationis officio fungatur, & diuino iudicio lepræ morbo sit percussus ab administrationis officio adeo remoueri debet, vt tantum iuxta facultates Ecclesiæ sibi quàdiu vixerit, necessaria ministrentur: ergo propter morbum lepræ omnino prælatus ab Ecclesia remoueri debet, quod omnino contrarium refert textus in dicto *cap. de rectoribus*, siquidem ibi non in totum remouetur, sed tantum coadiutor ei assig-

Universidad de Deusto
Biblioteca

assignatur, in qua iurium contrarietate *Hostiensis in summa huius tituli, §. & hanc* asserit distinctionem esse adhibendam inter Episcopum, & parrochialem sacerdotem, ita vt primus (hoc est) Episcopus non remoueatur propter lepram ab officij administratione, sed tantum ei coadiutor detur, cum competenti portione reditum Episcopatus, & ita procedere textum in dicto *capit. de rectoribus*, quam interpretationem fundare videtur in illo verbo *rectoribus*, qui proprie prælati Ecclesiæ sunt, cum in Apostolorum loco successerint, *cap. in nouo 21. distinct.* Sacerdotem vero parrochialem propter lepram remoueri affirmat, & ita intelligendum esse textum in dicto *cap. tua nos 4.* huius tituli, cuius discriminis ratio est, quia Episcopus difficulter remouetur, *e. quanto, c. licet de trãslatione Episcopi cap. quanuis 3. quæst. 6.* inferiores vero clerici ex leuioribus causis remoueri possunt, *cap. pertuas* in fine *de simonia, capit. si Euangelica 55. distinct.* quæ ratio et si verissima sit, tamen interpretatio supra adducta manifeste cõuincitur ex textu in *cap. 1. & final* supra hoc titulo, quæ iura de inferioribus prælatis tractant, & ab administrationis officio non remouentur, sed potius adiutores eis assignãtur, quare hac, & alijs omissis verissimam esse existimo, quam refert *Abbas* in dicto *cap. tua nos 4.* huius tituli dum affirmat textũ illum afferere lepræ morbo laborantem remouendum esse ab administrationis officio, hoc est tantum ab administrationis exercitio, non tamen à iure prælaturæ, quod penes eũ remanere debet, cũius illud sit inseparabile à prælatura ipsa; repellitur autem ab officio quo ad actum, id est ab actuali exercitio, & officij administratione, quam exercet, & ei coadiutor datur vt ita infirmo, & populo prouideatur vt expresse cõstat ex dicta *l. 18. titulo 16. partita 1.* quam sequuntur, *Ioannes Andreas*, & alij relati à *Barbosa de potestate Episcopi dicta allegatione 63. num. 12. & 13. Suarez tomo 5. de censuris disput. 51. sectione 2.* apud finem idem *Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *cap. de rectoribus, numero 4.* in principio.

4 Secundo, adhuc solutioni obstat idem textus in dicto *cap. tua nos 4.* in fine huius tituli, dum ibi mandatur, vt necessaria dumtaxat dentur infirmo: ergo reliqua sunt in dispositione coadiutoris, quod omnino cõtrariũ refert textus in dicto *capit. de rectoribus 3.* huius tituli, siquidem ibi tantum statuitur congrua portio coadiutori, sed cæteri prouentus infirmo beneficiario relinquuntur, quem obicem, vt tollas sic distingue, videlicet, aut infirmitas perpetua adeo grauis est, vt non solum impediat administrationem in spiritualibus, verum etiam in temporalibus, & tunc coadiutor habet vtriusque administrationem, & debet dare congruam portionem infirmo, & congruam pro se retinere, reliquis fructibus in vtilitatem Ecclesiæ conuersis, in qua specie procedit textus in dicto, *capit. tua* in fine hoc titulo, *cap. penult. de clericis, non residentibus, cap. peruenit de appellationibus*, aut infirmitas solummodo eũ reddit impotentem in spiritualibus, quo casu cum officium coadiutoris ad temporalia non excedat, prælatus omnes redditus percipit, & dabit congruam portionem coadiutori, & ita est intelligendus textus in dicto *cap. de rectoribus 3.* huius tituli, vt aperte ex eius verbis colligitur, notat *Abbas*, ibidem *num. 5. & 6. Azor inst. moralium parte 2. lib. 3. cap. 2. quæst. 10. Barbos. in collect.* ad textum in dicto *cap. tua nos numero 4.* idem

idem *de potestate Episcopi parte 3. allegat. 63. num. 13.*

5 Tertio, conclusioni nostræ, & supra traditis obstabit sequens argumentum, videlicet, quod sicut non potest vnus duobus præesse Ecclesijs, *capite de multa de præbend. capite dudum* el *2. de electione, capite eam te de ætate, & qualitate*, nec vna Ecclesia duobus committi, *capite siquis, §. sicut autem 12. quæstione 2. capite sicut* eadem causa, & quæstione *capite maioribus, capite tuæ fraternitatis, capite nisi essent, capite 11. ante de præbendis*: ergo non recte coadiutor infirmo assignari poterit, sed hæc difficultas ex eo diluitur, si dixeris & si verũ imũ esse titulum vnius beneficij, vel Ecclesiæ inter duos diuidi non posse; poterit tamen eius administratio diuidi, ex quo constat vnam Ecclesiam duobus quo ad titulum committi non posse, & ita interpretandus est textus in dicto, *capite maioribus* cum similibus supra adductis, notat *glossa*, ibidem, *Abbas, Imola, & Rip.* in *capite cum M. numero 66. de constitutionibus*; aliter vero quo ad officium, & spirituale exercitium, nam si necessitas, & vtilitas Ecclesiæ ita expostulat, veluti rectore ægrotante assumitur coadiutor, vt constat ex textu nostro, & ex iuribus, & rationibus in eius confirmationem supra adductis: siquidem coadiutor, non habet titulum beneficij, sed simplicem, nudam, & actualem administrationem, quæ morte proprietarij extinguitur, dicto *capite grandi de supplenda negligentia prælatorum lib. 6.* obseruant *Butrius, Abbas, & Imola* in *capite final.* hoc titulo.

6 Quarto, obstabit textus in *capite 1.* & per totum *de coniugio leprosorum*, ex quo cauetur, quod propter lepram non discluitur matrimonij vinculum, nec separatio vsus quo ad thorum fit, sed argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale, *capite sicut, capite inter corporalia de translatione Episcopi*: ergo quemadmodum leprosus non arcetur ab vsu coniugij, sic similiter, nec clericus ab vsu suæ Ecclesiæ quo ad sacramentorum administrationem, quod dubium dilues, si dixeris non semper matrimonij carnalis, & spiritualis æquiparationem valere, sed tantum in casibus à iure expressis: nam simile non semper est idem *c. apud Sanctæ Crucis de reseriptis l. Nerba, ff. depositi*, vnde propter periculum animarum quo ad exercitium remouetur ab officio spirituali leprosus, non ita in matrimonio carnali fit quo ad thorum propter lepram separatio, ex ratione tradita in *capite 2. de coniugio leprosorum*, siquidem coniux sana tenetur leproso debitum reddere, notat *Diuus Thomas in 4. distinctione 32. quæstione vnica articulo 2. ad quartum*; cessat tamen si redditio illa redundet in notabile reddentis damnum, notat Pater *Emanuel Rodriguez in Sũma tomo 1. capite 243. numero 2.* cum traditis à *Barbos. in collect.* ad textum in dicto *cap. 2. de coniugio leprosorum, numero 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De institutionibus, Titulus VII.

Ad textum in cap. non amplius 1. cap. in Ecclesia 2. cap. auctoritate 4. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum numerus debet institui in Ecclesijs collegiatis secundum facultatem ipsarum.*
2 *Alimenta tantum secundum facultates debentur.*
3 *Interpretatur textus in cap. cũ M. 9. de constitutionibus, & conciliatur cum cap. non amplius 1. de institut.*
4 *Expenditur textus in cap. pro illorum 22. de præbendis.*
5 *Declaratur textus in cap. auctoritate 4. versic.* vltra quam *de institutionib.*
6 *Episcopus, nec capitulum poterit numerum canonicorum minuere.*
7 *Explicatur textus in cap. cum accessissent 8. cap. ex parte 12. de constitutionibus.*

1 CONCLVSIO. Numerus clericorum debet institui in Ecclesijs collegiatis secundum facultatem ipsarum: consonat textus in dicto *cap.* 1. 2. & 4. hoc titulo, *cap. final de præsumptionibus, cap. ex parte 10. de concessione præbendæ cap. transmissa* final de *verbor. signif. cap. pro illorum 22. cap. vacante de præbendis, cap. de monachis, cap. dilecto* cum alijs eodem tit. *cap. 1. cap. quoniam 9. de vita & honest. cleric. capit. 1. §. sane, de statu regularium lib. 6. cap. sicut nobis de supplenda negligentia prælatorum, cap. cum instantia §. sane, cap. sopita, cap. quã. 16.* & final *de censibus, cap. præcipimus 12. quæst. 1. cap. omnes basilicæ 16. quæst. 7. cap. scimus, cap. necessaria 12. quæst. 1. authent. determina. sit numerus cler. collatione 1. l. non plures, C. de sacrosanctis Ecclesijs Concilium Arelat. 3. cap. 8. Maguntinum cap. 19. Trident. sessione 25. capit. 3.* exornant, *Nauar. de redditibus Ecclesia, quæst. 1. monitu 62. Emanuel Rodriguez, quæst. regul. tomo 2. quæst. 48. articulo 1. & 2. Cerola in praxi Episcopali parte 1.* verbo *moniales §. 6. pag. 255. Azor institut. moralium parte 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 1. Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 30. tractat. 3. num. 297. Augustinus Barbos. de potestate Episcopi parte 3. allegatione 98. Cuiacius in posthumis* ad hunc textum, *Barbos. in collect.* ad nostrũ textum & in *cap. ex parte 10. de concessione præbendæ Amaia in l. vnica C. de collatione donatorum, lib. 10. numero 31.*

2 Ratio est; quia cum alimenta tantum secundum facultates debeãtur, *l. cum hi §. persona, ff. de transactionibus, glosa in capit. cum instantia final de censibus*, ideo plures clerici, vel monachi in Ecclesia institui non debent, quam facultates ipsius tueri, & ferre possint, ne ex inde omnes mẽ dicare cogantur, & Ecclesia ipsa diruatur, & extinguatur; siquidem ex redditibus Ecclesiæ non solum clerici sunt pascendi, sed etiã ipsa Ecclesia est reparãda, *c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis.* Notat *Abb.* in præsenti, *num. 2. Cuiacius in posthumis*, ad hũc textum ad finem.

3 Primo, obstat textus in *capit. cum M. 9. de constitutionib.* in cuius textus specie apparet canonicorum receptionem à capitulo factam contra statutum, & extra numerum canonicorum adeo vtilem esse, vt ex fructibus ipsius Ecclesiæ illis sit prouidendum: ergo electio clericorum extra numerum ipsius Ecclesiæ facta valere debet; verum in hac iuriũ contrarietate omissa interpretatione, quam refert *Lara in l. siquis à liberis,*

§. sed si filius, ff. de liberis agnoscendis a numero 82. cum sequentibus, verius est dicendum dissimilem esse nostri textus sententiam ab illa, quę refertur in dicto *cap. cum M.* nam textus noster loquitur de Ecclesia non numerata, & de monachis, vel clericis regularibus, in qua non est certus numerus monachorum, seu clericorum regularium, mẽrito non amplius suscipi debent in monasterio, quam qui se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint; at vero textus in dicto *cap. cum M.* procedit in clericis secularibus, qui vltra numerum constitutum propria auctoritate contra suam constitutionem sponte quatuor canonicos receperunt: nam cum sibi præiudicasset eos recopiendo, & facultates Ecclesiæ essent auctæ ita, vt cõmode possent omnes sustentari, iusta de causa electio illa tenuit, & nouiter admissi ex super excrecentibus facultatibus prouidendi sunt, iuxta textum in *cap. final.* de *verbo. significatione*: notat *Abb.* in præsenti *num. 5. Decius* in dicto *cap. cum M. de constitutionib. num. 12. August. Barbos. in collect.* ad nostrum textum *numero 3.* & de interpretatione ad textum difficilem in *cap. quanto 16. de censibus* videndus est *Amaia in l. vnica, C. de collatione donatorum lib. 10. num. 31.* cum seqnentibus.

4 Secundo, obstat textus in *cap. pro illorum 22. de præbendis*, in cuius textus specie apparet; quod etiam si canonici sint priuilegiati à Pontifice supra certũ numerũ canonicorũ recipiendo, si aliquem supra numerum receperint, non solum non possunt se tueri exceptione numeri, verum etiam censura Ecclesiastica cõpelluntur sublato appellationis arti culo eum in canonicum recipere assignando stallum in choro, & capitulo, sed huic difficultati respondendum est ideo ibidem censura Ecclesiastica capitulares compelluntur vltra numerum semel receptum retinere, & ei præbendam præstare: quia sponte propria auctoritate contra priuilegium venerũt, quare illo se tueri non poterant; siquidem priuilegium concessum personæ seu collegio amittitur vna contrauentione, notat *Abb.* in dicto *capit. pro illorum num. 4. Oldradus consilio 101. Cuiacius* late in *posthumis ad decretales* in dicto *cap. pro illorum.*

5 Tertio, obstat textus in *cap. auctoritate 4. hoc titulo* versiculo *vltra quam facultates earum sustineant vobis instituatur invitis.* Considerãtio est: ergo eis volentibus, etiam si facultates Ecclesiæ non sufficiant, institutio semel facta valebit, verum huic dubio respondendum est, mentem illius textus non esse ita; vt si facultates Ecclesiæ adeo non sufficiant ita, vt absque graui penuria sustentari valeant commode, vt textus noster refert, sed si non ita commode, vt antea, dum tamen mendicare non cogantur, illa clericorum receptio sponte facta valebit, vt late refert *Augustinus Barbos. in collect.* ad hunc textum *num. 3. Abb.* in præsenti *numero 1.*

6 Quarto, aduersus ea quæ in præsenti notant omnes, scilicet Episcopum, nec capitulum posse numerum canonicorum minuere, iuxta textum in *cap.* vltimo *de officio Archipresbyteri* obstabit textus in *capit. cum accessissent 8. cap. ex parte 12. de cõstitutionibus*, quibus in iuribus illis id permissum esse apparet; sed huic dubio respondendum est illis in iuribus hoc non simpliciter eis fuisse permissum, sed duabus conditionibus coniunctim, nimirum, vt iusta subsistente causa, veluti quia redditus Ecclesiæ sunt diminuti, aut accedat Pontificis confirmatio, & addatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur tertia nisi postea redditus sufficienter augeantur, iuxta textum in dicto *cap. cum M. de constitutionibus*, notat *Iulius Patius legum conciliatarũ centuria 10. quæst. 96. Barbos.* plures referens in *collect.* ad textum in dicto *capit. ex parte 12. de constitutionibus num. 3. & 4.* & de interpretatione ad textum in *capit. 1. 21. distinct. cap. cum olim 6. de consuetudine* cum *capite cum accessissent 8. de constitutionibus* videndus est *Iulius Patius* vbi supra dicta *centuria 10. quæst. 38.*

Ad textum in capit. ex frequentibus 3. cap. cum venissent 6. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, seu collatio beneficiorũ ad Episcopum tantum, non vero ad eius Vicarium generalem expectat.*
2 *Episcopus tacite habet suam intentionem à iure communi fundatam in institutione, & collatione beneficiorum in sua Diœcesi vacantium.*
3 *Expenditur textus in cap. cum Bertoldus 18. de sententia, & re iudicata.*
4 *Ratio petitur ad textum in cap. si in plebibus 20. 63. distinct.*
5 *Exponitur textus in cap. vt nostrũ 9. de officio Archidiaconi.*
Institutio realis, seu corporalis differt ab spirituali collatione.
6 *Interpretatur textus in cap. non sine multa 2. versic.* per manum *de arbitris.*
Archidiacono an institutio beneficiorum competat vel remissiue ponitur.
7 *Expenditur textus in cap. super eo 15. de officio delegati.*
8 *Archidiacono ius eligendi nulla consuetudine adquiri potest.*
Declaratur textus in cap. cum venissent 6. de institutionibus.
9 *Consuetudinis tanta est potestas, vt non habenti iurisdictionem tribuat.*
10 *Refertur decisio textus in cap. licet Episcopis de præbendis lib. 6.*
11 *Ratio petitur ad textum in cap. ex frequentibus 3. de institutionibus.*
Institutio, & collatio pro eodem fere sumitur, sed differunt, vt ibi exponitur.
Interpretatur textus in cap. ad decorem 5 de institutionibus, cap. statutum 3. versic. per suos Vicarios generales *de præbendis lib. 6.*

1 CONCLVSIO. Ad Episcopum tantum, non vero ad eius Vicarium generalem expectat institutio, seu collatio omnium beneficiorũ in sua Diœcesi vacantium; consonat textus in dicto *cap. ex frequentibus, cap. cum venissent* hoc titulo *cap. nostri de electione, cap. conquerente de officio ordinarij, cap. 1. & 2. de capellis monachorum, cap. 2. de excessibus prælatorum, cap. cum & plantare, §. in Ecclesijs de priuilegijs, cap. quia diuersi item de concessione præbendæ, capit. cum inimicto, §. final de hæreticis, cap. nosci. capit. transmissam, cap. quæsiuerit de electione, cap. auaritiæ*, eodem titulo *lib. 6. capit. final de officio Vicarij, lib. 6. capit. nullus 16. quæst. 1. cap. sane 16. quæst. 2. capit. omnes basilicæ 10. 16. quæst. 7. cap. statutum 3. gloss. vltima de præbendis, lib. 6. glossa in cap. deliberatione* verbo *cuiuscunque de officio delegati, lib. 6. capit. ab exordijs 85. dist. capit. cum nullus §. Episcopo de temp. ord. lib. 6.* exornant, *Petrus Gregorius lib. 1. partitionum tit. 28. cap. 11. num. 2.* idem *lib 27. sintagmatum, cap. 7. num. 14. & 15. Couarruu. lib. 3. variarum, cap. 20. num. 7. Rebuffus in praxi beneficiali, titulo de forma Vicariatus, num. 28. Garcia de beneficijs parte 5. cap. 8. num 83. Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 9. §. 7. num. 78. Reginaldus in praxi fori pœniten. lib. 3. tract. 3. num. 239. Paz in praxi tomo 2. præludio 3. num. 7. Filutius de statu clericorum, titulo 41. de beneficijs Ecclesiasticis, cap. 2. num.*

num. 24. Selua de beneficijs, quæst. 22. Gutierrez in practicis quæstion. lib. 3. quæst. 19. numero 31. & 39. August. Barbos. de officio, & potestate Episcopi, parte 3. allegatione 54. num. 70. idem in *collect.* ad textum nostrum.

2 Ratio est, quia in collatione, & institutione beneficiorũ in omni sua Diœcesi vacãtiũ Episcopus tacite habet suam intentionem à iure communi fundatã, *cap. omnes basilicæ 10. 16. quæst. 7. glossa* verbo *probatam* in *cap. cum venissent* 6. hoc titulo, non tamen Vicario generali competit; quia vt refert Bonifacius in dicto *cap. final de officio Vicarij* in generali concessione non veniunt ea, quæ quis in specie vero similiter concessurus non erat, iuxta regulam textus in *cap. in generali de regulis iuris, lib. 6. cap. si Episcopus de pœnitentijs, & remissionibus*: igitur necessaria est specialis commissio, vt Vicarius generalis possit illam beneficiorum collationem conferre, iuxta textum in dicto *cap. finali* in fine de *officio Vicarij lib. 6. Filutius*, vbi supra, *num. 24.*

3 Primo, aduersus textum nostrum obstabit textus in *cap. cum Bertholdus 18. de sententia, & re iudicata* versic. *Diaconum clericum, eiusdem loci Archidiaconus supradictam Ecclesiam præsentauit*, ex quibus verbis constat, clericum illum ab alio præsentatũ, ab Archidiacono fuisse institutum, sed dubium hoc diluitur ex eiusdẽ textus verbis ibi *de consensu Episcopi illum instituit*, ex quibus apparet Archidiaconum, non ex proprio, sed Episcopi nomine, & eius consensu institutionem illam fecisse, nã alias ex iuribus, & rationibus supra adductis inutilis reputaretur: notat *Baldus* in dicto *cap. cum Bertholdus nu. 5. Abbas & Butrius 4. Barb. 7.*

4 Secundo, solutioni obstat textus in *cap. si in plebibus 20. 63. dist.* ex quo deducitur, quod si in plebibus Archipresbyter obierit, tunc Archidiaconus quam citius potuerit Archipresbyterum instituere debere, etiam absque Episcopi consensu; verum hæc difficultas ex eo diluitur; si dicamus Archidiaconum ibi Archipresbyterum non elegisse, nec instituisse nomine proprio, sed tantum inter cæteros de plebe interfuisse: vt sic eius præsentia interueniente seditiones, quæ in electione illa oriri solent sedarentur, nam & si demus Archidiaconum ibi inter cæteros votum in electione habuisse, id tamen intelligi debet, si prius Episcopi consensus interuenisset, notat *glossa* ibi verbo *videlicet*, iuxta textum in *capite nullus 16. quæstione 7.* qua interpretatione retenta reijciendã esse existimo, quam refert *Acuña ad primam decreti partem* in dicto *cap. si implebibus 63. distinct.*

5 Tertio, prædictis obstat textus in *capite vt nostrum 9. de officio Archidiaconi*, vbi constat ad Archidiaconum de iure communi ex propria officij ratione beneficiorum institutiones competere: ergo omnia hucusque resoluta minime sustineri poterunt, quod quidem dubium dilues adhibita distinctione, si dixeris discrimen versari inter institutionem realem, quam corporalem possessionem appellamus, & inter spiritualem beneficij collationem, nam collatio illa in facto; hæc tamen proprie in iure consistit, & illa ad Archidiaconum expectat, de qua loquitur textus in dicto *capite vt nostrum*: hæc tantum ad Episcopum pertinet, vt constat ex iuribus supra adductis, quæ quidem interpretatio ex eo deducitur; siquidem in dicto *capite vt nostrum* post canonicã iuris institutionem Archidiaconus clericum intro

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit in corporalem beneficij possessionem iuxta textũ in *cap. ad hæc* versic. *in quadam cap. si nostrum de officio Archidiaconi, cap. perlectis, §. Archidiaconus* cum alijs 25. *distinct. Abbas in cap. cum satis 4. de officio Archidiaconi, num. 2. Anastasius Germonius de indultis Cardinalium, §. nec non numero 6.*

6 Quarto, prædictis obstat textus in *cap. 2. de arbitris* versic. *per manum Roderici Archidiaconi*, ex quo cõstat ad Archidiaconũ pertinere capellæ, seu beneficij institutionem, quæ sententia confirmatur ex alijs eiusdem textus verbis, ibi *eundem presbiterum iterum ordinauit*, iuncto versic. *de suo beneficio*; ergo non solũ ad Episcopum verum etiam ad Archidiaconũ institutio pertinere poterit: verum huic dubio respondendum est textum in dicto, *cap. 2. de arbitris* procedere in institutione facta ab Episcopo Diœcesano. Nec obstant verba illius textus supra adducta; quia non debent intelligi de institutione ab Archidiacono facta, sed tantum de eius præsentatione ex eo videlicet, quia Archidiaconus erat illius Ecclesiæ patronus, & id significant verba illius textus, ibi, *per manum Roderici Archidiaconi*, idest, per præsentationem Archidiaconi notat *Barbos. in collect.* ad eundem textum, *num. 2.*

7 Quinto, obstat textus in *cap. super eo 15. de officio, & potestate iudicis delegati*, ex cuius decisione deducitur, quod si quæstio super ius præsentandi fuerit orta, ac iudici delegato commissa cum clausula, vt si non constiterit, ad Archidiaconum ius eligendi pertinere; tunc iudex absque Archidiaconi consensu non poterit eligere, in cuius textus difficultate omissa communi interpretatione asserentium, ibi, Archidiaconum consuetudine obtenta potuisse collationem conferre, quæ quidem conuincitur ex eo; quia nulla consuetudine potuit Archidiaconus ius illud adquirere iuxta textum in *cap. cum satis* versic. *quoniam igitur de officio Archidiaconi*, merito verius dicẽdum existimo diuersam esse sententiam illius textus, quam communiter fere omnes ibidem existimant; siquidem ibi duplex constituitur præiudicium; vnum videlicet Episcopi, alterum Archidiaconi: Episcopi versabatur circa institutionem spiritualem, quæ soli sibi reseruata est, vt constat ex iuribus supra in cõfirmatione cõclusionis adductis; Archidiaconi vero circa corporalis possessionis apræhensionem, quo in dubio Summus Pontifex affirmat, quod etiam si in rescripto sit inserta clausula, vt vacante Ecclesia de persona idonea à delegato ipso ordinetur, & non solum canonica institutio verum etiam corporalis possessionis missio intelligatur, tamen illa Pontificis intentio non est Diœcesano Episcopo, nec Archidiacono præiudicium ferre, sed vnicuique iura sua conseruare, videlicet Episcopo tituli institutionem: Archidiacono vero corporalẽ possessionem, quæ absque eius concessione fieri non deberet: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus: nam cum Pontifex de Episcopo loquitur, sic scribit, *vel Episcopus, ad quem institutio pertinet*, & cum de Archidiacono ita se habet, *vel Archidiacono reclamante, præsentatũ, siue clericum in possessionem mittere.*

8 Sexto, aduersus id, quod nuper diximus, scilicet, nulla consuetudine ius eligendi Archidiacono competere posse, iuxta textum in dicto *cap. cum satis de officio Archidiaconi*; valde obstabit textus in *cap. cum venissent 6.* hoc nostro titulo. Ex quo constat inter Episcopum Eboracensem,

sem, & Archidiaconum Richi Mundi ortam fuisse quæstionem super institutionibus Ecclesiarum, cui Innocentius Tertius respondit Archidiaconum defendum esse in consuetudine, & possessione illa eligendi, in qua erat, ex cuius textus decisione colligitur ius eligendi per consuetudinem Archidiacono adquiri posse. Cui dubio verisime respondendum est in dicto *cap. cum venissent*, non per solam consuetudinem fuisse Archidiaconum in electione, seu in iure institutionis tutum, sed ex eo præcipue quia Archiepiscopus eius antecessor, non personaliter, sed realiter, & perpetuo eius dignitati cum consensu capituli iure priuilegij institutionem illam cõcesit; in cuius priuilegij possessione, & consuetudine semper ipse, eiusque antecessores tuti fuerant, ideoque institutio illa ad Archidiaconum non expectat ex vi consuetudinis, sed priuilegij tantum, & cõsensu Archiepiscopi, quod perpetuo durat pro vt dignitas durare dicatur, adeo vt, nec ab eius successoribus reuocari poterit, notat *Abbas* in dicto *cap. cum venissent num. 4. August. Barb. in collect.* ad eundem textum, *num. 10.*

9 Septimo, solutioni obstabit dicere, scilicet tantam esse consuetudinis potestatem, vt non habenti iurisdictionem tribuat; iuxta textum in *cap. cum ex officij de præscriptionibus cap. duo sunt de officio ordinarij.* Sed huic dubio respondendum est iura supra adducta tantum locum habere, quando consuetudo illa subsistãtiam actus non aufert, vel quoties à iure scripto contrarium non extat: nam tunc omnino cessat regula supra adducta iuxta textum in *cap. nullus 16. quæst. 7.* dicto *capit. cum satis*, versic. *quoniam de officio Archidiaconi.*

10 Octauo, hucusque dicta turbari videntur ex textu in *cap. licet Episcopus 22. de præbendis lib. 6.* vbi cõstat corporalem missionem in possessionem ad Episcopũ potius, quã ad Archidiaconum pertinere. Cui dubio respondendum est, textũ illũ non loqui de ipsa corporali post. collationem possessione, de qua supradiximus, sed tantum de sententia, & primo decreto, quo Episcopus pronunciat institutum mittendum esse in possessionem, de qua mentio habetur in *cap. 2. de eo qui mittitur in possessionẽ lib. 6.* præcipue cum ibi tractetur de tradenda Ecclesia quoad proprietatem, & iurisdictionem ipsam, cuius tituli seu iurisditionis traditio ad Episcopum potius, quam ad Archidiaconum expectat: notat *Panormitanus in cap. pastoralis de præbendis.*

11 Nono, aduersus ea, quæ nuper diximus, scilicet, Vicarium generalem non posse Ecclesiastica beneficia conferre iuxta textum in dicto *capit. finali de officio Vicarij lib. 6.* valde obstat textus in *cap ex frequentibus 3.* huius tituli: vbi expressum est Vicarium generalem posse beneficia Ecclesiastiça conferre; sed in hac difficultate (omissa interpretatione) quam refert *Abbas* in præsenti *num. 7. Dinus in regula beneficium Ecclesiasticum de reg. iuris lib. 6.* verius dicendum est textum illum non tractare de libera beneficiorum collatione; sed de institutione, quæ fit ex patronorum præsentatione, quam Vicarius generalis absque speciali Episcopi delegatione impartiri poterit: nam licet collatio, vel institutio sæpe pro eodem sumantur, *capite post electionem 5. de concessione præbendæ* tamen in veritate differunt, nam proprie institutio fit de præsentato per patronum, & sic nõ proprie, sed improprie est quædam collatio non libera;

Universidad de Deusto
Biblioteca

libera; siquidem, si præsentatus est idoneus, necesse debet institui per superiorẽ, *cap. decernimus 16. quæst. 7. cap. nobis de iure patronatus*; at vero collatio ipsa libera est, quæ dicitur quando sine præsentatione alicuius superior prouidet alicui de beneficio, quæ cum sit quædam donatio, non transit in Vicarium, institutio tamen necessaria est, in qua nulla liberalitas exercetur; atque ideo in generali commissione transit in Vicarium, quod quidem ius etiam transit in capitulum se le vacante iuxta textum *in cap. 1.* hoc titulo *lib. 6. cap. cum olim de maioritate, & obedientia*, quamuis beneficia ipsa libere conferre non possit, *cap. vnico ne sede vacante lib. 6. cap. illa 2. ne sede vacante*, de qua re ibi plura dicemus.

12 Decimo, distinctioni supra adductæ valde obstat textus *in capit. ad decorem 5.* huius tituli, siquidem in eius principio loquitur de institutione non libera, dum clericis certæ originis beneficia conferebantur scilicet Benetis, in fine vero de collatione libera, dum clericos idoneos vndecunque originem ducentes instituere mandat, & quamuis non essent præsentati, si idonei fuerint, institui debent: ecce speciem vbi institutio libera dicitur; quamuis præsentatio præcedat, pro cuius textus difficultate di soluenda responderi debet, valde inter Doctores controuersum fuisse, an institutio, quæ certo generi personarum facienda est, sit libera nec ne, veluti filijs patrimonialibus, aut personis certæ familiæ; fuit tamen resolutum institutionem liberam esse, quamuis faciẽda esset vni ex personis de certo collegio, ex illis nanque liberum est eligere, cui conferatur beneficium: notat *Puteus lib. 2. de cisione 162. Ritius collect. 1374. Gonçalez*, vbi supra *glossa 9. §. 1. num. 75. & glossa 47. num. 19.* Quo supposito dicendum est, quod quamuis in dicto *capit. ad decorem* semper essent conferenda beneficia Benetis: tamen erat libera institutio, & quamuis per verbum *instituere* decernatur idoneus, vnde cunque esset instituendus; non tamen est ibi stricte sumenda institutio, vt necessaria sit, sed in lata significatione; prout cõprehendit liberam collationem: notat *Barbos. in collect.* ad textum in dicto *capit. ad decorem, num. 3. Rebuffus in præxi, parte 3. titulo de reseriptis mixtis.* in principio *num. 6. glossa 1. & 2.*

13 Vndecimo, his omnibus valde obstat textus in *cap. statutum 3. de præbendis lib. 6.* versiculo *per suos Vicarios generales agentibus in remotis* ex quibus verbis manifeste cõstat Episcopis agentibus in remotis ipsorum Vicarios generales in ipsa Diœcesi existentes posse ex illa generali commissione beneficia cõferre, ita in difficultate dicendum est, textum in dicto *cap. statutũ* loqui de Vicario habente speciale mandatum ad conferẽda beneficia in Romana Curia vacantia vltra mensem, nec dicat aliquis me diuinare, hanc interpretationem retinendo, siquidem habilia præsupponere iuris vaticinatio, non est *l. qui testamento, ff. de testamẽtaria tutela*, cum aperte constet ex verbis illius textus ibi, *quibus id canonicis sit commissum*, quæ quidem commissio adaptari debet specialiter ad beneficiorũ prouisiones vltra mensem in Curia vacantium, cum ordinarius ipse possit beneficia illa conferre iuxta textum in dicto *capit. finde officio Vicarij lib. 6.* notat *glossa* verbo *absentibus* in dicto *capit. statutum 3. de præbendis lib. 6. Iodocus, Franciscus, & Dominicus*, ibidem.

Ad

Ad textum in capit. ad decorem 5. hoc titulo.

De huius textus materia late scripsimus in *cap. 1. de præbendis, & dignitatibus.*

Ad textum in cap. cùm veniſſent 6. huius tituli.

Commentaria ad hunc textum sunt petenda ex his, quæ scripsimus in 1. *tomo in cap. 1. vt lite pendente.*

Ad textum in cap. cùm ad noſtram final huius tituli.

De materia huius textus plura dicemus in *titulo de iure patronatus.*

De concesſione Præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis Titulus VIII.

Ad textũ in cap. qui in viuorum 1. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Institutus scienter in beneficium viuentis deponendus est.*
2 *Beneficia perpetua sunt, non temporalia.*
Beneficio quis sine iusta causa priuari non debet.
3 *Interpretatur textus in cap. audiuimus verſic.* infames *3. quæst. 2. cap. in primis versiculo* sacerdotio *2 quæstion. 1. cap. non furem 7. quæst. 1. Pœnæ plures statutæ sunt aduersus ingredientes in beneficium viuentis.*
4 *Declaratur textus in cap. præsentium 7. quæst. 1.*
5 *Institutus in beneficium viuentis in iuste depositi per sententiã, quæ trãsit in rem iudicatã an sit tutus in foro interiori, & exteriori remisue ponitur.*
6 *Explanatur textus in capit. eos 7. quæst. 1. & conciliatur cum cap. non oportet eadem causa, & quæst.*
7 *Interpretatur textus in cap. proposuit 4. de concessione præb.*
8 *Excommunicatio proferri non potest, nisi trina monitione præcedente.*

1 CONCLVSIO. Institutus scienter in beneficium viuentis deponẽdus est. Consonat textus *in cap. 2.* cum alijs, hoc titulo. *Cap. audiuimus 3. quæst. 2. cap. in primis 2. quæst. 1. cap. non furem, cap. præsentium 7. quæst. 1. cap. eum qui* eadem *causa, & quæst. cap. satis 50. distinct. capit. inuentum 16. quæst. 7. cap. inter cætera de præbendis, cap. tanta de excessibus Prælatorũ, c. nẽ captã de* hoc titulo *lib. 6. Clemẽt. vnica* eodem titulo *cap. illud de iure patronatus, cap. final. de electione lib. 6. cap. consultationibus de donationibus, cap. cum incunctis, eadit. super eo de electione l. quidem in fine* cum sequentibus, *ff. de donationibus l. 2. §. finali, ff. de his quæ vt indignis regula cancelariæ 20. & 28.* condita à *Ioanne 23. l. 13. titulo 6. partita 1. l. 8. titulo 16. partita 1. l. 15. titulo 5. partita 3.* Exornant *Rebuffus in praxi beneficiali 3. parte* titulo *de reprobatione beneficij viuentis impetratione. Garcia de beneficijs parte 10. Caldas Pereira de renouatione emphit. quæst. 5. num. 3. Mascardus de probationibus conclusione 1070. Cuiacius in posthumis* ad nostrum textum *P. F. Emanuel Sa* in Aphorismis verbo *beneficium numero 16. Nauarrus tomo 2. capit. si quando præludio 3. n. 5. & in exceptione 21.* in con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in confutatione contrariorum, num. 3. de reſcriptis, Salcedo ad Bernardū c. 50. Guido Papa conſil. 107. Rochus de Curte in tract. de iure patronatus, verbo *honorificum q. 53. Gomecius in regula Cancellariæ de impetratione beneficij viuentis q. 3.* in principio, *Duarenus, lib. 6. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, c. 1. Corraſius de ſacerdote, parte 1.* in principio, *Petrus Gregor. lib. 17. ſintag. cap. 11. cum traditis à Barb. in collect.* adhunc textum, *num. 1. & 2.*

2 Ratio eſt; quia beneficia perpetua ſunt pro vita poſſidentis, non tēporalia, *cap. præcepta 55. diſt. c. ſatis peruerſum 56. diſt. c. 1. & 2. de Clerico ægrotante*: neq; quis ſine iuſta cauſa beneficio priuari debet, tū eriam quia ſicut in matrimonio carnalivnitas Eccleſiæ repreſentatur in hoc, quòd vn⁹ tātū vni copuletur vxori, & nō liceat plures habere viros; *c. 1. & 2. de deſpōſa duorū, c. ita Dominus, de ſecundis nuptijs*, ita etiā in cōiugio ſpirituali, quod celebratur, cū Eccleſia à beneficiario, *c. inter corporalia de translatione Epiſcopi*: nā hæc duæ coniunctiones æquipantur ad ſignificādam vnitatē Eccleſiæ, *c. ſicut in vna 21. q. 1. c. ſicut vir, c. ſicut alterius, 7. q. 1. c. ne pro defectu de electione*, merito ad conferendā illā vnionis repreſentationē, nō licet eandē Eccleſiā, vel beneficium viuente primo duobus copulari, *c. maioribus, c. dilecto de præbendis*, plureſque alias refert *Rebuffus* vbi ſupra *titulo de reprobatione beneficij viuentis impetratione à num. 6. & 14. Duarenus lib. 6. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, cap. 1. Salcedus ad Bernardum* dicto *cap. 50.*

3 Primo, obſtat textus *in c. audiuimus 3. q. 2.* verſ. *infames fieri, atq; ab Eccleſiaſticis honoribus arceri iuuemus: capit. in primis 2. quæſtione 1.* verſiculo *Sacerdotio priuatus, & ab omni Eccleſiaſtico miniſterio repellatur c. nō furē 7. q. 1.* vbi Leo 4. furem, & latronem vocat eum qui viuentis beneficiū vſurpat, *cap. eū, qui 7. q. 1.* verſic. *Archidiaconatus honore deponimus*; in quibus iuribus probatur depoſitione dignū talē clericū eſſe: ergo non tantū eſt repellendus ab Eccleſiæ cōmunione, ſed deponendus etiā à beneficiorū retētione, ſed dubiū hoc dilues, ſi dixeris plures pœnas extra Eccleſiaſticā cōmunionē eſſe ſtatutas aduerſus eos, qui ingrediūtur in beneficium viuentis, quas enumerat *Rebuſus* vbi ſupra: videlicet infamiæ, vt in dicto *c. audiuimus 3. q. 2. c. infames 6. q. 1. l. 16. tit. 16. partita 1.* notat *Rebuſus* vbi ſupra *nu. 11. Imola in præſenti n. 1.* quidquid cōtrarium voluerit *Salcedus* vbi ſupra: præterea incurrunt pœnā depoſitionis beneficij: dicto *c. eum, qui 7. q. 1. c. in primis 2. q. 1.* Non tamen incurrūt pœnā depoſitionis officij: vt cōſtat ex textu noſtro, & ex dicto *c. cū qui 7. q. 1.* & ex eo: quia non eſt imponenda pœna depoſitionis à iure non expreſſa: quam ſententiā tenet *Bernardus Diaz & Salcedus* ad eandē dicto *cap. 50. Rebuſus* vbi ſupra *num. 12.* Neque obſtat textus in dicto *capit. audiuimus*, dicto *c. in primis*: quia loquuntur de eo, qui peruerſe in alterius viuentis Epiſcopi Eccleſiam ſe fecit ordinari, non vero de inferioribus beneficiarijs: ſiquidem grauius delinquit, qui Epiſcopatum, quam qui beneficium viuentis vſurpat. Neque ſimiliter obſtat textus in dicto *cap. tanta de exceſſibus prælatorum*: quia procedit in pluribus alijs delictis, propter quæ depoſitionem merebantur illi, qui occupabant aliena beneficia: præcipue propter violationem interdicti, pro quo delicto ſuſpenduntur ab officio, & beneficio: *cap. poſtulaſtis, §. final de clerico excommunicato miniſtrante*, notat *Salcedus* vbi ſupra *cap. 5. n. 3.*

4 Secundo, obſtat textus *in cap. præſentium 7. quæſt. 1.* vbi is, qui in viuentis locum inſtituitur, nulla pœna

na punitur: niſi ſimoniæ labem admiſſerit, imo potius præmio afficitur, & alio beneficio pro videtur, *cap. inter cætera de præbendis*: Ergo ſimiles clerici nulla pœna puniri debēt: cuius textus difficultas ex eo diluitur: quia procedit quando is, qui ordinatus eſt in beneficio viuentis, habuit iuſtam cauſam credendi ſibi potuiſſe conferri: nam tūc non incurrit pœnam noſtri textus, & aliorum, & eam habuiſſe ſatis conſtat, cū expulſo presbytero propter abſentiam à ſuo beneficio, & ab Epiſcopo depoſito ab eodem presbyter ille in eo beneficio conſtitutus eſt, à quo ſi auferatur beneficium, & primus reſtituatur, debet ſecundus inſtitui in alio primo vacanti, ſi ſimoniā non commiſerit argumento textus *in cap. ad præſentium de accuſationibus*, docet *Turrecremata* in dicto *cap. præſentium 7. quæſt. 1. Præpoſitus numero 3. Ancarranus, & Dominicus 2.* notat *gloſſa* verbo *repellendi* in præſenti: ſiquidem ignorantia, & iuſta credulitas excuſat à pœnis ſupra adductis: notat *Oldradus cōſilio 304. nu. 7. Selva de beneficijs 3. parte quæſt. 11. declaratione 5. Gomecius ad regulā 21. Cancellariæ quæſt. 3. Rebuſus* vbi ſupra *num. 51. & 52.*

5 Tertio, ſupra dictis obſtabit ſequens dubium videlicet nam obtinēs beneficium iniuſte depoſiti per ſententiam in conſcientia recte eū obtinet, maxime ſi longo tempore poſſedit: argumento textus *in capit. quo ad conſuetudinem de re iudicata*; iuncto *cap. placuit §. quas actiones 16. quæſtio. 3. cap. de quarta de præſcriptionibus*: ergo is, qui intrat in beneficium viuentis, nō eſt priuandus, maxime ſi tutus eſt *ex regula Cancellariæ de triennali poſſeſſione*; ſed cum hæc difficultas duplicem contineat quæſtionē, de vtraque ex inſtituto noſtro breuiter agemus. Prima eſt, an is, qui in ſtitutus eſt in beneficio viuentis iniuſte depoſiti per ſententiam, quæ trāſiuit in re iudicatā, ſit tutus in foro interiori, & exteriori: ſecunda erit, an ei profit longa poſſeſſio, vel regula triēnalis poſſeſſionis: quo ad primā cōtra *gloſſā* in præſenti diſtinguendū eſſe exiſtimo inter forū exterioreē contentioſum, & inter forū interioreē conſcientiæ: in primo caſu ſecurus eſt is, qui poſt collationē ſibi factā virtute ſententiæ cognouit anteceſſorē iniuſte de poſitū fuiſſe: nam tunc etiā abque vllo tempꝰris curſu ſecurus eſt. Ratio eſt: quia in beneficialibus ſententia tranſit in rem iudicatam: *cap. dilectus de dolo*ne cū in foro illo pro veritate habeatur: *c. ſicut de ſententia, & re iudicata*: neque erit cogendus beneficiū reſignare: ſiquidē ſententia illa facit, vt omnino cenſeatur beneficiū vacans tempore collationis. Neque obſtabit ſi dixeris valere argumentum de matrimonio carnali, in quo ſententia nō tranſit in re iudicatā, etiam ſi ab ea non fuerit appellatum: *cap. latores, cap. conſanguinei de ſententia, & re iudicata*: quia diuerſa ratio eſt cum in carnali conſenſus partium ad hiſce retur ad diſſolutionem: *cap. cauſam de diuortijs, Math. 9.* at vero in ſpirituali ius ad beneficium eſt remiſſibile, toto titulo *de renunciatione et pite conſtitutus* verbo *tenu e ſſ de appellationibus*: & ideo eius ſententia tranſit in rem iudicatam: notat *Couarruuias in 4. 2. parte cap. 3. §. 12. num. 14. Barb. in collectaneis* ad noſtrum textum *num. 4.* & nos late diximus in dicto *cap. latores*. At vero in cōſcientiæ foro tutius iudico, quod etiam ſi poſt ſententia cognouerit de iniuſtitia ſententia teneatur ad reſignationē in manu ſuperioris, vt ei dē antecellori cōferatur beneficiū: ratio eſt, quia in foro interiori idē

eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

est iudicium iniustum, & nullum ex *D. Thoma 2.2. quæst. 70. articulo 4. ad secundum, Sotus lib. 5. de iustitia, & iure quæst. 7. articulo 4.* ad finem, *Decius in cap. 1. num. 18. de constitutionibus:* cum enim ex sententia nulla, non cõsecatur vacare beneficium, vt alteri possit conferri: mirum non est quod is, qui obtinuit, nunquam sit tutus in conscientia: siquidem in foro poli potius veritas, quam fictio, aut præsumptio cõsideretur. Notat *Sotus lib. 3. de iustitia, & iure quæst. 4. articulo 5.* In secunda vero triennali quæstione omissa distinctione *Gomecij super regulam cancellariæ quæst. 44.* quam improbat *Rebufus in tractatu de pacificis possessoribus num. 16. Mandosius regula 25. de impetrationibus quæst. 12.* verius dicendum esse existimo cum, qui ex iusta ignorantia bona fide, & titulo saltim putatiuo beneficium viuentis impetrauit, tuendum esse prædicta regula, etiam si ante obitum prædecessoris possederit: siquidem regula illa etiam loquitur de beneficijs non vacantibus; quod est admissum propter negligentiam beneficiarij: argumento textus *in l. pupillus, ff. quæ in fraudem creditorum:* notat *Bonifacius in Clement. 1. de sequestratione possessionis numero 42.* tum etiam quia cum Pontifici sit amplia beneficiorũ potestas: *cap. 2. de præbendis lib. 6. cap. 1. Vt lite pendente*, recte potuit decernere, vt triẽnalis possessio, seu præscriptio curreret contra beneficiarios, etiam viuentes, qui nõ seruiunt beneficia, cum quibus soluitur dubium supra adductum, notat *Rebufus in concordantijs in proemio* versiculo *fati folio 502.*

6 Quarto, obstat textus difficilis *in cap. eos 7. quæst. 1.* vbi is, qui in locum alterius viuentis ordinatus est, debet in beneficio vsque ad mortem permanere, augetur difficultas ex textu *in capit. non oportet eadem 7. q. 1.* vbi de Ecclesia ad aliam Ecclesiam transmigratio omnino prohibita est: in qua iurium contrarietate (quod attinet ad nostrum textum) omissa interpretatione, quam refert *glossa final* in præsenti *glossa* verbo *ordinatus* in dicto *cap. eos* quam sequitur *Turrecremata* ibidem in principio: verius dicendum est, textum nostrum loqui in beneficio, seu Ecclesia non vacante, vtpote cum vivus sit legitimus beneficiarius: at vero textus in dicto *cap. eos* in Ecclesia vacante per transmigrationem factam propria auctoritate ad aliam, vt sic careat vtraque, quod in pœnam trãsmigrationis introductum est: iuxta textum in *cap. siquis Episcopus cap. non oportet 7. quæst. 1. capit. quanto* in fine *de translatione Episcopi.* Notat *Rebufus in praxi benefi. 3. parte titulo de reprobata benef. viuentis impet. n. 62.* eodẽque modo est interpretandus textus in *cap. licet canon de electione lib. 6.* qui intelligi debet, quando iam vacat beneficium in pœnam criminis, vel negligentiæ.

7 Quinto, obstat textus in *capit. proposuit 4.* hoc titulo, vbi Decanus exequutor datus in mandato Apostolico, qui inuestituram fecit Tiberio de præbenda vacatura; cius factũ Celestinus ibidem approbauit in verficulo *idem autem*; ex quo constat collationem beneficij viuentis valuisse, quod est omnino contra nostri textus decisionem: sed huic dubio respondendum est, illud Decani factum de inuestitura præbenda non dũ vacante nunquam fuisse approbatum â Celestino quo admodum ipsum: siquidem in mandato non continebatur, vt vacatura præbenda statim Tiberio conferretur, sed postquam vacaret: approbauit tamen factum Decani exequutoris, quo ad effectum, scilicet, vt tandem Tiberius haberet proximè vacaturam præbendã, & ita cum de nouo inuestiuit Celestinus postquam cognouit eam vacasse, quod etiam confirmat Innocẽcius 3. & ita concordes sunt Pontifices: atque ideo factum illud nihil firmat contra nostri textus decisionem: notat *glossa* in dicto *cap. proposuit, Abb. & Imola num. 9. Barbos. in collectaneis* ad eundem textum *numero 5.* Solutioni obstant ea, quę inferius dicemus in *in cap. proposuit 4.* hoc titulo *in 3. dubio*: quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

8 Sexto, aduersus ea, quæ textus noster refert: videlicet prædictos clericos ab Ecclesiastica communione repellendos esse: obstabit principium illud, quo docemur neminem posse excommunicari, nisi trina monitione præcedente *cap. omnes decimæ 16. quæst. 6. cap. sacro* cum vulgatis *de sententia excommunicationis* cum à me traditis *in cap. 1. de iudicijs*: ergo *sine vlla* monitione non poterant in præsenti excommunicari. Verum hæc difficultas facile diluitur, si dixeris, textum nostrum non asserere esse excommunicandum, sed expellendum à communione Ecclesiastica, id est à participatione corporis, & sanguinis Domini: vt in *cap. eum, qui 7. quæst. 1.* notat *glossa* in præsenti communiter recepta, *Corrasius in paraphrasi sacerd. 1. parte cap. 7. numero 2. Rebufus* vbi supra *de reprobata beneficij viuentis impetratione numero 1. Mendoza de confirmando Concilio Iliberitano lib. 2. cap. 2.*

Ad textum in cap. nulla 2. capit. relatum 3. cap. cum nostris 6. cap. accedens 14. & final hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent.*
2 *pactum quodlibet de futura successione in rebus viuentium omnino improbatur.*
3 *Vsusfructus, fructus, & habitatio personæ cohærent, morte finiuntur, & ad proprietatem redeunt.*
4 *Pontifex supra ius diuinum dispensare non potest.*
5 *Exponitur textus in l. in tẽpus 62. ff. de heredibus instituendis, & Ticio cũ moreretur, ff. de vsufructu legato. Valor dispositionis nõ ad tẽpus quo fit, sed ad tempus finis, & eius effectus attendi debet.*
6 *Refertur interpretatio ad textum in cap. cum veniset 9. de restitutione spoliatorum.*
7 *Expenditur textus in cap. illud 8. de iure patronatus.*
8 *Respondetur ad textum in cap. accedens 14. de concessione præbendæ. Beneficij promissio cum voluerim, vel illa cum potuerim inter se differunt.*
9 *Declaratur textus in cap. relatũ 9. de præbendis.*
10 *Exponitur textus in cap. dilectus 19 de præbendis, & conciliatur cũ dicto cap. relatum 9. eiusdẽ tituli.*
11 *Illucidatur textus in cap. tuæ 20. cap. dilecto 25. de præbendis.*
12 *Ratio ponitur ad textum in cap. ex parte 12. de officio delegati.*
13 *Expenditur textus in cap. cum super 8. de concessione præbendæ, & ad concordiam reducitur cum cap. ex tenore 13. eiusdem tituli.*

1 CONCLVSIO. Beneficia non vacantia cõcedi, vel promitti non debẽt. Cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonat textus *in cap. relatum* 3. *de.* 14. *& final* hoc titulo, *cap.* 1. *cap. detestanda* 2. *capite ne captandæ* 3. *capit. si capitulo* 5. *capit. si soli* 6. hoc titulo *lib.* 6. *capit. dilectus* 19. *de præbendis. capit. deliberatione* §. *prohibemus de officio delegati lib.* 6. *cap. audiuimus* 3. *quæst.* 2. *capit. eos* 7. *quæst.* 1. *clem.* 1. *vt lite pendente, capit. cum, cui* 7. *capit. si eum* 9. *capit.* 15, *qui auctoritate* 12. *cap. dudum* 14. *capit. quia sæpe* 15. *capit. si Apostolicæ* 22. *de præbendis lib.* 6. *regula* 23. *Cancellariæ, l. fin. Cod. de pactis, Basiliense Concilium sessione* 24. *&* 31. *Concilium Tridentinum, sessione* 24. *de reformatione, capit.* 19. *& sessione* 25. *cap.* 7. *l.* 10. *&* 11. *titulo* 16. *partita* 1. exornant *Petrus Gregor. lib.* 4. *syntagmatum, cap.* 4. in principio, *Carrasius de sacerdotio* 1. *parte capit.* 7. *Duarenus lib.* 6. *de sacris Ecclesiæ ministerijs, capit.* 1. *Garcia de beneficijs* 10. *parte capit.* 1. *numero* 1. *Casadorus decissione* 21. *de præbendis Flaminius de resignatione lib.* 6. *quæst.* 4. *num.* 104. *Riginaldus in praxi fori pœniten. lib.* 30. *numero* 247. plures refert *Genedus in collectaneis ad decretales collectanea* 160.

2 Ratio, quare beneficia nõ vacantia promitti non debent, ea est præcipua, quæ in *Lateranensi Concilio cap.* 8. & in præsenti refertur: videlicet quia cum legibus gentilium pactum quodlibet de futura successione in rebus viuentium omnino improbetur: *l.* 2. §. *illud ff. de hæreditate, vel actione vendita, l.* 2. §. *interdum, ff. vulgari, l. hæreditatem* 19. *l. neminem* 27. cum alijs *ff. de acquirenda hæreditate, l.* 2. §. *vltimo, ff. de his, quæ vt indignis:* ita similiter multo fortius de iure nostro Pontificio in beneficijs Ecclesiasticis non est expectanda successio, ne detur occasio captandæ mortis, *Deuteronomij capit.* 6. *Math. cap.* 22. *Lucæ* 10. siquidem qui alterius mortem desiderat reus homicidij censetur: *cap. homicidium de pœnitentia dist.* 1. Notant *Corrasius, Salced. & Duaren.* locis supra citatis.

3 Primo, hæc decidẽdi ratio impugnatur ex eo, quod si vera esset: scilicet ne occasio captãdę mortis alienæ daretur, propter eundem timorẽ multa, quæ in iure sunt recepta, infringerẽtur: veluti vsusfructꝰ, habitatio, quæ personæ cohærent, & morte finiuntur, & ad proprietatem redeunt, *l.* 3. §. *final ff. quibus modis vsusfructus amittatur*, agnatorum successio, legitima pupillaris substitutio, feudalia Regnorum, hæreditaria successio, maioratus, & hoc genus, & alia multa, quæ certã successionem habent, ac proinde timor esse posset, vt lucri spes votum mortis ingereret, & tamen ciuili, & canonico iure hęc omnia admissa sunt, & approbata: ergo nostri textus ratio in beneficiorũ nõ vacãtiũ successione, bana aut incerta est: sed huic considerationi respondendum censeo, verũ esse in illis speciebus spẽ successionis interuenisse, & periculum captandæ mortis imminere, sed nunquam considerãtur, cũ iuris constitutio, vel dispositio hominis in illis casibus certam successioni legẽ præscribit: & ideo illa iura nobis nõ obstant: siquidem in nostra Concilij Lateranensis prohibitione, & in iuribus similibus non secundum iuris ordinem successio procedit, sed res libera promissione, aut pactione ita disponitur, vt de viuentis successione tractetur: quod recte interdictũ est in textu nostro, & *in l. final. Codice de pactis* cum similibus supra adductis.

4 Secundo, contra eandem decidendi rationem obstabit dicere, quod si illa occasio captãdæ mortis alienæ esset contra quintum decalogi præceptum, neque Summus Pontifex posset diplomata conferre ad beneficia proxime vacatura, cum supra ius diuinũ, seu naturale dispẽsare non possit, §. *sed naturalia instituta de iure naturali, cap. sunt quidam dicentes* 25. *quæst.* 1. at potest, vt *in cap. ex parte* 1. *de officio delegati cap. dilectus de præbendis, cap. Sanctæ Crucis* 8. *cap. eam te de rescriptis, cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *cap. vltimo de præbendis lib.* 6. *Clement. vnica*, hoc titulo: ergo ex concessione vacantię præbẽdæ votũ alienæ mortis captandæ non inducitur, aliàs Sũmus Pontifex contra mortale reatũ litteras illas expectatitias ad proxima beneficia vacatura non posset cõcedere: in qua difficultate dicendũ est, quod quamuis honestũ sit, quod Summus Pontifex obseruet, & conseruet statuta nostri Concilij Lateranensis, at tamen cum prohibitio illa non sit de iure diuino, sed positiuo tantum, ex illo Concilio Lateranensi, mirum non est, quod Summus Pontifex, neque iure directo vi coactiua illud obseruare teneatur, cum sit supra omnia Concilia generalia, *cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. & ideo recte poterit iusta subsistente causa, vel propter Ecclesiæ vtilitatem, vel personæ excellentiam ex illa suprema potestate beneficia vacantia promittere.

5 Tertio, eadem nostri textus decidendi ratio impugnatur ex textu, *in l. in tempus* 62. *ff. de hæredibus instituendis, l. Titio cum moreretur, ff. de vsufructu legato*, vbi apparet dispositionem eo tempore factam, quo fieri nõ potest nihilominus valere posse, si conferatur in tempus, quo valere possit: siquidem dispositionis valor non ad tempus, quo fit, sed ad tẽpus finis, & eius effectus attendi debet: notat *Abb. in cap. accepimus de pactis, cap. bonæ* 2. *de electione, Tiraquellus de iure primogeniorum, q.* 40. *n.* 174. ergo licet beneficium non dum vacans promitti non possit: poterit tamen si promittatur in id tempus, quo vacare incipiat ex iuribus, & auctoritatibus supra adductis: in qua difficultate respondendum est, verissimum esse in multis iuris speciebus eas dispensationes valere, quarum effectus ad tempus habile refertur; vt exempla supra in argumento adducta satis demonstrant: cæterum in alijs iuris partibus receptum est dispositionis tempus prorsus expectandum esse: *l. inter stipulantem,* §. *sacram* verbo *sed hæc difficilia, l. continuus* 137. *ff. de verborum obligationibus, l. si minor* 4. *ff. de seruis ex portandis*: vnde apparet tractationem hanc, an scilicet effectus tempus, an potius dispositionis inspici debeat, brocardicã esse non immerito scribit *Felinus in cap. cum dilectus de accusationibus, glos. in c. quod ab initio de regulis iuris lib.* 4. sed res ipsa ita cõponi debet, quod in his causis, quorum effectus dumtaxat inspicitur illud tempus attenditur, in quo cõfertur: cæterũ in his, quę propter præsentẽ causam prohibetur, dispositionis tẽpus inspicitur quæ distinctio colligitur ex his, quę refert *Felinus* vbi supra, *Molina de primogenijs lib.* 2. *capite* 13. *numero* 7. *Thomas Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 6. *capite* 14. *numero* 1. Vnde cum in nostra specie prohibitio illa inducta sit, ne alterius mors desideretur, & hic metus statim vrgeat, dispositionis tempus attendimus, quo discrimine animad uerso cessant omnia supra in argumento adducta.

6 Quarto, obstat textus *in capite cum veniſſet* 9. *de restitutione spoliatorum*, ex quo constat beneficium non dum vacans recte concedi posse: in cuius textus difficultate respondendum est textum illum nostræ regulæ exceptionẽ proponere: nã & si verũ sit viuẽtis beneficiũ dari nõ posse, tamen cũ Monasterio beneficium vnitur, cessat prohibitio illa: *c. consultationibus de donationibus Clement.* 2. *de rebus Ecclsiæ, glossa* verbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo *tenebat* in dicto *cap. cum veniſſet*: ſed in aſsignanda ratione quare beneficium nondum vacans monaſterio vniri valeat, valde controuerſum eſt, ſed omiſſa Abb. ſententia in dicto *c. cum veniſſet* Rebuffi *in praxi beneficiali 3. parte titulo de reprobata beneficij viuentis num. 57.* verius dicendum eſt ideo has vniones permitti: quoniam directo agitur de vnione reſpectu monaſterij, ſiue præbendæ, & licet per conſequentiam ex monaſterio ad religioſos, & ex præbenda ad perſonas lucrum deriuetur: quare idem timor eſſe poſsit, tamen hoc non attenditur, vt in alijs multis iuris partibus attendi non ſolet, quod in conſequentiam venit, *l. 1. l. quod dicitur 7. ff. de auctoritate tutorum cap. tuis queſtionibus de teſtibus.*

7 Quinto, ſupra dictæ interpretationi valde obſtat Alexandri III. reſcriptum relatum in *cap. illud 8. de iure patronatus*, vbi Pontifex aſſerit eam conceſsionem, quam laicus religioſo loco fecerat irritam eſſe ex eo præcipue: quia de re non vacanti facta erat: ergo neque communitati, vel Collegio Eccleſia non dum vacans concedi poteſt: qua in difficultate reſpondendum eſt, cum Zauarela in eodem textu *in ſexta oppoſitione Abbate* ibidem *num. 7. Sanchez ad præcepta decalogi lib. 7. cap. 29. num. 148.* qui omnes aſſerunt conceſsionem illam factam fuiſſe, non vt poſt mortem poſſeſſoris ad religioſum locum pertineret, ſed vt ſtatim cum præiudicio poſſeſſoris adquireretur: quo caſu vnio, vel cõceſsio etiam vniuerſitati, vel collegio facta non tenet, non propter noſtri textus rationem ſupra adductã, ſed propterea, quod prohibitum eſt viuentis beneficium, cum eius præiudicio alijs conferre: *cap. 1.* hoc titulo, vbi late diximus de qua re videndus eſt, *Garcia in additionibus ad tractatum de beneficijs 5. parte cap. 3. numero 121. Moneta de commutatione vltimarum voluntatum cap. 11. num. 99.*

8 Sexto, concluſioni noſtræ obſtabit textus *in capit. accedens 14.* hoc noſtro titulo; vbi, ſi beneficium quis promiſerit, etiam ſi vacans nõ fuerit, promiſsio valet, iuxta textum *in l. 11. titulo 16. partita 1.* & tamen ex hac promiſsione votum captandæ mortis æque inducitur: cui difficultati ſatisfacere videtur Pontifex in eodem textu animaduertens multum intereſſe, an beneficium promittatur cum vacauerit, an vero cum conferẽdi facultas ſit: nam in prima ſpecie iuſta ratione noſtri textus conceſsio inutilis eſt: in ſecundo vero prohibitio ceſſat. Cum multis modis euenire poſsit, vt beneficium etiam ſine morte alterius conferatur: huius diſcriminis rationem conſiderat *gloſſa, Innocentius*, & *Zauarela* in dicto *cap. accedens*, quæ concordare videtur cum *capite ex tenore 13.* hoc titulo. Sed hæc diſcriminis ratio ſatis animum non explet: quare hac, & alijs omiſſis verius dicendum iudico, rationẽ differentiæ in eo conſiſtere: quia & ſi in promiſsione, *cum voluerim*, & in illa *cum potuero* vtroque modo beneficium vacaturum promittatur: tamen in prima ſpecie expreſse vacatura præbenda promittitur: in ſecũdo vero tacite quare diuerſus effectus eſt: ſiquidem expreſſa nocent, non expreſſa vero non nocent: *l. ſi quis Sempronium, ff. de hæredibus inſtituendis, l. ſeruum 67.* cum alijs, *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, l. expreſſa 195. ff. de regulis iuris*: ſed cũ ex vtraque promiſsione occaſio captandæ mortis detur, iam hodie pariter vtraque promiſsio improbata eſt in *cap. 2.* hoc titulo *lib. 6.*

9 Septimo, noſtri textus concluſio impugnatur ex textu *in capit. relatum 9. de præbendis*, ex quo conſtat nondum vacantis beneficij promiſsionem valere: cui difficultati omiſſa *Abbatis* interpretatione ibidem verius reſpondendũ eſſe exiſtimo, in ſpecie illius textus exceptionem noſtræ regulæ demonſtrari, cuius ratio non in obſcuro eſt: ſiquidem in textu illo agitur de promiſsione præbendæ vacaturæ facta poſt canonicatus inſtitutionem: vnde cum iam in choro, & capitulo eſſet receptus, & capitulum Eccleſiæ eſſet adſtrictum poſt receptionem primam præbendam vacantem conferre: ideo promiſsio illa obtinuit, neque de ea loquitur noſtri Concilij Lateranenſis prohibitio: quia cùm huiuſmodi canonicus ita prouiſus ius certum, & adquiſitum habeat: vt primò vacans præuenda illi ſit conferenda: *c. cum M. de conſtitutionibus, c. ſi poſtquã 13. de præbendis lib. 6.* merito promiſsio illa non obligationis nouæ ius conſtituit, ſed dũtaxat iã quæſitũ, & adquiſitũ declarat, & tuetur: vnde mirũ non eſt ſi valere dicatur, cùm rẽ eodẽ modo exprimat, cui tacite inhæret, ita reſpondit *Ancarranus, & Decius* in dicto *cap. relatũ, Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea 10.*

10 Octauo, ſolutioni obſtat textus *in capit. dilectus 19. de præbendis*: vbi, ſi præbenda vacatura iam prouiſo ſit promiſſa, conceſsio illa inutilis dicitur ea ratione: quia noſtri Concilij decreto aduerſa eſt: ergo illa *Abbatis, & Decij* interpretatio ſuſtineri non poteſt: verum huic difficultati ſatisfacies, ſi dixeris in illius textus ſpecie diuerſum caſum proponi abeo, de quo in dicto *cap. relatum* mẽtio habetur: nam in dicto *cap. relatum* conceſsio facta fuit ei, qui iam antea in c[illegible]onicatum receptus fuerat: vt ex verbis illius textus, ibi, *poſt quam Magiſter Ioannes in Eccleſia tua canonice inſtitutus*: at vero in dicto *capite dilectus*, non conſequenter electo iam canonico vacatura prębẽda promiſſa fuit, ſed directo, & principaliter ei, qui nõdũ erat in canonicũ receptus: vt cõſtat ex eodẽ textu *in § ad inſtãtiã*: ergo nihil mirũ, ſi cõceſsio illa noſtro Lateranenſi Cõcilio cõtraria dicatur, quãdo quidẽ nouum ius antea nõ acquiſitũ cõcedit: ſic interpretatur *gloſ.* verbo *in directo* in dicto *c. 2.* hoc titulo *lib. 6. Imola, & Decius* in dicto *c. relatũ n. 5.* quos magis probo, quã *gloſsã* in dicto *c. dilectus* verbo *percipere* aliter reſpondẽtem.

11 Nono, ſententia ſupra adducta difficilis redditur ex textu *in c. tuæ 20. c. dilecto 25. de præbẽdis*: in quibus iuribus probari videtur, quod etiã ſi canonico ſemel recepto prębẽda ſit promiſſa, ad hoc cenſetur promiſſa cõtra noſtri Concil. Latera. prohibitionẽ, quã difficultatẽ *Decius* in dicto *c. relatũ* poſuit, ſed, ſed nõ expoſuit: alij vero earũ deciſionũ rationẽ deducũt affirmãtes, quod ex eo contra Lateranen. Concil. prohibitionẽ illa præbẽdæ promiſsio, etiã poſt electionẽ facta videtur: quia cũ promiſsio illa pendebat ex virtute electionis, & electio erat nulla: ideo q; expectatio, & cõceſsio conſiſtere nõ poterat; cũ cõtra noſtri Concilij Lateranenſis prohibitionem facta videatur. Sed hæc interpretatio quãuis lucem præbeat, non tamen mouet, & cõuincitur ex eo, quod Põtifex in dicto *cap. tuæ* adhuc aſſerit, quod etiã ſuppoſito receptionis valore nihilominus promiſsio illa cõtra Lateran. Concil facta videtur: igitur nõ receptionis nullitate, ſed alia cauſa in illius textus deciſsione promiſsio cõtra Lateranẽſe Concilium facta videtur: quare reſpondẽdum eſſe exiſtimo, eam diſtinctionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhibenda, scilicet, quando quis prę bendam certi hominis vacatura expectat, vel quando certam præbendā certi hominis vacatura expectat, quæ illi promissa est: in primo casu promissio valet ex doctrina, & iuribus supra in præcedenti argumento adductis: in secundo vero non tenet, vt in dicto *cap. tuæ 20. cap. dilecto 25. de præbendis*: in quibus iuribus certi hominis præbenda expectatur, vt ex eorum serie satis diserte deprehenditur: siquidē duo ad eandem præbendam electi proponuntur, & vnus post alterum præbendā habituruserat: quod Pōtifex improbat, & reijcit, & nullo modo electos admitti posse scribit: nam si vterque admitteretur simul præbenda illa inter ipsos diuidi non poterat contra Concilij Turonensis decissionem relatam *in cap. maioribus, cap. quartiæ 10. cap. Vacante 26. de præbendis*: si vero non simul, sed ordine successiuo admitterentur, eueniret profecto, vt vnus illico præbendam haberet, alter autem interim expectaret: ex qua expectatione captanda mortis votum contra nostri Concilij Lateranensis decretum inducereturr: merito enim cū in dictis iuribus ex electione illa non incerta, vt in numero antecedenti, sed certa præbenda expectetur, mirum nō est, quod promissio illa etiam comprehendatur in nostro Concilio Lateranensi: notat *Barbacia* in dicto *cap. relatum 9. de præbendis, numero 4. Augustinus Barb. in collectaneis* ad eundem textum *numero 4.* & in dicto *cap. tuæ numero 1.* & in dicto *cap. dilecto num. 8.*

12 Decimo, prædictis obstat textus *in cap. ex parte 12. de officio, & potestate iudicis delegati*: vbi apparet vtilem fuisse mandatum de prouidē do, non solum ad beneficia proximè vacatura, verum etiam ad certam præbendam ex certa persona in fauorem certæ personæ: in cuius textus difficultate verissime est dicendum nostri textus decisionem limitari in potestate Summi Pontificis, qui solus potest dare ius ad beneficia vacatura iuxta textum in *capit. cum teneamur 7. cap. capitulum 30. cap. mandatum 38. de rescriptis*, & ex certa persona, & ex certo beneficio ad certam personam facilius posset; maxime consentiente illo, de cuius beneficio agitur: vt in dicto *cap. ex parte 12. de officio, & potestate iudicis delegati*. Notat *Mandosius in regula cancellariæ 21. quæst. 5. numero 4. Rebuffus* in dicto *titulo de reprobata beneficij viuentis impetratione limitatione 4.*

13 Vndecimo, obstat textus *in cap. cum super 8.* hoc titulo vbi apparet, quod si capitulum canonico promiserit præbendam proximò vacaturā, poterit canonicus agere cōtra capitulū petendo collationē præbēdæ proximò vacaturæ, neque obstabit capituli turpitudo, si dixerit, promissionem illam turpem, & contra nostrum Concilium Lateranense fuisse factam, atque ideo nullius momenti fore: quod omnino contrarium refert textus *in c. ex tenore 13.* hoc nostro titulo, vbi similis promissio ab Abbate facta nulla dicitur, & conuentus Abbas allegans suam, turpitudinem auditur: sed hæc iura facile ad concordiam reducuntur ex his, quæ supra retulimus *in sexto dubio*: nam ideo in dicto *cap. cum super 8.* Capitulum tenetur canonico conferre præbendam proximè vacaturam, neque eius turpitudo admittitur: quia vltra promissionem fuit processum ad receptionem in canonicum, & fratrem: & ideo quam citò facultas se obtulerit præbenda ei debetur, & turpitudo cessat in dicto *cap. dilectus 1. cap. relatum de præ-*

at vero in dicto *cap. ex tenore*

io reprobatur, & allegatio

tur-

turpitudinis admittitur: quia simpliciter, & absolute fuit facta contra Concilij nostri Lateranensis prohibitionem. Notant *Abbas, & Butri.* in dicto *cap. 8. numero 3. Imola 1. Cenedus* plures rēferens *in collectaneis ad decretales collectanea 10. numero 3. & 4.*

Ad textum in §. cum vero capitis nulla 2. huius tituli.

De huius §. materia plura dicemus *in cap. quia diuersitatem 5.* infra hoc nostro titulo.

Ad textum in cap. proposuit 4. cap. cum nostris 6. cap. litteras 9. huius tituli

SVMMARIVM.

1 *Executore dato ad prouidēdum per præsentationem litterarum collatori factam afficitur præbenda: ita quod collatio alteri facta non tenet.*
2 *Pontifex in beneficijs plenissimam potestatem retinet.*
Executor datus ad prouidendum censetur vices Pontificis gerere.
3 *Pontifex non potest aliquid statuere contra statuta Patrum.*
Promissio incerti beneficij vacantis valet.
4 *Remissiue ponitur textus in cap. qui in viuorum 1. de concessione præbendæ.*
5 *Exponitur textus in cap. proposuit 4. versic.* sed cū *de concessione præbendæ, & conciliatur cum cap. cū nostris 6. eiusdem tituli.*
6 *Declaratur textus in cap. dilectus 27. de præbendis, cap. si olim 6. de cō cessione præbendæ lib. 6.*
7 *Iterum expenditur textus in dicto cap. si olim 6. & ad concordiam reducitur cum cap. si à capitulo 5. de concessione præbendæ.*

1 CONCLVSIO. Si scribitur ei, ad quem expectat collatio dato executore ad prouidendum per præsentationem litterarum collatori factam adficitur præbenda ita: quod collatio alteri facta non teneat: cōsonat textus *in cap. proposuit 4. cap. cum nostris 5. cap. cap. litteras 9. hoc titulo, cap. si soli* cum alijs hoc titulo *lib. 6. capit. Capitulum Sanctæ Crucis, capit. ad audientiam 31. capit. in nostra* cum aliis *de rescriptis, capit. ex parte el primero, de officio delegati, cap. si eo tē pore, cap. tibi 12. capit. quamuis* cum alijs *de rescriptis lib. 6. Clement. 1. vt lite, cap. 2. de præbendis lib. 6. l. 1. tit. 16. partita 1. glossa 1. in l. 3. tit. 12. partita 1.* exornant *Nicolaus Garcia de beneficijs parte 10, cap. 1 numero 3. Rebuffus in concordantijs tituo de mādatis Apostolicis §. 1. sub* verbo *Romanus Pontifex, & in titulo de regressibus, & in titulo de differētia gratiæ, & iustitiæ numero 53. Estafileus de litteris gratiæ in 8. forma manda. de prouid. num. 5. & in titulo quibus modis spirent litteræ ad beneficia* versic. *executoris potestas Mandosius de signatura gratiæ titulo regressus. & accessus pag. vltima*, versic. *non tamen, & titulo coadiutoriæ*, verlic. *si tamen Papa, & titulo expectatiuæ* in principio, *Azor institutionum moralium parte 2. lib. 6. cap. 31.* versic. *verum enim, Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 13. num. 24. Anastasius Germonius de iuribus Cardinalitū §. per quæ sublatis, num. 25. Paz in praxi tomo 1. folio 201. num. 138. & 139. Nauarrus tomo 1. de regularibus, §. 4.* versic. *nono quæritur.*

2 Ratio est: quia cum Summus Pontifex in beneficijs plenissimam potes-

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestatem retineat: *cap. 2. de præbendis lib. 6.* Et statim, quo manus imponit in quolibet negocio, seu beneficio ita ligetur manus ordinarij, vt non possit de illo tractari, neque beneficium prouidere: dicto *cap. 2.* argumento textus *in cap. multum stupeo 3. quæst. 6. cap. cum venisset de iudicijs, capit. bonæ el primero de postulatione Prælatorũ, cap. vt nostram de appellationibus.* Vnde euenit, quod cum Pontifex dat exequutorem ad prouidendum aliquod beneficium, cum exequutor ille censeatur vices Pontificis gerere: *glossa in Clement. si de beneficio*, versic. *Episcopi de præbendis*, ex eo videtur adimere facultatem collatori ordinario illud conferendi: *cap. si soli, cap. si à capitulo* hoc titulo *lib. 6.* & ita per præsentationem litterarum ab executore factam censetur affecta, & sublata præbenda illa collatori, & Summo Pontifici reseruata: notat *glossa* in dicto *cap. si à capitulo* verbo *exequatur*: at simplici mandato sine executore nõ ita videtur expressa voluntas Pontificis se velle auferre potestatem ordinario; & ita non afficitur præbenda: dicto *capit. si soli cap. tibi qui de rescriptis lib. 6.*

3 Primo, vltra ea, quæ in *primo, & secundo cap.* supra retulimus: quæ omnia in præsenti & vicissim trahi, & referri poterunt: obstabit *Concilium illud Lateranense* relatum in dicto *cap. 2.* hoc nostro titulo, dum ibi cauetur omne ius ad vacaturam, neque dari, neque promitti posse: ergo Celestini rescriptum, & mandatum in præsenti dari non debuit: in fauorẽ Tiberij, cum Pontifex non possit aliquid statuere contra statuta Patrum; *capit. contra statuta 25. quæst. 2. cap. cum ad monasterium* in fine *de statu Monachorum*: verum huic difficultati respondendum erit mándatum in præsenti à Celestino datum, & directum capitulo, vt Tiberium in canonicum reciperent, & proximè vacaturam præbendam assignarent non esse contra Concilium Lateranense, in quo certi beneficij non dũ vacantis tantum collatio, aut promissio est prohibita, non vero incerti, v tẽpore Celestini vigebat; quod postea fuit abrogatũ *in cap. 2.* hoc titulo *lib. 6.* vt supra diximus *in quinto dubio in cap. 2.* hoc titulo, atque ideo cum cõtra statuta canonũ nihil egisset; non obstant iura in argumento adducta, præcipue cum debeant intelligi in statutis cernentibus ad ius naturale, seu diuinum iuxta textum *in cap. sunt quidam dicentes 25. quæst. 1.* notant *Abb.* & Doctores omnes *in cap. quæ in Ecclesiarum de constitutionibus*, Paz vbi supra cum traditis à *Ximenez in concordantijs* ad nostrũ textum: poterit tamen Summus Pontifex supra concilia, & ius Pontificiũ dispensare, notat *Couarru. lib. 3. Variarum, cap. 6. numero 1. Menochius cõsilio 157. num. 11. Barbosa in collectaneis* ad nostrum textum *num. 6.*

4 Secundo, obstat textus *in cap. 1.* hoc titulo de cuius inductione, & solutione vide ea, quæ supra retulimus in dicto *capit. 1. in quinto dubio*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

5 Tertio, obstabit dicere, quod tempore, quo Celestinus inuestiuit Tiberium de præbenda, detinebatur ipsa ab eo, cui à capitulo erat assignata: vt patet ex versiculo nostri textus: ibi, *sed cum præbenda*. At sic est quod præbenda ab alio detenta, etiã si iure vacet, alius inuestiri non debet iuxta textum *in capit. cum nostris cap. litteras 9.* hoc titulo per argumentum à contrario sensu: ergo nõ recte in præsenti processit Celestinus. Pro cuius dubij solutione adnotandum est, impetrationem litterarum ad aliquod beneficium de iure vacans detentum tamen de facto ab alio

alio nullius momenti esse, nisi in ipsa impetratione fiat mẽtio de ipsius coloratæ possessionis titulo: dicto *capite cum nostris* hoc titulo, & coloratus titulus dicitur, quando collatio beneficij est facta ab eo, qui poterat conferre, licet titulus nullus propter incapacitatem accipiẽtis reddatur, at verò si in colorata fuerit possessio, vt pote si quis occũpasset illam, sine aliquo tituli colore, de illa mentio fieri non oporteret. Notat *Felinus in cap. in nostra de rescriptis Corolario 35. Selua de beneficijs 3. parte quæst. 11.* versiculo *vigesima qualitas Rebuffus in forma mãdati, pro expressis in expressione 27. Cosmas in præ. titulo de pacificis possessor.* verbo *coloratum*, incolorata enim institutio dicitur quãdo ipse collator non poterat conferre, quia forsitan ligatas habebat manus, vel beneficium erat reseruatum, notat *Cosmas* vbi supra *Gomecius in regula de triennali quæst. 27.* ex quibus iam apparet solutio ad dubium hoc: nam cum manus capituli essent ligatæ per mandatum Apostolicum cum executore, & collatio illa à capitulo facta, neque titulum coloratum tribueret, non potuit impedire collationẽ Tiberio factam, cum de prima fine titulo colorato facta, mentio fieri non debebat, iuxta textum ita intelligendum in dicto *c. litteras 9.* hoc nostro titulo. Notat *Lapus allegatione 103. n. 2. & 127. n. 7.* & vtrobique *Mandosius*: at vero in dicto *c. cum nostris* hoc titulo titulus coloratus fuit, & cũ eo facile potuit dispensatio admitti, si quidẽ Episcopus ille præposituram habuit ab eo, qui poterat illã illi cõferre; licet ipse Episcopus non potuisset accipere, cum per electionẽ, qua factus est Episcopus, vacaret beneficium, quod habebat, *capit. cũ in cunctis de electione*, & illud amplius accipere non potuit; est tamen titulus coloratus, & ita illius debuit mẽtionem facere, ne litteræ essent subreptitiæ, cum non solum de his, quæ sunt iuris, sed etiam de illis quę sunt facti mentio debet fieri, *capit. dudum de priuilegijs, capit.* final *vt lite pendente, capit. cansam de testibus*. Notat *Menochius de arbitrarijs casu 201. numero 139.* late *Nicolaus Garcia de beneficijs parte 10. capit. 1. numero 48. Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *capit. cum nostris 6.* hoc titulo à *n. 2.*

6 Quarto, obstat textus in *c. dilectus 27. de præbendis, c. si soli 6.* hoc titulo *lib. 6.* in quibus iuribus apparet litterarũ præsentationẽ nõ afficere præbendã, nec; ligare manus collatoris: ergo hucusque dicta minimè sustineri poterũt: verũ huic difficultati satisfacies facile, si dixeris plurimũ discrimẽ versari inter nostrũ textũ, & iura supra adducta: nam in præsenti ideo litterarũ præsentatio afficit manus ordinarij collatoris, quia in litteris illis datus erat executor, ad prouidendũ: at vero in dicto *c. eũ dilectus* cũ similibus, tantũ interfuit simplex mandatũ sine executore, & ideo præsentatio illius non afficit præbendã. Ratio discriminis est: quia quãdo datur executor ad prouidẽdũ, vltra eo, quod demõstratur in eo voluntas Pontificis (similiter etiã negligente collatore ordinario trãsfertur cõferẽdi potestas) in executorẽ, *c. si capitulo* hoc titulo *lib. 6.* & ita ordinarius primꝰ mãnet absq; potestate cõferẽdi; secus verò quando nõ datur executor, vel datus est ad cõpellendũ, *c. tibi qui de rescriptis lib. 6. c. si soli* eodẽ titulo, & *lib.* & in hoc simplici mandato obtinent iura supra in argumento adducta, ac ideo litteræ illæ ibi nõ afficiũt manus inferioris: notat *glossa* magna in dicto *cap. si soli* hoc titulo *lib. 6. Gomecius de mandato de prouidendo, num 27. Decius consilio 97. volumine 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Quinto, solutioni obstat textus in dicto *cap. si soli 6. de concessione præbendæ lib. 6.* vbi etiam siquis impetrauerit rescriptum cum executore ad præbẽdam proximò vacaturam, illa præbendę collatio ab ordinario facta mero iure valet, quod est omnino contra decisionem textus in dicto *cap. si à capitulo* 5. hoc nostro titulo *lib. 6.* quæ quidem iura ita ad concordiam reduces, si dixeris eorum species diuersissimas esse, quia in dicto *cap. si à capitulo* executor ille fuerat datus ad prouidendum in capituli defectum merito cum in solidum illius præbendæ collatio competat executori, si capitulum alij præbendam contulerit, quam in rescripto comprehenso, eius collatio nulla erit ipso iure, & iterum impetranti assignari debet, etiam si eius procurator remissus appareat: at vero in specie textus in dicto *cap. si soli* executor ille non fuit datus ad prouidendum in ordinarij defectum, sed tantum ad eum compellendum, merito si capitulum alij interim in præiudicium impetrantis præbendam contulerit, collatio valet, cum integrum ius eligendi mandatori non fit concessum, cum ex illo executore ad compellendum tantum; non videatur Pontifici ademisse potestatem conferendi, vt bene animaduertit *glossa* verbo *executor* in dicto *capit. si à capitulo* 5. hoc titulo *lib. 6.* *Abbas* in præsenti *num. 3. & 8.*

Estafileus de litteris gratiæ titulo de mandatis de prouidendo quarta forma.

Ad textum in cap. quia diuersitatem 5. capit. post electionem 7. cap. 2. §. cum vero, cap. ex parte 10. cap. dilectus 11. cap. postulastis 15. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Semestre ad eligendum, seu conferendum à iure præfixum non currit legitime impedito, nec incipit currere, nisi à die vacationis.*
2 *Negligentia in his, quæ ad ius publicum expectant omnino corrigenda, & punienda est.*
Ecclesiæ, & Reipublicæ interest ne beneficia maneant in suspenso.
Impeditus, seu ignorans negligens dici non potest.
Scientia vbi non est non potest esse negligentia.
3 *Refertur interpretatio ad textum in cap. statutum 3. de præbendis lib. 6. & conciliatur cum cap. quia diuersitatem 5. de concessione præbendæ.*
4 *Expenditur textus in extrauaganti piæ solicitudinis de præbendis.*
Pontifex cum nullum habeat superiorem, qui eum corrigat negligens esse non potest.
5 *Expenditur textus in cap. nulla 2. versic.* sin autem *de concessione præbendæ.*
Declaratur textus in cap. vnico versiculo idem *ne sede vacante.*
6 *Refertur ratio ad textum in capit. quia diuersitatem 5. versic.* & si fuerit *de concessione præbendæ, & conciliatur cum dicto cap. vnico ne sede vacante.*
7 *Interpretatur textus in cap. si à capitulo 5. de concessione præbenda.*
8 *Ad concordiam reducitur textus in cap.*

cap. si soli 6. de concessione præbendæ lib. 6. cum cap. si à capitulo 5. de concessione præbendæ.
Executor datus ad prouidendum differt ab executore dato ad compellendum.
9 *Conciliatur textus in cap. dilectus 12. de concessione præbendæ cum cap. ne pro defectu 41. de electione, cap. postquam 50. dist.*
Periculum vbi maius vertitur ibi tutius est succurrendum.
10 *Exponitur textus in cap. 1. de præscriptionibus, l. qui agros, l. locorum C. de omni agro deserto.*
11 *Declaratur textus in cap. statutũ, 3. versic.* post mensem *de præbendis lib. 6.*
Ius idem consistit debet vbi eadem ratio est.
12 *Declaratur textus in l. 2. §. vltimo versic.* sed & si *ff. siquis cautionibus.*
Impedimenta lege posita differunt ab homine positis.

1 CONCLVSIO. Semestre ad eligendum, seu conferendum à iure præfixum non currit legitime impedito, neque incipit currere, nisi à die vacationis. Consonat textus in dicto *cap. 2. §. cum vero, cap. quia diuersitatem 5. capit. ex parte 10. cap. dilectus 12. cap. postulastis 15.* hoc nostro titulo, *cap. sicut 2. cap. licet 3. cap. litteras 4. cap. dilecto filio 5.* & final *de supplenda negligentia Prælatorum, capit. ne pro defectu de electione, cap. quamsit graue* eodem titulo *lib. 6. cap. statutum 3. de præbendis lib. 6. Clement. vnica de supplenda negligentia Prælatorum, cap. quoniam 3. cap. si vero 12. cap. eam te, cap. cum propter discordias de iure patronatus, cap. 1.* eodem titulo *lib. 6. Clement. vnica de supplẽda negligentia Prælatorum Clemen. si de beneficio 5. de præbendis, cap. cum Ecclesia 32. de electione, cap. volumus §. si vero 83. distinct. cap. cum simul 9. quæst. 3. capit. quoniam* iuncta *glossa* verbo *post secundum*, & verbo *Episcoporum 100. distinct. nouella 123.* argumento textus in *l. qui agros. Codice de omni agro deserto lib. 10. l. sciendũ §. vlt. l. si venditor, ff. de adilitio edicto l. tutor 15. ff. de administratione tutorum, c. placuit 2. 16. q. 4. l. 8. & 9. tit 16. partita 1. l. 18. titulo 9. partita 1. l. 18. titulo 23. eadẽ partita 5.* exornant, *Rebuffus in praxi beneficiali titulo de deuolutionibus*, idem *de coliati. §. siquis vero Gutierrez canonicarum, quæst. cap. 28. Azor institutionum moralium parte 2. lib. 6. cap. 27. quæst. 7. Nicolaus Garcia de beneficijs parte 5. c. 3.* idem *parte 10. cap. 3. nu. 31. Hieronymus Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 15. §. 2. num. 20. idem glossa 24. num 77. Anastasius Germinius de indultis Cardinalium, §. volumus autem num. 78. Filucius de statu clericorum, cap. 3. num. 95. August. Barbos.* vltra eos quos refert *in collectaneis* in dictis iuribus præcipue *de iure Ecclesiastico vniuerso, lib. 3. cap. 13. num. 108.* idem *de potestate Episcopi, parte 3. allegatione 58. & 72. num. 132. Duarenus lib. 5. de Sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 5. Cuiacius in posthumis ad decretales* in dictis iuribus idem in tractatu *de præscriptionibus, cap. 21. Petrus Gregor. lib. 17. syntagmat, cap. 9.*

2 Ratio quare si ordinarius intra semestre tempus beneficia non conferens, ius illud ad proximum, & immediatum superiorem deuoluitur, ea est, quia negligentia in his, quæ ad ius publicum expectant omnino corrigenda, & punienda est, *l. qui agros, l. locorum Codice de omni agro deserto lib. 10. l. final Codice de censibus, & censitis* eodem *lib. 10. Cuiacius de præscriptionibus, cap. 21. Aulus Gelius lib. 4. noctium atica. cap. 13.* cuius negligentiæ pœna est, vt ad alterũ deuoluatur illius muneris executio *authentica, siquis maiori Codice de fide iussoribus, cap. 3. cap. si hæredes de testamentis*, merito ordinario negligente post semestre tempus deuoluitur collatio ad superiorem, cum reipublicæ, Ecclesiæ, & animarum saluti interfit, ne beneficia diu maneant in suspenso, cum pues sine pastore diu vaga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vagarent dicto *cap.* 2. §. *cum vero* hoc titulo *cap. ne prodefectu de electione, cap. quam sit* eodem titulo *lib.* 6. quã rationem refert *glossa* in *cap. duobus de rescriptis lib.* 6. *Rebuf. in concordantijs tituli de collationibus,* 9. *si quis vero* verbo *deuolãtur* idem de *deuolutionibus, num.* 8. *Mandosius in regula Cancellariæ de annali. quæst.* 92. *num.* 5. quod quidem tempus non currit impedito neque ignoranti. Ratio est: quia cum tempus illud sit præfixum loco pœnæ ad conuincendam culpabilẽ Prælatorum malitiam, & negligentiam, & hæc esse non possit stante impedimento, vel ignorantia, cum impeditus, seu ignorans negligens non dicatur, argumento textus in *l.* 1. §. *ne autem Codice de annali exceptione, l. sicut Codice de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, cap. inter quatuor de clericis non residentibus, cap.* 1. *cap. de quarta, cap. ex transmissa de præscriptionibus,* neque etiam ignorans, cum tunc deficiat volũtas, quæ in culpa desideratur, *cap. non est in Volantate de sententia excommunicationis l. scientiam, ff. ad legem Aquiliam, l. in omnibus, ff. de noxalibus actionibus, l. seruus ignorante Codice* eodem, siquidem vbi non est scientia non potest esse negligentia, *cap. vnico de iure patronatus lib.* 6. atque ideo iusta de causa, illud semestre tempus neque impedito, neque ignoranti currit ex iuribus supra adductis: notat *Rebuf. de deuolutionibus nu.* 6. De prima, nostri textus parte, in qua asseritur confirmationem nouum ius non tribuere, sed antiquum conseruare, nihil agimus, quia de ea late scripsimus in *cap. cum dilecta* 4. *de confirmatione vtili, vel inutili,* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

3 Primo, obstat textus in *cap. statutum* 3. *de præbendis lib.* 6. vbi in eadẽ iuris deuolutione in beneficijs in Curia Romana vacantibus, non semestre tempus desideratur, sed vnius tantum mensis sufficit, ita vt si Pontifex intra illud mensis tempus non prouideat beneficium, illa conferendi potestas deuoluitur ad Diœcesanum Episcopum. Augetur difficultas ex eo, quod maius tempus secundum veram iuris prærogatiuam Pontifici, quam inferioribus Prælatis constitutũ, seu concedi debebat; quo in dubio dicendum est, textum nostrum, & iura supra adducta loqui eo in casu, quo Episcopus negligẽs, & remissus est in conferendis beneficijs in sua Diœcesi extra Curiam Romanam vacãtibus, in quo necessarium est illud semestre tempus ad transferendam eligendi potestatem ad immediatum iudicem superiorẽ: at vero textus in dicto *cap. statutum* 3. *de præbendis* procedit in beneficijs in Curia Romana vacantibus, quæ intra mensem à Pontifice sunt conferenda, alioquin ius illud deuoluitur ad ordinarium Episcopum. Ratio differentiæ, in eo consistit, quia in dicto *cap. statutum* non agitur de trãsferẽda ab inferiore ad superiorẽ eligendi potestate, sed de deuoluenda de superiore ad inferiorem iurisdictione, quæ quidem eligendi potestas ante reseruationem illam in Curia à Pontifice facta antea in beneficijs à iure communi ordinarijs Episcopis competebat, merito iusta de causa mensis vnus sufficit, vt facilius reuertatur illa eligendi potestas semel iam obtenta, cum res ipsa facilius ad suam naturam reuertatur, *capit. ab exordio* 35. *distinct. l. si vnus* §. *pactus ne peteret, ff. de pactis*; at vero maius tempus hoc est semestre in præsenti desideratur ad consequendam illam eligendi potestatem nunquam possessam, neque adquisitam notat *glossa* verbo *numerandum* in dicto *cap. statutum* 3. quam communiter esse receptam refert *Menchaca de successionum creatione lib.* 1. §. 8. *num.* 9. *Garcia tomo* 1. *de beneficijs* 5. *parte cap.* 1. §. 2.

4 Secundo, solutioni obstat *extrauagans piæ solicitudinis de præbendis,* vbi idem Bonifacius 8. qui sexti libri compilator est, generaliter absque vlla mensis limitatione reseruauit Pontifici omnia beneficia in Curia Romana vacantia, præcipue cum Summus Pontifex negligens esse nõ possit, cum nullum habeat superiorem, qui eum corrigere possit. Notat *Rebufus* ad titulum *de deuolut. à n.* 5. *Augustin. Barbos. de officio, & potestate Episcopi allegatione* 76. *num.* 53. in qua iurium contrarietate, *Nicolaus Garcia* vbi supra 5. *parte cap.* 1. §. 1. *n.* 98. adeo est opressus quod existimet decisionem textus in dicto *cap. statutum* corrigi debere per textum in dicta *extrauaganti*, cuius interpretatio ex eo conuincitur: quia correctoria est, & in iure nostro admitti non debet, *c. cũ expediat de electione lib.* 6. *l.* 1. *Codice de inofficiosis donibus* Sligerus plures refert *lib.* 8. *c.* 11. littera *L.* Imo quod magis consentaneũ esset, dictã extrauagantẽ corrigi debere per textum in dicto *cap. statutum*, siquidem dicta extrauagans fuit edita à Bonifacio 8. 1. sui Pontificatus anno; at verò sextus liber fuit editus ex post facto anno 4. sui Pontificatus, vt ex eorum data constat, quare verius dicendum censeo in illis iuribus nullã esse repugnantiam, cum id quod Gregorius 10 statuit in dicto *cap. statutum*, etiã confirmauit, & obseruauit Bonifacius 8. in dicta *extrauaganti*, siquidem ibi etiam asserit, quod omnia beneficia in Curia vacantia cum mensis limitatione à Põtifice prouideri posse non quasi ab ipso nouiter statuendo: sed vti conseruando sui Gregorij Decimi prædecessoris constitutionem: nam verba illa, *quæ apud sedem eandem intra vnum mensem*, nõ sunt referenda, vt nonnulli existimant ad hoc, vt post mensis publicationem illius constitutionis ordinarius Episcopus nõ possit prouidere beneficia illa; sed tantũ sunt referenda ad mẽsis limitationem relatã in dicto *c. statutum*: neque ex illa mẽsis limitatione punitur Pontificis negligentia, quæ in eo nequaquam considerari potest, cũ superior sit omnibus, vt supradiximus. Argumento textus in *cap. cũ inferior de maioritate, & obedientia*, sed tantum illius mensis limitatio à Põtifice ipso ibi statuitur, vt sic eo transacto consuleretur Ecclesiæ, & ordinariorũ ius cõseruaretur. Notat *Barbos.* vbi supra *allegatione* 127. *n.* 53.

5 Tertio, obstat textus in dicto *capit. nulla* versic. *sin autem Episcopus* hoc nostro titulo, vbi Episcopi negligentia in beneficiorum prouisione post semestre tempus corrigitur per capitulum, ad quem prouisio deuoluitur, non vero ad Archiepiscopum: ergo non ad immediatum, vti noster textus affirmat, & ibi notant Doctores omnes. Verũ huic dubio verissime est dicendum, quod in dicto *capite nulla* versiculo *sin autem*, non suppletur Episcopi negligentia per capitulum ratione superioritatis, cum capitulum inferius Episcopo sit, notat *Barbos.* dicta *allegatione* 126. *numero* 71. nam si separatim electio ad capitulum absque Episcopo pertineret, tunc deuolutio ad Episcopum fieret, vt notat *Barbos.* vbi supra; at vero si tantũ ratione cõmunionis prouisionis quæ non est separatim inrer Episcopũ, & capitulũ, tunc si Episcopus intra semestre non cõtulerit, collatio deuoluitur ad capitulum tanquam ex natura rei, & proprio iure, iuxta textũ ita intelligendum in *capite vltimo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

versic. *quod si* 65. *distinct. cap.* 2. versic. *si vero* 89. *distinct. cap. cum simus* 9. *quæst.* 3. notat *Panormitanus* in dicto *capit. nulla num.* 6. *Garcia* vbi supra *parte* 10. *capit.* 3. *num.* 33. *Rebuffus de deuolutionibus num.* 21. *Barbos.* dicta *allegatione* 126. *num.* 75. at vero si collatio expectat ad capitulum, & Episcopum, si Episcopus ingrediatur in electione nõ vt Prælatus, sed vt canonicus deuolutio illa nõ fit ad ipsum Episcopum, sed potius Archiepiscopum iuxta textum in *cap. postulasti* 15. hoc titulo. Ratio est, quia in his terminis Episcopus, & capitulum censentur ciuiliter vnũ corpus, quasi Episcopus sit caput, & canonici membra, *capit. nouit de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli.* Neque obstat textus in *cap. vnico* verfic. *idem ne sede vacante*: quia respondetur textum illum non loqui neque procedere in casu negligentiæ de qua nos loquimur, sed solũ loquí in casu impotentiæ resultantis ex suspensione, vel excommunicatione, vnde nouiter ex dicto *cap. vnico* inductum fuisse apparet, vt capitulo suspenso à prædicta beneficiorum collatione, vel omnibus de ipso capitulo singulariter excommunicatis ad eundem Episcopum, vt pote non culpabilẽ conferẽdi potestatem esse deuoluendum. Notat *Augustinus Barbosi de potestate Episcopi, Allegatione* 126. *num.* 74. idem in *collectaneis* ad textum in dicto *capit. vnico num.* 1. & 5.

6 Quarto, solutioni obstat textus in dicto *cap. quia diuersitatem*, hoc nostro titulo, versiculo, *& si fuerit sua culpa suspensus*; ex quibus verbis constat, quod etiam si Episcopus fuerit sua culpa suspensus, non ex eo currit tempus semestre: nec negligens dici potest, vt deuolutio ad capitulum, vel è contra si capitulum fuerit suspẽsum ad Episcopũ ius eõ ferendi deuoluatur. Ergo solutio supra adducta minime sustineri poterit. Verum huic dubio dicendũ est textum in dicto *cap. quia diuersitatem* versic. *& si fuerit* procedere quãdo culpa Episcopi, vel capituli interce sit, quare excõmunicatio, vel suspẽsio fuit imposita, non immediata, & proxima ad casum, sed remota, & mediata, quo in casu negligentia minime imputatur ad euentum postea secutum, præcipue quia in petenda absolutione, non fuit remissus, cum statim post suspensionem iuit ad Curiam, at vero in dicto *cap. vnico* culpa excommunicationis fuit ordinata, affectata, & procurata immediate ad casum, hoc est ad producendũ impedimentum, & mora in petenda absolutione extitit, quo in casu eligendi ius ad capitulum, vel è contra ad Episcopum transfertur iuxta textum in dicto *cap. vnico*, §. *cum vero* versic. *nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis huiusmodi sit in mora.* Argumento textus in *cap. quoniã de rescriptis*, notat *glossa* in dicto *cap. quia diuersitatem*, versic. *suspensionis glossa* verbo *in mora* in dicto *cap. vnico ne sede vacante lib.* 6. *Augustinus Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *cap. quia diuersitatem numero* 9. *&* 10. *Conarru. in Clement. si furiosus parte* 3. in principio *numero* 4. *Dominicus*, & *Francus* in dicto *cap. vnico.*

7 Quinto, his omnibus obstat textus in *cap. si à capitulo* 5. *de cõcessione præbendæ lib.* 6. vbi apparet, quod siquis impetrauerit rescriptum ad præbendam proxime vacaturam, si procurator fuit negligens in litterarum præsentatione, etiam si capitulum intra semestre tempus præbendam contulerit, & negligens non fuerit, collatio non tenet: ecce speciem vbi etiam si capitulum non fuerit negligens, cum semestre tempus non fuerit transactum, adhuc collatio ab eo facta non tenet: qua in difficultate omissis alijs. Verissime est dicendum, quod ideo in dicto *cap. si a capitulo* collatio alteri facta, etiã intra semestre nulla est, quia impetranti litteras ad beneficium datus fuerat executor, qui præbendam prouideret, in capituli defectum, quo renuente executor prouidet, notat *Abbas* in *cap. proposuit* hoc titulo *Gomecius in titulo de mandatis de prouidendo* 4. *forma.*

8 Sexto, solutioni obstat textus in *cap. si soli* 6. hoc titulo *lib.* 6. vbi similiter executor fuerat datus ad prouidendum, & nihilominus collatio ab ordinario intra semestre facta valet; & tenet verum dubiũ hoc dilues si dixeris illorum iurium species diuersissimas esse: nam in dicto *cap. si a capitulo* executor ille fuerat datus ad prouidendum in solidum in capituli defectum merito cum tunc in solidum præbendæ collatio executori competeret, si capitulum etiam intra semestre alij conferat, non tenet collatio; at vero in specie textus in dicto, *cap. si soli* executor ille non fuerat datus ad prouidendum, sed ad compellendum tantum ordinarium, merito si capitulum intra semestre alij in præiudicium impetrantis præbendã contulerit, collatio valet, cum negligentia procuratoris capitulo non debeat nocere, siquidem intra semestre tempus ius eligendi ei competit. Ratio differentiæ petenda est ex his, quæ supra retulimus in *cap. proposuit* 4. hoc titulo in quinto dubio vide *glossam* ve bo *executor* in dicto *cap. si à capitul-*.

9 Septimo, aduersus decisionẽ textus relatam in *cap. dilectus* 12. hoc nostro titulo dum affirmat maiores dignitates, hoc est Episcopatus non esse compræhensas sub hoc Lateranensis Concilij tempore, obstabit textus in *cap. ne pro defectu* 41. *de electione, cap. postquam* 50. *distinct. cap. obeuntibus* 63. *distinct.* in quibus iuribus cauetur in Episcopatibus post tres menses eligendi ius ad proximum immediatum iudicem deuolui: ergo non solum vltra semestre, verum etiam post trimestre deuolutio in Episcopatibus fiet. Verum huic dubio dicendum est, verissimũ esse olim maiores dignitates hoc est Episcopatus, non fuisse compræhensas sub illo Lateranensi Concilio, quòd tantum in inferioribus dignitatiqus locum habet, hodie tamen ex illo Generali Concilio de quo mentio habetur in dicto *cap. ne pro defectu de electione*, minus tẽpus in illis maioribus dignitatibus fuit statutũ, vt deuolutio fiat. Ratio est, quia in illis maius periculum, quam in cæteris inferioribus dignitatibus ineſt, & vbi maius periculum vertitur, ibi tutius est succurendũ *cap. vbi periculum de electione lib.* 6. & ita de illo iure nouissimo sunt interpretanda iura supra adducta. Notat *Abb.* in dicto *capit. dilectus num.* 2. *Imola* 5. *Rebufus* 1. *parte de deuoluti. num.* 4. *Acuña ad primam decreti partem* in dicto, *capit. post quam* 50. *dist. num.* 1.

10 Octauo, his omnibus obijci poterit textus in *cap.* 1. *de præscriptionibus* cum *capite placuit* 16. *quæst.* 3. & textus in *l. qui agros* cum *lege locorum Codice de omni agro deserto*, de quibus videre oportet ea quæ diximus in *cap.* 1. *de præscriptionibus num.* 4. similiter etiam textus difficilis, & extraordinarius, in *l. tutor* 15. *ff. de administratione tutorum*, cui obstat textus in *l. tutor* 7. §. *Vsuræ ff. eodem*, de quorũ conciliatione videndus est, *Cuiacius de præscriptionibus, cap.* 13. vbi etiam refert textum in *l. sciendum* §. *vltimo l. si venditor, ff. de ædilitio edicto.*

11 Nono, aduersus vltimam nostri textus partem quatenus in ea re refer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fertur tempus illud tantum currere à die notitiæ, non vero à die vacationis, valde obstat textus in *cap. statutum 3. de præb. lib. 6.* versic. *post mẽsem à die, quo vacatura rit prouidendum*; ex quo constat, quod illa mensis limitatio, etiam ignorante Pontifice, currit, vt deuolutio fiat à die vacationis: ergo multo fortius aduersus inferiores Prælatos debet esse in illo semestri tempore, sed huic difficultati verisime est respondendum, textum in dicto *cap. statutum*, procedere, quando mensis tempus in fauorem Ecclesiæ, & Episcoporum sine odio alterius statutum est, nam tunc tempus illud, etiam ignoranti labitur, cum non sit concessum in odium Pontificis, sed in fauorem Ecclesiæ: at vero illud semestre tempus fuit institutum in odiũ negligentium, quæ negligentia, seu delinquendi voluntas non præsumitur, nisi scienti, vt supra in ratione nostri textus diximus, notat *Augustinus Barbos. de potestate Episcopi allegatione 126. num. 42. 43. & 44.* Neque obstabit si instes, quod etiam in præsenti illud semestre tempus fuit concessum in fauorem Ecclesiæ, & animarum curam, & ne rerũ Ecclesiæ administratio in suspenso maneat, ac ideo illud semestre tempus cõnumerari debet à die vacationis, sicut illa mensis limitatio ex vulgari regula, qua docemur, quod vbi eadem ratio est, idem ius constitui debet, *l. illud ff. ad legem Aquiliam, l. si post latam, §. 2. ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, quia verisime est dicendum, quod quamuis semestre tempus præcipue, & pricipaliter sit concessum in Ecclesiæ fauorem: secundario tamen in odium Episcoporum loco pœnæ fuit præfixum, vt sic amitterent ius eligendi, si intra illud semestre tempus non elegerint, quæ pœna non currit nisi aduersus scientes vt supra resolutum est.

12 Decimo, aduersus ea, quæ textus noster refert, videlicet tempus illud non currere legitime impedito, obstabit textus in *l. 2. §. vltimo, ff. siquis cautionibus* versic. *sed si*, in cuius textus specie apparet, quod siquis ad iudicium venire desiderans ab aliquo priuato homine absque eius dolo detineatur, nihilominus Consultus affimat exceptionem non habere, ac per consequens tempus intra quod comparere debuerat, currere etiam si legitime impeditus extitisset. Pro cuius textus difficultate diluenda, est discrimen constituendum inter impedimenta à lege imposita, vel ab homine, hoc est inter impedimenta iuris, vel facti, nam siquis impeditus sit à lege, ita vt agere non possit tunc tempus intra quod agere debebat non currit ex eo, quod sit ipsa lege legitime impeditus, & ita procedit textus noster, & similia iura pro hac parte supra adducta. Si vero quis ab homine sit impeditus, tunc aduersus eum tempus currit, quia impedimentum illud tantum facti est, ita procedit textus in dicta *l. 2. §. vltimo ff. siquis cautionibus*, notat *Antonius Faber in rationali* ad eundem textũ, videndus est etia *Doctor Balboa in c. 1. de appellationibus n. 69.* de qua re nos plura diximus in *capit. ex transmissa 10. de præscriptionibus*, quæ omnia in præsenti poterunt repeti.

Ne sede vacãte aliquid innouetur Titulus IX.

Ad textum in cap. nouit 1. cap. constitutis 3. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Vacante sede eius status mutari non debet.*
2 *Laudatur Doctor Don Ioannes de Solorzano.*
Vnio Ecclesiarum quomodocumque fiat cedit in vtilitatem Episcopi.
3 *Vnio Ecclesiarum sede vacante fieri potest.*
Exponitur textus in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ.
Omnes res eodem modo, quo colliguntur dissolui possunt.
4 *Declaratur textus in cap. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6. & ad concordiã reducitur cum dicta Clementina 2. de rebus Ecclesiæ.*
Maius cui conceditur etiam quod minimum est concessum censetur.
5 *Vacante Ecclesia iurisdictio Episcopi ad capitulum deuoluitur.*
Capitulum sede vacante nihil facere potest quod futuro Episcopo damnũ irrogetur.
6 *Vacante Ecclesia æconomus seu legitimus defensor constituendus est.*
7 *Declaratur textus in l. bonorum C. qui admittantur ad bonorum possessionem.*
8 *Erectio Ecclesiarum Cathedralium ad Romanum Pontificem tantum expectat.*
Exponitur textus in c. Felix 50. 16. quæst. 1. cap. multis 51. versic. vt plebis *eadem causa, & quæst.*

1 CONCLVSIO. Vacante sede eius status mutari nõ debet. Cõsonat tex. in *Cap. illa 2. cap. constitutis 3.* hoc titulo, *cap. siqua de rebus, cap. præcarij 12. q 2. c. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis lib. 6. c. auditis de electione, c. de quarta de præscriptionibus, cap. obtum 51. distinct. cap. constitutum 7. quæst. 1. c. ad abolendam*, versic. *sede vacante de hæreticis, l. actu 43. ff. de re iudicata*, & quo ad vnionem *Concilii Tridentinum, sessione 7. de reformatione, cap. 6. & 7. & sessione 24. de reformatione, cap. 9. 13. & 15.* & quoad, & erectionem, & Cathedralium Ecclesiarum mutationem ad Romanum Pontificem expectantem, consonat textus in *cap. 1. 22. distinct. cap. temporis 18. ca. præcipimus 53. 16. quæst. 1. cap. sicut vnire 8. de excessibus Prælatorum, cap. consultationibus* ad finẽ *de donationibus cap. 1. cap. inter corporalia de translatione Episcopi cap. mutationes 7. quæst. 1. glossa* verb. *Cathedralem in cap. cum inferior de maioritate, & obedientia*, exornant *Rebuffus in praxi titulo de vnionibus, num. 36. & titulo de deuolutionibus, num. 13. & 100. Cerola in praxi Episcopali* verbo *vnio §. 11. parte 1. & verbo capitulum §. 4. parte 2. Thomas Sanchez ad præcepta decalogi tomo 2. lib. 7. capit. 29. num 155. Garcia de beneficijs parte 12. cap. 2. num. 67. Azor in institutionum moralium 2. parte lib. 6. cap. 28. quæst. 9. Couarru. in practicis, capit. 28. numero 10. Gutierrez in practicis lib. 2. quæstione 22. num. 10.* cum multis alijs traditis à *Barbos. de potestate Episcopi 2. tomo parte 3. allegatione 50. num. 5. Eruditissimus Doctor Solorzano in tract. de iure Indiarum, tomo 2. lib. 3. cap. 4. num. 1.* idem *Barbos.* plures referens *in collectaneis* ad nostrum textum, & *in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ.*

2 Ratio est, quia cũ vnio Ecclesiarum, quomodocunque fiat in vtilitatem Episcopi cedat, cum eius redditus, & auctoritas aliquo modo amplificentur, ideo sicut vacante sede nihil debet à iure Episcopali detrahi, quia iniquum esset, quod Episcopalis sedes tempore quo vacat, & defensore caret minuatur: sic simili

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter, neque ius Episcopale attingi, vel diminui potest, etiam si res vel causa sit, quæ facere oporteret, vt refert *Cipriannus Epistola* 31. ibi *ante constitutionem Episcopi nihil innouandum putamus: sed lapsorum mediocriter culpam temperandam esse credimus*; cuius Cipriani auctoritas refertur à *Cuiacio in recitationibus* ad textũ nostrum: quare Innocencius III. in præsenti vnionem à prædecessore suo factam disoluere nequit (Sede Episcopali vacante,) quia licet Pontifex omnem iurisdictionem, & potestatem Ecclesiasticam habeat, ac ideo tam vniones facere, quam disoluere valeat, tamen cum ipse iura sua singulis Episcopis illæsa seruare debeat, *cap. 2. de religiosis domibus*, iusta de causa in nostra specie monachorum prætensionem distulit, quo vsque Ecclesia de Pastore fuisset ordinata, præterea, quia si Innocẽcius id monasterio concederet (morrũo Sanuario Episcopo,) quod eo viuo plene concedere noluit, videretur plus fauisse Sanario, quam Ecclesiæ, quod omnno facere non deberet, atque ideo sede vacante nihil statuere posse recte diffiniuit, quo vsque Batonensis Ecclesiæ Episcopus existeret, qui eam, & ius Episcopale defenderet.

3 Primo, obstabit textus *in Clementina 2. de rebus Ecclesiæ*, vbi apparet Ecclesiarum vnionem sede vacante fieri posse, at sic est quod omnes res eodem modo, quo colliguntur dissolui possunt, *l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris*: ergo si vnio Ecclesiarum (vacante sede) fieri potest, à fortiori dicendum videtur etiam disolui posse; quo in dubio dicendum est plurimam differentiam versari inter vnionis constitutionem, & illius reuocationem: nã per vnionem neutri Ecclesiæ præiudicium infertur, scilicet vnitæ cuius exiguitas, & paupertas reparatur, *cap. Vnio 10. quæst. 3. cap. & temporis 16. quæst. 1. cap. exposuisti de præbendis*, & ita consulitur Ecclesiæ pauperiori, neque etiam Ecclesiæ, cui fit vnio, cuius redditus, & auctoritas aliquo modo amplificantur: at vero per vnionis dissolutionem vtrique Ecclesiæ præiudicium infertur, scilicet vnitæ, quia reddit in antiquam paupertatem, vel saltim amittit priuilegia digniora, quę ratione vnionis acquisiuit. Rursus, & ei cui vnio facta est, quia eius redditus, & authoritas diminuuntur, merito cum detur diuersa ratio in constitutione vnionis, quæ datur in eius disolutione argumentum desumptum ex dicta *l. nihil tam naturale* non procedit, & potefit vacante sede vnio fieri; etiam si ei nullus sit datus defensor ex dicta *Clement. 2. de rebus Ecclesiæ*, non autem disolui iuxta nostri textus decisionem. Notat *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum, *num. 1. & in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ, num. 13.* vbi plura, & plures refert.

4 Secundo, obstat solutioni textus in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.* dum affirmat, non posse Episcopum, etiam de consensu capituli sui partem decimarum vacantis Ecclesiæ vnire pauperi dignitati, aut præbendæ non dato defensore ipsi Ecclesiæ vacanti. Augetur difficultas ex vulgari regula illa, qua docemur quod ei cui maius conceditur, etiam quod minimum est, concessum censetur, iuxta textum in *l. quæ de tota 75. de rei vindicatione, cap. cui licet de regulis iuris lib. 6.* pro quorum iurium conciliatione ad notandum est, quod vnio fieri potest in totum, vel in partem; in totum in dicta *Clement. 2. de rebus Ecclesiæ*, in partem, vt in dicto *capit. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.* quæ omnia fieri

fieri possunt sede vacante, dum modo necessitas vrgeat, causa, & vtilitas interueniat, & auctoritas Episcopi, & capituli intercedat cum vnio illa vicem alienationis retineat, vt notat *Barbos. plures referens in collectaneis* ad textum in dicta *Clementina 2. de rebus Ecclesiæ*, inter quos vniendi modus, licet in solemnitate conueniant; differunt tamen in eo, quod quando Ecclesia vacans in totum alteri vnitur, non est dandus Ecclesiæ vacanti vnitæ defensor, dummodo auctoritas Episcopi, & consensus capituli interueniat, & ita est interpretandus textus in dicta *Clementina 2. de rebus Ecclesiæ*: in contrarium vero quando pars bonorum seu decimarum alicuius Ecclesiæ vacantis alteri vnitur vltra consensum capituli, & Episcopi, necessario dandus est defensor ipsi Ecclesiæ vacanti, & ita procedit textus in dicto *capit. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.* Ratio differentiæ est quia quando vnio fit totius Ecclesiæ vacantis nullum præiudicium futuro rectori, neque Ecclesiæ fit, cum vnus, & idem rector vtriusque Ecclesiæ futurus sit, & per vnionem fructus vtriusque Ecclesiæ augeantur, vt supra diximus, atque ideo absque defensore fieri poterit, at vero quando vnio fit partis bonorum, seu decimarum Ecclesiæ datur maximum præiudicium futuro rectori, cuius interest ne diminutio, seu dismembratio beneficij fiat vt in *capite vnico, vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur*, atque ideo sine defensore illa vnionis pars fieri prohibetur dicto *capite 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.* Notat *glossa* verbo *in concessione* in dicto *capite 1.* & verbo *defensor* in dicta *Clementina 2. Barbos. in collectan.* ad textum in dicta *Clementina 2. numero 11. & 13.* qua distinctione retenta non obstat textus in dicta *l. quæ de tota* dicto *capite cui licet*, quia respondetur regulariter verum esse, quod ei, cui conceditur maius, & minus concessum censetur, nisi ab illo minori prohibeatur ex causa, vt in specie textus in *capite vltimo glossa* verbo *ad parem de transactionibus*, notat *Barbos.* in dicta *Clement. 2. numero 19.*

5 Tertio, obstabit dicere quod vacante Ecclesia potestas siue iurisdictio Episcopi ad capitulum deuoluitur, *capite cum olim glossa* verbo *capitulum de maioritate, & obedientia capite his, quæ* eiusdem tituli dicto *capite ad abolendam de hæreticis*: ergo non recte Innocencius III. in præsenti respondit vnionem disoluere non posse ob id, quod Episcopus deficeret, siquidem capitulum in eius locum subrogatum manebat, sed respondendum est, verum esse, capitulum sede vacante in iurisdictionalibus Episcopo succedere, vt constat ex iuribus in argumento adductis, sed non succedit in potestate deducendi iura Episcopalia, etiam eum defendendo. Notat *Abbas* in præsenti *numero 4.* siquidem capitulum sede vacante nihil facere possit, quod futuro Episcopo damnum irrogare valeat, siquidem omnes fructus, & iura Episcopatus debent fideliter custodire, & seruari successori, *capite non liceat 12. quæstione 1. capite cum vos de officio Ordinarij*, ac ideo nihil mirum in textu nostro dissolutionem Ecclesiæ vnitæ fieri non posse, absque assensu successoris Episcopi, qui afsentire, vel dissentire poterat.

6 Quarũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quarto, obstabit dicere quod vacante Ecclesia constitui potest legitimus defensor, seu æconomus, qui iura Episcopalia defendat, iuxta textum in *cap.* vltimo hoc titulo, versic. *carente legitimo defensore.* Notat *glossa* ibidem verbo *vacante, capit. vobis* 23. 2. *quæst.* 2. argumento textus in *cap. in pertractandis de iuramento calumniæ*: ergo in nostri textus specie cõstitui debuit legitimus defensor, neque differri quæstio, quo vsque Ecclesia de Pastore fuulet ordinata. Verum respondendũ est, quod vbicumque legitur vacantem Ecclesiam posse conueniri, non de æconomo, vel procuratore intelligi debere sed de coadiutore, qui omnem habet administrationem, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, *cap.* 1. *cap. quamuis* 7. *quæst.* 1. Notat *Anastasius Germonius in paratitlis* ad nostrum titulum.

7 Quinto, obstabit textus in *l. bonorum Codice, qui admittantur ad bonorum posßessionẽ*, vbi asseritur, quod si minor curatorem non habens Cõtrahat, vel aliquid faciat iudex auctoritatem præstat facto minoris curatorem non habentis: ergo sic similiter in præsenti recte potuit Pontifex tanquam supræmus iudex auctoritatem Ecclesiæ, & iuri Episcopali præstare, neque quæstionem differe. Verum respondendum est, regulam textus in dicta *l. bonorum* specialem esse, & procedere casu in quo iudex competens ex certa scientia vidit, & cognouit hæreditatem lucrosam esse merito pupillo dat bonorum possessionem, quæ alias sine tutoris auctoritate quantumuis lucrosa nõ acquireretur, § 1. *instituta de auctoritate tutorũ*, notat *glossa margina lis* in dicta *l. bonorum. Socinus regula pupillus suam hæreditatem* 330. quæ omnia in specie nostri textus non procedunt, vbi non de lucro captando, sed potius, de vitando damno agitur: nam & si sufficeret Pontificis auctoritas, tamen id facere recusauit propter rationes supra traditas, *num.* 2.

8 Sexto, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet erectionem Ecclesiarum Cathedralium ad Romanum Pontificem tantum expectare, valde obstabit *Concilium Cartaginense* 2. *cap.* 5. versic. *& si accedente tempore* relatum in *cap. Felix* 50. 16. *quæst.* 1. *cap. multis Concilijs* 51. versic. *& plebes* eadem causa, & quæst. in quibus iuribus cauetur duntaxat Episcopi voluntatem desiderari sub cuius territorio extat Ecclesia, & Episcopi, qui nouiter est creatus, in qua iurium difficultate respondendum erit, quod, & si omnis Ecclesiastica iurisdictio, & potestas Diuo Petro, & eius successoribus concessa fuisset, *cap. ita Dominus* 19. *dist.* tamẽ cũ Pontifex singulas orbis Prouincias, & vrbes gouernare non posset, inductum fuit, vt Diœceses diuiderentur, & eis inferioris Ordinis Pontifices crearentur, *cap. in illis* 80. *dist. cap.* 1. 99. *dist. capit.* 1. 13. *quæst.* 1. *Barbos. de potestate Episcopi* 1. *parte.* 2. *tomo capit.* 1. *&* 7. vnde crescente Christianorum multitudine, cum plebes, & ciuitates Christianorum augerentur, necessarium fuit nouas sedes sæpius erigere, quod tamen negocium liberaliter Pontifices Metropolitanis, & Comprouincialibus Episcopis reliquerunt, & ita sunt interpretanda iura omnia supra in argumento adducta, quod tamen postea Pontifices sibi reseruarunt, *cap. in temporis* 48. *cap. postquam* 49. *cap. frater noster* 52. *&* 53. *eadem* 16. *quæst.* 1.

Ad textum in cap. illa deuotionis 2. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Vacante sede beneficia expectantia ad collationem Prælati, non possunt conferri per capitulum.*
2 *Beneficiorum collatio ad Episcopos duntaxat expectat.*
Beneficiorũ collatio inter fructus Episcopatus connumeratur, & ideo sede vacante Episcopo successori reseruari debet.
3 *Exponitur textus in cap. eam te* 7. *de rescriptis.*
4 *Interpretatur textus in cap.* 1. *de institutionibus, cap. cum olim* 14. *de maioritate, & obedientia.*
Capitulum sede vacante potest admittere, & instituere clericos præsentatos à Patronis, & similiter eos confirmare.
5 *Declaratur textus in cap. vnico ne sede vacante lib.* 6.
6 *Refertur ratio ad textum in cap. si à capitulo* 5. *de concessione præbendæ.*
Capitulum sede vacante potest absolure ab excommunicationis sententia à iure, vel ab homine prolata.
7 *Explicatur textus in cap. si à capitulo* 40. 11. *quæst.* 5.
Absoluendi potestas à vinculo excommunicationis ad clauem iurisdictionis, non ordinis expectat.
8 *Capitulum sede vacante potest dare litteras dimissorias ad ordines suscipiendos.*
Refertur ratio ad textum in cap. cum nullus 3. *de temporibus ordinandorum lib.* 6.
9 *Capitulum sede vacante potest de matrimonialibus causis tractare.*
Deducitur interpretatio ad textum in cap. accedentibus 12. *de excessibus Prælatorum Trident. Concilium sessione* 24. *capit.* 20.

1 CONCLVSIO. Beneficia expectantia ad collationem Prælati non possũt conferri per capitulum sede vacante. Consonat textus in *cap. his, quæ* 11. *c. cũ olim* 14. *de maioritate, & obedientia, cap. vnico* §. *cum vero* & §. final hoc titulo, *lib.* 6. *cap. ad abolendam* 9. *de hæreticis, cap.* 1. *de institutionibus lib.* 6. *cap. cum nullus,* §. *Episcopi de temporibus ordinandorum lib.* 6. *cap. veniens* 7. *de eo, qui duxit in matrimonium, capit. Albericus miles,* 43. *de testibus, cap. præterea* 7. *de testibus cogendis, cap. si capitulo* 5. *de cõcessione præbendæ, capit. dilecti* final versic. *nisi forte de supplenda negligentia Prælatorum, cap. licet de officio Vicarij, lib.* 6. *capit. presbyteri* 24. *dist. cap. fraternitatem* 71. *distinct. capit vnico de maioritate, & obedientia lib.* 6. *Concilium Trident. sessione* 24. *de reformat. cap.* 16. versic. *si secus factũ*, noua *constitutio Pij V.* quæ incipit *Sãctissimus in Christo Pater l.* 9. *titulo* 16. *partita* 1. exornant, *Rebuffus in praxi benefi. titulo de deuolu. num.* 70. cum sequentibus, *Selua de beneficijs parte* 2. *quæst.* 11. *Corrasius parte* 2. *cap.* 7. *num.* 1. *&* 2. *Flaminius de resignatione beneficiorum lib.* 7. *quæst.* 23. *num.* 19. *Paulanus de potestate capituli sede vacante parte* 2. in principio, *quæst.* 1. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellariæ* §. 4. *in proœmio, num.* 35. *& glossa* §. 1. *num.* 77. *Azebedus consilio* 9. *num.* 1. *Azor institutionum moralium parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæst.* 1. *Nicolaus Garcia de benefi. ijs parte* 5. *cap.* 7. *num.* 51. *&* 52. cum traditis à *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum, & in iuribus supra adductis.

2 Ratio est: quia cum collatio beneficiorum ad Episcopos duntaxat tanquam Apostolorum successores expectet. *Cap. in nouo* 21. *dist.* 1. *cap.* decretum, *cap. regenda cum alius* 10. *quæst.* 3. *capit. nullus* 16. *quæ* & collatio illa inter fructus Episcopatus connumerari debeat, *cap. litteras* cum alijs *de iure patronatus*, cum fructus beneficij vocãtis futuro successori reseruari debeant, *cap. quia*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sape de electione lib. 6. Clem. statutum eodem titulo, *cap. hæc huius placiti 12. quæst. 2* notat *glossa* verbo *capitulo in cap. cum olim 14. de maioritate, & obedientia Barbos. in collectaneis*, ad eundem textum *num. 4.* merito capitulum tanquam Episcopatus custos, & non verus possessor, collationem beneficiorũ reseruare debet Episcopo successori, tum etiam, quia beneficiorum collatio est quæda species donationis *cap.* vltimo *de officio Vicarij lib. 6.* cum Episcopus exerceat liberalitatem in eum, cui beneficium confert: sed cum is qui liberã administrationem non habet, donare nõ possit *l. filius familias 7. ff. de donationibus*, & hæc omnia in capitulo sede vacante concurrant; mirum non est, quod integram beneficiorũ collationem futuro Episcopo reseruare debeat.

3 Primo, obstat textus difficilis in *cap. eam te 7. de rescriptis.* Vbi probatur, quod si litteræ Apostilicæ directe fuissent missæ ad capitulum, tanquam vicem Episcopi sede vacante gerens, vt præbendam alicui conferat, si capitulum superueniente Episcopo mandatum nondum ad impleuerit, tunc nouus Episcopus debet litteras exequi; ex cuius serie deducitur capitulum sede vacante per litteras posse beneficium conferre, & rescriptum exequi, cuius decisio indissolubilis videtur, primo, quia rescriptum ad capitulum fuit directum, tanquam successorem Episcopi in beneficiorum collatione, tum etiam quia si diriguntur ad capitulum non tanquam ordinarium, sed tanquam delegatum Apostolicum executorem, etiam superueniente Episcopo litteras exequi poterat, neque Episcopus successor executionem impedire poterat, *cap. si capitulo de concessione præbendæ* in cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus traditis à *glossa* ibidem verbo, *in facto*, vt omnia dubia supra adducta cessent, verissime dicendum esse existimo, mandatum Apostolicũ in dicto *cap. eam te*, fuisse directum ad capitulum sede vacãte, non tanquã ordinariũ collatorẽ ex vi sedis vacantis, neque etiam Pontifex rescripsit tanquam ad simplicem executorem, & delegatum Apostolicum, sed tantum capitulo tanquam tunc temporis gerenti vicem Episcopi deficientis, sicque cum Martinus sede vacante moram fecisset in ptæsentatione litterarum apud capitulum, & post noui Episcopi consecrationem præsentatę essent, iusta de causa capitulum respõdit suam potestatem, & obligationem exequendi litteras ex defectu Episcopi antea compententem non simpliciter, sed quatenus Episcopi vices gessisse, extinctãq; fuisse ex noua Episcopi cõsecratione. Notat *Panormitanus de potestate capituli 1. parte quæst. 10. Sahagun* in dicto *cap. eam te 7. de rescriptis numero 4. & 11. Garcia de beneficijs parte 2. cap. 2. num. 26. & 27. Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *capite eam te num. 1. & 2.*

4 Secundò, obstat textus in *cap. 1. de institutionibus lib. 6. cap. cũ olim 14. de maioritate, & obedientia*, in quibus iuribus apparet, capitulum sede vacante posse admittere, & instituere clericos præsentatos à Patronis, & similiter eos confirmare. In qua iurium difficultate omissa interpretatione, quam refert *Ioannes Andreas in capit. quamquam de electione lib. 6. Abb.* in dicto *capite cum olim*, verius dicendum est plurimam differentiam versari inter institutionem, confirmationem, & collationem: nam collatio sede vacante à capitulo

pitulo fieri non potest ex nostri textus decisione, secus institutio, & confirmatio in beneficijs iuris patronatus, vt in iuribus in argumento adductis; ratio diuersitatis ex eo prouenit, quia ex confirmatione electionis, seu institutione præsentationis, nullum futuro Prælato præiudicium generatur, cum institutio illa, & confirmatio, potius ex necessitate, quam ex liberalitate, seu donatione proueniat, & sic ius Episcopale non læditur, à quo donatio nulla aufertur, siquidem si præsentati digni fuerint, instituendi sunt ex ipsa iuris necessitate, *capit. postquam 2. de electione*, *cap. decernimus 16. quæst. 7.* at vero ex collatione plurimum præiudicium fit futuro Prælato, siquidem collatio, potius ex voluntate, & donatione, quam ex necessitate prouenit, atque ido institutio, & confirmatio Capitulo sede vacante competit, non vero collatio, notat *glossa* magna in dicto *capit. cum olim 14. de maioritate, & obedientia Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *cap. 1. de institutionibus lib. 6. num. 4.*

5 Tertio, solutioni obstat textus in *cap. Vnico*, hoc titulo *lib. 6.* vbi mortuo Episcopo sede vacante, vel suspenso, poterit capitulum non solum instituere, & confirmare, verum etiam collationem præbendarum conferre, sed illius textus decisio nihil obstat, quia procedit in præbenda Ecclesiæ Cathedralis simul ad Capitulum, & Episcopum pertinente, quæ collatio à iure communi capitulo, etiam viuente Episcopo simul cum eo expectat. *Cap. Vltimo de supplenda negligentia Prælatorum*, *cap à collactione beneficij* in principio *de appellationibus*, notat *Abb.* in præsenti *numero 5. Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 45.* in principio *numero 3. Riccius 4. part. collectanea 1388. Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *cap. Vnico* hoc titulo *numero 3. & 5.* poterit tamen capitulum in cæteris beneficijs sede vacante æconomum ad tempus, non in perpetuum Ecclesiæ vacantis præficere, donec idoneus beneficiarius à futuro Episcopo constituatur argumento textus in *capit. significatum 11. de præbendis*, *capite cum vos 4. de officio ordinarij*, notat *Abbas* in præsenti *num. 4.*

6 Quarto, solutioni obstat textus in *capit. si à capitulo 5. de concessione præbendæ*, vbi præbendæ collatio à capitulo facta non tenet, etiam si ad capitulum, & Episcopum de iure communi pertineret, cui dubio respondendum est collationem illam à capitulo factam nullam esse, quia capitulum eam contulit in præiudicium illius, qui primo rescriptum impetrauit, & præsentauit, in quo executor fuerat datus ad prouidendum in capituli defectum, nã ex eo, quod Pontifex capitulum nominauit, sufficit etiam si ad Episcopum simul collatio pertineret. Notat *Barbos. in collectaneis* ad eundem textum *num. 2.* & similiter ex eo, quod executorem dedit in capituli defectum ad præbendam proximò vacaturam, videtur integram prouisionem, & collationem executori concessisse, & consequenter à capitulo abstuliisse, qua de causa collatio illa à capitulo facta nõ tenet, & si à principio cõstitisset, quia Cathedralis erat & ad capitulum simul, cũ Episcopo pertineret. Notat *glossa* verbo *executor* in dicto *cap. si à capitulo 5. de concessione præbendæ lib. 6.* eodem modo est interpretandus textus in *cap. proposuit 4. de concessione præbẽdæ* iuncta eius *glossa* verbo *vacaturis.*

7 Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Quinto, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet capitulum sede vacante ab excommunicationis sententia à iure vel ab homine prolata posse absoluere eodē modo, ac si Episcopus poſset, si viueret iuxta textum in *cap. 1. de maioritate, & obedientia.* Notat *Abb.* in præsenti *num. 7.* valde obstabit *Concilium Epaunense, cap. 28.* relatum in *cap. si à capitulo 40. 11. quæst. 3.* cuius hęc sunt verba, *si Episcopus ante damnati absolutionem, obitu rapiatur, correctum, aut pœnitentem successori licebit absoluere,* ex quibus verbis apparet correctum, aut pœnitētem decedēte Episcopo non posse absolui nisi à successore. Ergo capitulum sede vacante non poterit absoluere excommunicatū antea ab Episcopo, cui dubio verissime est dicendum Concilium illud non negare capitulum posse absoluere excommunicatum ab Episcopo, sed tantum asserit successorem posse absoluere, neque ex inde capitulum excluditur, imo potius sub illo nomine *successorem*, capitulum etiam compræhenditur. Ratio est quia potestas absoluendi à vinculo excommunicationis ad clauem iurisdictionis, non ordinis expectat, nā licet capitulum sede vacante, non succedat Episcopo in his, quæ ordinis, & consecrationis sunt *cap. vnico* hoc titulo *lib. 6.* succedit tamen in his, quæ iurisdictionis sunt, atque ideo poterit absoluere, quemadmodum, & excommunicare poterit, notat *Gutierrez lib. 1. canonicarū q. quæst. 11. num. 10. Couarru. in cap. alma mater 1. parte 9. 11. num. 1.*

8 Sexto, huic distinctioni obstat textus in *cap. cum nullus 3. de temporibus ordinandorum lib. 6.* Vbi statuitur capitulum sede vacante posse dare litteras dimissorias ad ordines suscipiendos: ergo capitulum sede vacante, non tantum succedit in his, quæ iurisdictionis, verum etiam in his, quæ consecrationis sunt. Cui difficultati breuiter est respondendū: multum interesse inter potestatem exercendi, & inter potestatem mandandi ea, quæ ordinis sunt, nam primo casu capitulum sede vacante nō poterit ordines conferre, cum omnino sint reseruatæ Episcopo consecrato, *cap. aqua de consecratione Ecclesiæ.* Secūdo vero casu poterit mādare ordines conferre; quia dum cōferre mandat potius Episcopalem iurisdictionem, quam ordinem exercet. Not. *Francus* in dicto *cap. 1. de maioritate, & obedientia lib. 6.* Quæ quidem capituli potestas circa dimissorias ad ordines sublata est in Cōcilio *Trid. sessione 23. de reformatione, cap. 10.* notat *Garcia de beneficijs 5. parte cap. 7. num. 91. Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *num. 30.*

9 Septimo, aduersus ea, quæ similiter in præsenti notant omnes; videlicet capitulum sede vacante posse de matrimonialibus causis tractare iuxta textū in *c. Alberic[9] mules 43. de testibus, cap. præterea 7. de testibus cogendis, cap. veniens 7. de eo, qui duxit in matrimonium* obstabit, *Concilium Generale, cap. 60.* relatum in *cap. accedentibus 12. de excessibus Prælatorū Trid. Concilium sessione 24. cap. 20.* In quibus locis cauetur omnes matrimoniales causas solummodo ad dignitatem Episcopalem pertinere, neque vllis inferioribus Prælatis competere posse. Verum respondendū est, quod licet iura supra in argumēto adducta excludant cæteros Prælatos Episcopo inferiores, videlicet Decanum, Archidiaconum, & similes; non vero excludunt capitulum notat *Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 28. num. 5. Gutierrez de matrimonio, cap. 66. num. 12. Basilius lib. 5. de matrimonio, cap. 10. num. 4.* & quæ causæ ad capitulum sede vacante pertineant, refert *Barbos. in collectaneis*, ad nostrum textum, *num. 4.* cum sequentibus.

De his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli Titulus X.

Ad textum capit. irrita 1. cap. cum nos 3. cap. nouit 4. cap. quanto 5. cap. continebatur 2 c. tua nuper 8. capit. pastoralis 9. hoc titulo.

De materia horum iurium videri oportet, quæ infra dicemus in *capit. 1. in 4. dubio*, & *in cap. nulli 5. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non*, quæ omnia *in præsenti sunt repetenda.*

Ad textum in cap. pastoralis 9. hoc titulo.

Commentaria ad hunc textum sunt petenda ex his, quæ infra dicemus in *cap. fraternitatem 2. de donationibus.*

Ad textum in cap. cum Apostolica 7. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio tenet, quam facit laicus Ecclesiæ de solius Diœcesani consensu de decimis, quas ab alia Ecclesia habet in feudum ab antiquo, idest ante Lateranense Concilium.*
2 *Laici quo ad perceptionem decimarum incapaces sunt, & quid olim ante Concilium Lateranense obseruabatur ibi exponitur.*
3 *Expenditur textus in cap. prohibemus de decimis.*
4 *Exponitur textus in c. peruenit 16. quæst. 7.*
Laici in feudum perpetuum decimas possidere poterant propter seruitia Ecclesiæ facta.
5 *Iterum perpenditur textus in dicto cap. peruenit versic.* seruitium *16. quæst. 7. ca. decimas 1. 16 quæst. 7.*
6 *Interpretatur textus in cap. 2. de feudis.*
Lex quoties duplici ratione nititur vna deficiente ex alia sustinetur.
7 *Nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet.*
Detinere *verbum differt* à possidere; *nam qui detinet iniuste possidet, si quidem detinere ad factum; possidere vero ad ius refertur.*
8 *Interpretatur textus in cap. quamuis 17. de decimis.*
9 *Refertur ratio ad textum in cap. ad hæc 15. de decimis.*
10 *Ratio traditur ad textum in cap. final de decimis.*
11 *Vasallo non licet alienare feudum irrequisito domino.*
12 *Expenditur textus difficilis in capit. decimas à populo, versic.* vt militis *47. 17. quæst. 1.*

1 CONCLVSIO. Tenet donatio, quā de solius Diœcesani consensu facit laicus Ecclesię de decimis, quas ab alia Ecclesia habet in feudum ab antiquo, idest ante Lateranense Concilium. Consonat textus in *Cap. quamuis* iuncta eius *glossa cap. à nobis, capit. prohibemus, cap. dudum de decimis, cap. 2. §. fine de decimis lib. 6. cap. quod autem,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum de decimis, cap. 2. §. sane de decimis lib. 6. cap. quod autem in fine *cap. cura Pastoralis 11. cap. nullus 17. capit. suggestum 20. de iure patronatus, cap. cum & plantare, §. in Ecclesijs de priuilegijs, cap. in Lateranensi 51.* in principio *de præbendis, capit. decimas 16. quæst. 7. cap. quidquam, cap. quoniam* final *16. quæst. 1.* exornant *Couarru. lib. 1. variarum cap. 17. num. 5. Barb. in l. Titianum. 45. ff. soluto matrimonio, Gutierrez in practicis lib. 1. cap. 14. num. 5. & cap. 15. num. 4. Menochius de præsumptionibus, præsumptione 86. nu. 2. Azor institution. moralium 1. parte lib. 7. c. 36. q. 12. Moneta de decimis, cap. 5. quæst. 3. numero 63. Rebuffus de decimis, quæst. 5. num. 22. Suarez de Religione, tomo 1. tract. de decimis, lib. 1. cap. 26. nu. 2. & 3. Mouchaca illustrium tractatuũ, cap. 89. num. 2. Cutacius in posthumis,* ad hunc textum. *Duarenus lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 1. Petrus Greg. lib. 2. syntagmatum, cap. 17.* cum traditis à *Barb. in collectaneis* ad hũc textum *num. 1. & 2.*

2 Ratio est: quia licet quo ad perceptionem decimarum laici incapaces sint *cap. causamque de præscriptionibus* cum vulgatis, & rationibus à me ibidem traditis, tamen olim ante Concilium Lateranense sub Alexãdro III. celebratum Anno 1179. de quo plura refert *Barbos. in collectaneis* ad hunc textum *num. 2.* cum sequentibus, obtentum fuit, vt laicis de Ecclesijs benemeritis ob aliqua seruitia in vniuersalem Ecclesiam impensa Prælati decimas perpetuo in feudum cõcedere possint, sed ex post facto illud Concilium Lateranense deinceps fieri posse prohibuit; permisit tamen, vt laici iuste possent detinere decimas antea illis à Prælatis in perpetuum feudum concessas, easque in aliam Ecclesiã, vel Religiosum locum de consensu Episcoporum transferre, nec esse necessarium eas restituere Ecclesiæ, ad quam antea pertinebant, cum donatio illa sufficiens restitutio esset, non tamen, vt licite retinere posset, quas post prædictũ Concilium, etiam iure feudorũ à Prælatis fuerint eisdem perpetuo datæ, docet textus noster in vers. *quia vero*, & textus in dicto *cap. 2. §. sane*, late refert *August. Barb. in collectaneis* ad hũc textũ *n. 6.*

3 Primò, huic sententiæ valde obstat idem *Lateranense Concilij*, *cap. 23.* relatum in *cap. prohibemus 19. de decimis*, cuius hæc sunt verba. *Prohibemus ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinẽtes in alios laicos possint aliquomodo transferre*: Ecce textũ eiusdem Concilij Lateranensis insinuantem laicos cum animarum periculo decimas possidere, quas etiam ante illud Concilium obtinuerant: Ergo non recte supra est resolutum antiquis temporibus decimas laicis in feudum concessas ab illis iuste retineri potuisse, in cuius textus difficultate, omissa interpretatione, quã refert *Abb.* ibidem, *num. 2. Couarru. lib. 1. variarum, cap. 17. num. 5.* verissime respondendum est textum illũ in verbis illis superioribus non refragari; quia debet intelligi de decimis à laicis ante Concilium illud obtentis, absque legitimo vllo infeudationis titulo, seu iure, cum textus ille nullam mentionem faciat de infeudatione aliqua, cuius titulo laici decimas obtinebant, imo videtur aperte loqui de laicis, qui absque aliquo legitimo titulo eas detinebant, vt constat ex illo verbo *detinentes*, quod meram, atque nudam detentionem de facto habitam significat, vt constat ex dicto *cap. 2. §. sane de decimis lib. 6.*

4 Secundò, prædictis valde obstat Gregorij 7. decisio relata in *capit. peruenit 16. quæst. 7.* quo loci proponitur quod quidam Episcopi decimas non sacerdotibus, sed potius laicis, & militibus famulis, & quod gra-

gravius est consanguineis concedebant, quare Gregorius VII. ibidem statuit, quod Episcopus, qui talia facere præsumpserit inter maximos hæreticos, & Antichristos non minimus habeatur. Ex cuius textus decisione deducitur Episcopos etiam ante Lateranense Concilium decimas laicis nullo titulo posse concedere, cum hæc decimarum concessio sub grauissimis pœnis sit prohibita à Gregorio Septimo, in dicto *capite peruenit*: ergo non recte prohibitio hæc debet adaptari Alexandro Tercio in Concilio Lateranensi, sed huic difficultati respondendum est, Episcopum regulariter non posse, etiam ante Lateranense Concilium ius percipiendi decimas laicis sine vlla iusta causa concedere. *Capit. peruenit 1. quæst. 4. capit. bene quidem 96. distinct. capit. benerabilibus de confirmatione vtili, vel inutili.* Notat *Rebufus de decimis quæstione 5. numero 32. & quæstione 13. numero 73.* potuisse tamen, & ipsi licitum fuisse decimas laicis donare titulo feudi perpetui, vel temporalis, ob iustam aliquam causam, veluti ob seruitia ab ipsis laicis in Ecclesiam impensa, vt late refert *glossa* in *capit. quamuis 17. de decimis Rebufus* vbi supra *numero 32. Azor institution. moralium 1. parte titulo 7. capit. 36. quæstione 11. & 14.* merito enim asserendum est, quod dum textus in dicto *capit. peruenit 16. quæstione 7.* prohibet Episcopis olim ante Concilium Lateranense decimas laicis donare, intelligendus est de decimarum concessione ab Episcopis absque vlla causa facta, quæ omni tempore prohibita fuit, vt notat *Turrecremata* in eodem textu.

5 Tertiò, solutioni obstabunt verba illius textus versiculo *seruitiorum*, quæ verba significant Episcopum decimas illas concessisse personis illis, qui Ecclesiæ seruiebant, & nihilominus id ei prohibitum censetur, vt ex littera textus cõstat. Cui difficultati respondendum est, verbum illud *seruitiorum*, non esse accipiendum de laicis, qui in Ecclesia seruitia aliqua impendebant, sed de laicis Episcopo seruientibus, siue famulis, ita vt sensus sit, quod Episcopus, qui famulis, vel consanguineis suis, & militibus decimas concedit absque iusta aliqua causa, & a sacerdotibus propriæ Diœcesis detrahit inter hæreticos deputetur. Cuius textus interpretationem late refert, *Suarez 1. tomo de religione lib. 1. c. 28. & 25.* ita similiter est interpretandus textus in *capit. decimas 1.* eadem *16. quæst. 7.* vbi idem Gregorius VII. prohibet ne laici decimas possideant, siue ab Episcopis, vel Regibus eis sint concessæ: quia id locum habet, quoties ab Episcopo absque iusta causa conceduntur.

6 Quartò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet post Cõciliũ Lateranẽse prohibitũ fuisse nõ solũ laicis decimas in feudũ dare, verũ etiam, & si datas antea tunc tẽporis permisisset, tamen finita generatione ad Ecclesiam reuertendas esse afirmat, ita vt deinceps Episcopus nouiter non possit laicis concedere. Argumento textus in *l. sed & si manente, ff. deprecario l. 4.* in principio iuncta eius *glossa* verbo *remanente, ff. de dãno infecto l. cũ stipulatus sim 113. ff. de verborũ obligationibus*, valde obstabit textus in *c. 2. de feudis*, vbi interrogatus Innocẽcius III. an Episcopus, qui iurauit non infeudare bona Ecclesiæ possit sine transgressione iuramenti dare feudum alteri, quando contingit vasallo decedere sine successore, respondit Pontifex libere id posse facere. Declarans deinde sub iuramento non feudandi, non compræhendi bona se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na semel data in feudũ, licet propter finitas generationes ad Ecclesiam redierit, igitur ex eadem ratione sub prohibitione facta Episcopo non in feudandi in perpetuum, non cõpræhenduntur bona iam antea infeudata, etiam si vacauerit antiquus feudatarius. Sed respondendum est regulam illam, quæ ex eo textu deducitur, scilicet, quod bona solita alienari in quoscumque etiam laicos sine solemnitate differre in decimis respectu laicorum, in quibus specialis reperitur prohibitio, vt in iuribus supra adductis, vnde licet alia bona profana Ecclesiarum alienari solita, si ad Ecclesiam reuertantur, non comprehenduntur sub iuramento de non alienando, vnde non efficax argumentum oritur, quod decimæ laicis in eodem casu possint iterum licite concedi ex vulgari regula textus in § *affinitatis instit. de nuptijs* cum similibus, quibus probatur, quod si lex vtitur duplici ratione, quamuis vna deficiat, sustineatur etiam decisio propter alteram, vt late refert *Faqueneus lib. 7. controuersiarum, cap. 7. Gutierrez de iuramento cõfirmatorio 1. parte cap. 52. num. 3.*

7 Quintò, obstabit dicere, quod laici decimas vel Ecclesias habere, & possidere non possunt, *capit. final 16. quæst. 1. capit. decimas 16. quæst. 7. cap. causamque de præscriptionibus, cap. dudum, cap. à nobis, cap. tua de decimis cap. per laicos 16. quæst. 7.* ac proinde illis condedi non possunt *cap. ad hæc 15. cap. quamuis de decimis*: ergo cum laici eas possidendi incapaces sint, nullo modo in Monachos poterunt eas transferre, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam sibi competere dignoscitur. *Capit. nullus de regulis iuris lib. 6. l. traditio 20. ff. de acquirendo rerum dominio*, & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui dandi non habet potestatẽ, *cap. quod autem* in fine *de iure patronatus*, etiam cum auctoritate, & consensu Episcopi: nã auctoritas Episcopi ius illud laicis non præstat *capit. peruenit 16. quæst. 3.* igitur non recte Innocentius III. asserit decimas, & Ecclesias à laicis cum Episcopi consensu in Monachos transferre posse. Verum respondendum est verissimum esse ius percipiendi decimas tanquam spirituale laicis, vti incapacibus nõ competere ex supra traditis, & ex iuribus supra in argumento adductis, & sic propria auctoritate eas percipere non poterunt; tamen laici ex Episcopi consensu ex iusta causa seu indulto, veluti si laicus Ecclesiasticũ patrimoniũ à tiranicis exemerit seu liberauerit ad vitam, vel ad tempus earum fructus possidere, non vt ius illud percipiendi spirituale sit, sed vt eas nomine, & titulo Ecclesiæ consequantur; notat *Couarru. lib. 1. Variarum, cap. 17. num 3. & 5. Cardinalis* in præsenti *columna 2.* quemadmodum etiam conductores laici sacerdotum nomine decimas exigunt vt in *capit. Vestra de locato c. quæritam. Ne Prælati vices suas*, at vero iura supra in argumento adducta procedũt, quando laici sua propria auctoritate decimas possident, vel iniuste detinent, etiam feudationis titulo abeo, qui in feudum dare non poterat, vt in nostro cap. refertur, nam ideo asserit detinere, quod differt à poisidere: nam qui detinet iniuste possidet, cum detinere ad factum; possidere vero ad ius referatur, vt in dicto *cap. prohibemus*: notat *Rebuffus de decimis, quæst. 10. num. 24.* Secus dicendum est si ex iusta causa veluti si ex feudatione ab Episcopo legitime, vel à Pontifice eis fuerint concessæ. Neque obstauit si instes illam laicorum incapacitatem in præsenti fuisse sublatã ex auctoritate Episcopi: siquidem ea intereuniente laicis

eis est permissum decimas illas Monachis donare; quæ donatio dominium, & capacitatem supponit, iuxta textum in *cap. decimas 39. 16. quæst. 7.* quia respondẽdum est nostri textus decisionem, & textum in dicto *dicto cap. decimas*, accipi oportere de decimis, & Ecclesijs in proprietatẽ laicis datis, quæ de facto iniuste, & illicite ab illis detinebantur, sed aliquo titulo colorato interueniente, veluti ex feudatione à Prælatis data non habentibus potestatem conferendi, quas decimas si laici ita iniuste detinentes Ecclesiæ, cuius erãt, noluerint restituere, possunt de consensu Episcopi cuilibet religioso loco eas applicare, quod quidem à iure permissum fuit ad maiora mala vitanda, & ad damna Ecclesiæ, aliquomodo reparanda, pro vt fieri possit: nam licet decimæ à laicis iniuste detentæ restitui illi Ecclesiæ debeãt, cuius erãt, vt ex textu nostro potest colligi: si tamẽ hãc restitutionẽ noluerũt ei laici facere, minus inconueniens est decimas mutari auctoritate Episcopi intereuniente de vna Ecclesia ad aliam, quam vt à laicis ipsis possideantur, & hæc est vera nostri textus sententia, & textus in dicto *cap. decimas 39. 16. quæst. 7.*

8 Sextò, aduersus ea, quæ diximus, scilicet Episcopum iusta intereuniente causa propter seruitium Ecclesiæ, vel alia simili posse in perpetuũ laicis decimas cõcedere iuxta textum in *cap. 2. § fine de decimis, lib. 6. cap. cũ & plantare*, versic. *Ecclesias de priuilegijs*. Obstabit textus in *cap. quamuis 17. de decimis* in cuius textus decisione generaliter est prohibitum Episcopis decimas laicis cõcedere: sed illius textus decisio vt superioribus concilietur, ad notandum est eius sententiam procedere in decimis, quæ laicis à Prælatis post Lateranense Concilium concedebantur, in quo etiam fendationis titulos fuit prohibitus, & specialiter illa fuit pensionis pœna imponitur illis, qui post illius Cõcilij prohibitionẽ decimas & oblationes laicis indulgebãt, merito cũ post illud Concil. Lateran. laici nullũ iustũ titulũ, neque feudationis causam haberent, recte cõpelluntur sub diuina animaduersione decimas Ecclesiæ restituere, cui iure proprio debebantur: quæ interpretatio manifeste deprehenditur: quia textus ille est desumptus, ex *Alexandro III.* in dicto *Concil. Lateran. parte 50. cap. 39.* docet *Suarez* vbi supra *cap. 26. num. 5.*

9 Septimò, obstat textus in *cap. ad hæc 15. de decimis*, vbi Honorius III. asserit decimarũ donationẽ ab Abbate laico factã, per successionẽ retinendam viribus carere debere, reddit rationẽ, quoniã Sanctuarium Dei iure hæreditario possideri non potest, & laicus vinculo excõmunicationis cõpellitur ipsi Ecclesiæ libere reũgnare, ex qua decisione colligitur, laicis non licere decimas in feudum possidere, ita vt hæreditario iure ad hæredes transmitant, cuius textus sententia exponenda est, iuxta Lateranensis Concilij constitutionem, quod magno conatu Prælatis interdixit, ne decimas in laicos in posterum transferrent, feudi, vel alio quocumque titulo, ita vt decimarum concessiones, in feudũ post illud tempus, laicis factas, sine Pontificia auctoritate illicitas irritas, & inanes esse, idque ex eo colligitur: quia textus ille tribuitur eidẽ Alexandro III. in dicto *Lateranensi Concilio parte 50. c. 12.* Neq; obstabit si dicas in textu illo solũ prohiberi perpetuã cõcessionẽ decimarum, & ad posteros trãsferẽdã: igitur concessio non perpetua, neque ad hæredes trãsferẽda est illo iure prohibita, & percõsequẽs textus ille nõ poterit

Universidad de Deusto
Biblioteca

experiri iuxta Lateranensis Concilij constitutionem, cum in ea omnis decimarum concessio, siue, perpetua, siue temporalis interdicta sit Prælatis: quia respondendum est, quod id in textu illo à contrario sensu ex argumento deducitur, & cum absonum intellectum contineat, & menti Concilij repugnet admittendum non est, argumento textus in *l. conuenticula* cum vulgatis *Codice de Episcopis, & clericis.*

10 Octauò obstat textus in *cap. final de decimis*, vbi Gregorius IX. vniuersis personis Ecclesiasticis interdicit, vt decimas à laicis detentas ad alienas Ecclesias pertinentes in pignus recipere ab eisdem laicis nõ præsumant, igitur laici iure decimas non possidebant, sed huius textus sententia exponi etiam debet iuxta Lateranensis Concilij constitutionem, & post eius tempora in quo laicis decimarũ possessio, adeo prohibita est, vt neque ex Prælatorum Ecclesiæ concessione eas ipsi valeant possidere, & legitimo modo habere, quæ interpretatio aperte probatur, quia textus ille auctorẽ habet Gregorium IX. (qui multo post Alexandrum, cuius tempore celebratum fuit Lateranense Concilium præfuit) cum Gregorius IX. ad Ecclesiæ Pontificatum fuit electus Anno 1228. vt constat ex *Francisco Longio in Breuiario Chronologico*, in eodem Anno, at vero Alexander III. Anno 1160. vt ex eodem *Longio* deducitur. Vnde cùm Gregorius IX. post Concilij Lateranensis prohibitionem vixisset iusta de causa Ecclesiasticis personis eam prohibitionẽ induxit, vt decimas à laicis in pignus recipere non auderent; neque eas laici iusto titulo possiderẽt. Notat *Rebuffus de decimis, quæst. 10. nu. 26. Suarez de religione tomo 1. tract. 2. lib. 1. de decimis, cap. 19. num. 2. & 7.*

11 Nonò, obstabit dicere, quod etiam aliquando iusta subsistẽte causa, veluti seruitutis Ecclesiæ factæ possent ante Concilium Lateranense laici decimas possidere ex rationibus, & iuribus supra adductis, adhuc tamen non poterant transferre ad aliam Ecclesiã præter eam à qua ipsi eas possident, nisi consensus ipsius Ecclesiæ accedat, scilicet totius cleri, capituli simul, & Episcopi, siquidem non licet vasallo feudũ alienare irrequisito domino: nam si alienat ius feudi amittit. Vt constat ex *cap. imperiales de prohibita feudi alienatione in Vsibus feudorum lib. 2. titulo 32.* & notatur in *cap. quæ in Ecclesiarũ de constitutionibus*: ergo sine cõsensu capituli neutiquam poterant laici decimas in aliã Ecclesiam transferre, etiam si Episcopi auctoritas interueniret, sed respondendum est, quod & si verum sit vasallũ non posse feudum inuito domino alienare, tamen vasallus laicus detinens decimas ante Concilium Lateranense in feudũ poterat trãsferre decimas sola Episcopi auctoritate interueniẽre in aliã Ecclesiã, quod ad missum fuit fauore vniuersalis Ecclesiæ, vt facilius iura spiritualia à manibus laicorum eriperentur; honestius namque erat Ecclesiam alia possidere, quã quod laici iura spiritualia possiderẽt, seu vt melius dicam detinerent iniuste. Vt supra retulimus.

12 Decimò, obstat textus difficilis in *cap. decimas à populo 47.* versiculo, *vt milites, aut Episcopi 16. quæst. 1.* vbi apparet milites, nec Episcopos de laboribus, seu nutrimẽtis illorũ, quæ in communi vita viuunt decimas non posse extorquere. Et milites etiã laici de reliquis [illegible] oterunt decimas extorquere, quod verbum *extorquere* denotat milites non ex priuilegio, sed propria auctoritate posse decimas exigere, & possidere. Augetur difficultas: quia eo in tempore neque iure priuilegij eas milites poterant possidere, siquidem Honorius III. Concilij Lateranensis auctor, *capit. 7.* relato in *cap. decimas 1. 16. quæst. 7.* iam multo ante prohibuerat omnia decimarum priuilegia, quo ad laicos, siquidem Paschalis II. auctor textus in dicto *cap. decimas* fuit electus in sellam Pontificalem, Anno 1091. at vero Honorius III. fuit electus, Anno 1219. vt at *Genebrardus in Honorium* dicto *Anno*, quorum iurium difficultas adeo grauis est, quod nulla alia vera solutio adaptari poterit quam ea, quæ extat apud *Turrecrematam* in dicto *cap. decimas 47. 16. quæst. 1* dum asserit textum illum in versiculo *milites* loqui quando milites de facto ex praua consuetudine iniuste detinebant, non vero iuste decimas possidebant, merito cum tyranide, & non iure eas extorquerent, non poterit aliquod ius ex eo sumi, reliqua, quæ ad eum textum expectant videnda sunt apud *Rebuffum de decimis, quæst. 7. Anum 1. Suarez de Religione tomo 1. tract. 2. lib. 1. cap. 8. num. 3.* & ea, quæ retulimus in *cap. causam 7. de præscriptionibus*, vbi plura, & plures refert *Doctor Balboa.*

De his, quæ fiunt à maiori parte capituli Titulus XI.

Ad textum, c. cũ in cunctis 1. cap. quæsiuit 2. cap. ex ore 3. cap. ex parte final huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticis in vniuersitatibus regulariter præualet quod fit à maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat.*
2 *Diuersas hominum mentes, & opiniones difficilè est in vnum conuenire.*
Facilius inuenitur, quod à pluribus queritur.
3 *Quòd omnes tangit ab omnibus debet approbari, & ibi plura exempla traduntur, & regula exponitur.*
4 *Declaratur textus in cap. ex parte 4. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.*
5 *Interpretatur textus in §. singulorum versiculo* commune *inuit. de rerum diuisione, l. si plures, ff. de religiosis, & sumptibus funerum.*
Socius inuito socio potest vti de re communi ad eorum vsum destinata.
6 *Depromitur ratio ad textum in cap. cum olim 12. versic.* plena *de sententia, & reiudicata.*
Seruus plurium si velit effici clericus consensus vnius sumtaxat sufficit.
7 *Duæ partes eiusdem capituli Ecclesiastici interdum, vt actus vsueat considerantur; & obiter ibi exponitur textus in c. licet. 6. c. scriptum 40. de electione capit. vnico de clerico ægrotante lib. 6.*
8 *Declaratur textus in cap. cum in cunctis de his quæ fiunt à maiori parte capituli.*

1 CONCLVSIO. In vniuersitatib? Ecclesiasticis præualet regulariter, quod fit à maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. Consonat textus in dicto *Capit. 1. 2. 3. & final* hoc titulo *cap. sane, cap. non debet. capit. Episcopus 65. distinct. cap. de quibus 10. distinct. cap. licet* in fine, *cap. cum nobis, cap. quoniam cap. in iure, c. cũ Ecclesia* cum alijs *de electione, capit. prudentiam de officio delegati, capit. quoniam de iure patronatus, cap. si plures 16. quæst. 7. cap. 1. de arbitris lib. 6. cap. final. de re iudicata, cap. in nostra 32. de testibus, cap. 1. de Parrochijs*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuijs, & alijs parrochianis, cap. cum in ter. de renunciatione, cap. prudentiam §. 1. de officio delegati, l. duo ex tribus, ff. de arbitris, l. quod maior. l. municipes, ff. ad municipalem leg. aliud est 160. §. refertur, ff. de regulis iuris, l. vbi, ff. de tutoribus, & curatoribus datis, l. nulli, ff. quod cuiusque vniuersitatis, l. vltima Codice de bend. reb. ciuita. lib. 11. l. 5. in fine *Ced. de delegationibus lib. 10. l. 5. titulo 2. partita 1.* cum à me traditis in dicto *cap. finali de reiudicata*, exornant *Dueñas regula 296. & 297. Dainasus regula 8. Bernardus Diaz regula 449. Socinus regula 153. Gracianus Falconius regula 95. Corsetus regula 384. Romanus singulari 669. Nata 274. num. 13. Alexander, Consilio 124. volumine 2. Petrus Faber* in dicta *l. aliud 160. §. refertur, ff. de regulis iuris Rebuffus tomo 3. ad leges Galliæ tract. de appellationibus act. 7. glossa 2. num. 33.* versic. *18. Caldcius in recitationibus ad hũc textum, Acuña ad primam decreti partem* in dicto *cap. Episcopus 3. 65. dist. Morla* plures refert *in Emporio titulo 12. quæst. 9.* per totam cum traditis à *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum. *Genedo collectanea 120.*

2 Ratio est: quia cum difficile sit diuersas hominum mentes, & opiniones in vnum conuenire, & facilius inueniatur, quod à pluribus quęritur, cum per ampliores homines per fectissimà veritas reueletur, *ca. extra conscientiam 64. distinct. l. Vlt. Codice de fideicommissis, l. 3. Codice de ingenuis manumissis, cap. prudentiam 1. de officio de legati.* Iusta de causa, quod maiori parti capituli placitum est, si rationi consonat (quod semper intelligitur) id minor pars impedire non poterit, quo minus obtineat (consuetudine contraria, licet iurata non obstante) nam cùm talis consuetudo, & iuramentum in dispendium, & contra vtilitatem Ecclesiæ redundet, obseruari non debet tanquam iniqua, & iniusta; plures alias rationes refert *August. Barbos. in collectaneis* ad hunc textum, *numero 1.*

3 Primò, nostri textus conclusio difficilis redditur ex illa iuris regula, qua docemur, quod id quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, *cap. quod omnes 29. de regulis iuris lib. 6. cap. cum omnes de constitutionibus*, inde in ordinatione Archiepiscopi omnium Episcoporum suffraganeorum consensus requiritur, *cap. 1. 66. distinct. cap. si Archiepiscopus 6. de temporibus ordinãdorum*, & in imponenda seruitute fundo plurium, dominorum omnium consensus requiritur, *l. per fundum 11. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum*, & similiter in concedendo iure aquæ ducendæ requiritur consensus eorum, quibus seruitus à quæ debetur, *l. in concedendo 8. ff. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ*, sic etiam *in capit. cum olim de re iudicata* in ordinatione cuiusdã Archidiaconi plena omnium de capitulo requiritur concordia, & in confirmatione adoptionis requiritur consensus eorum, qui eam possunt contradicere, vt *in l. nam ita 36. ff. de adoptionibus*, & si pupillus in adrogationem sedare voluerit, omnes tutores debent consentire *l. Vlt.* in fine *Codice de authoritate præstanda*, & denique in confirmatione defensoris ciuitatis post bienij lapsum cõmunis omnium de ciuitate consensus requiritur. *Authentica de defensoribus ciuitatum, §. final collatione 3.* Igitur si secundum prædictam iuris regulam id, quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, vt verificatur in iuribus supra traditis, non est verũ dicere id quod in conclusione nostra affirmamus, scilicet in capitulis factum à maiori parte prævalere, siquidem potius dicendum esset consensum omnium de capitulo necessarium esse; quæ omnia, vt dissoluantur distinguendum est inter eum casum, quo aliquid est cõmune pluri-

pluribus, vt collegiatis, & inter eũ, quo aliquid est commune pluribus, vt singulis: nam primo casu si aliqua sunt facienda ex necessitate, vt alienationes, electiones, & similia sufficit quod maior pars consentiat, ne aliàs Ecclesiarum vtilitas impediatur, vt in textu nostro cũ similibus, nisi ea, quæ facienda sunt non ad collegij, seu capituli vtilitatem, sed ad gratiam alicui faciendam respiciãt: nam tunc omnium consensus requiritur, vt notat *Panormitanus in cap. ex parte 4.* hoc titulo, *num. 4. glossa* verbo *constitutum in cap. cum omnes de cõstitutionibus*. In secundo vero casu cum aliquid est commune pluribus, non vt collegiatis, sed vt singulis, tunc omnium consensus requiritur, & sic procedit, & intelligenda est dicta *iuris regula, quod omnes tangit de regulis iuris lib. 6.* dicta *l. per fundum* cũ similibus supra in argumento adductis, quo in casu cessat regula nostri textus, quæ tantum procedit in primo casu, scilicet cum aliquid est cõmune pluribus, vt collegiatis, notat *Petrus Pechius* in dicta *regula, quod omnes in solutione ad 3. Gailius obseruatione 20. num. 7.* versic. *& hactenus.*

4 Secundò, solutioni obstat textus in *cap. ex parte 4.* hoc nostro titulo, in cuius textus specie cauetur valere statutum à maiori parte factum super redditibus pertinentibus ad canonicos, vt ad singulos: ergo distinctio supra adducta minimè sustinere poterit. In cuius textus difficultate nonnulli ex antiquioribus existimant illius textus decisionem valere ex Pontificis approbatione notat *glossa* ibidem verbo *plurimum*; alij vero distinguendum esse existimant inter eum casum, quo redditus pertinent ad singulos iure proprio, an vero iure Ecclesiç, & asserũt in secundo casu posse maiorem partem capituli de prædictis reddibus disponere, & sic procedere decisionem textus in dicto *cap. ex parte*. Sed his omissis verius dicendũ est textum illum ex nostri textus decidendi ratione lucem accipere: nam ideo ibi cauetur decretum à maiori parte factum vires obtinere, quia factum fuit pro opere pio, & necessario, nẽ pe pro retinenda, seu restauranda Rothomagẽsis Ecclesiæ fabrica, quo in casu recte statutum fuit, vt plurimorum prævaleret sententia, propter summam Ecclesiæ vtilitatem: notat *glossa* verbo *constitutum* in dicto *cap. cum omnes de constitutionibus Petrus Gregor.* ibidem *num. 4. Panormitanus* in dicto *cap. 4.* hoc titulo *num. 4. Rebuffus de priuilegijs Scholarium priuilegio 42. Barb. in collectaneis* ad eundẽ textum *num. 1. & 2.* & in dicto *capit. cum omnes 6. de constitutionibus numero 6.*

5 Tertiò, prædictis obstat textus *in §. singulorum*, versiculo *commune*, & versic. *sepulchrum inst. de rerum diuisione* vbi cauetur licere cuilibet ex socijs in communi sepulchro mortuũ inferre inuitis cęteris, quod etiam demonstrat textus *in l. si plures ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, & nihilominus sepulchrũ ad socios non vt collegiatos, sed vt singulos pertinet: ergo nõ est verum dicere, quod quoties res pertinet ad plures, vt singulos communem omniũ consensum desiderari, qua in difficultate respondendum est, ideo in prædictis iuribus necessarium non esse omnium dominorum consensum: quia cuilibet socio licitum est vti de re communi ad eorum communem vsum destinata, notant *Felinus, & Baldus* in dicto *cap. cum omnes de constitutionibus*, siquidem natura communionis postulat, vt quilibet socius possit in communi ad vsum destinatam vti, nam aliàs si socius contradicit improbe, & contra pac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum conuentum facit, ac ideo audiri non debet, cum malitia hominum quiare debeat, *l. infundo, ff. de rei vindicatione*. Notat *Petrus Pechius* in dicta *regula, quod omnes de regulis iuris lib. 6.*

6 Quartò, prædictis obstat textus *in cap. cum olim 12. de re iudicata*, versic. *plena omnium vestrum, qui præsentes fuerunt*. Vbi in re, quæ communis est pluribus, vt collegiatis veluti electio non sufficit, vt maior pars consentiat, sed plena omnium concordia desideratur. Verum respondendum est supplendum esse verbum illud, *vel maioris partis*, cum id quod à maiori, vel saniori parte factum est, canonicum reputetur, *cap. quia propter de electione*, & in nostro *cap. 1.* notat *glossa final* in dicto *capit. cum olim 12. de re iudicata Henricus Boich. in cap. 1.* hoc nostro titulo, *numero 9. & 10.* Est tamen magnopere animaduertendum, quod regula supra adducta, videlicet, quod quoties res est communis singulis pro vt singulis: non vero pro vt collegiatis fallitur in multis casibus, veluti in cesione bonorum in qua maior pars creditorum sufficit vt *in l. final ff. qui bonis cedere possunt, l. & suum 9. hodie, ff. de pactis*, & in re cõmuni cum fisco, quam in vito socio poterit fiscus alienare, *l. multum interest. Codice communia rerum alienatione, l. 1. Codice de vendi. rerum fiscali, lib. 10.* & similiter si creditores pupilli mittantur in eius bona, administratio conceditur illi, quem maior pars elegerit, *l. 2. ff. de curato. bono. dand.* & si seruus plurium velit effici clericus, sufficit consensus vnius domini dumtaxat, vt *in capit. nullus 54. distinct.* pluresque alias limitationes refert *Decius* in dicto *cap. quod omnes de regulis iuris lib. 6. num. 4.* idẽ *in cap. cum omnes de constitutionibus Romanus in Rub. de arbitris num. 41.*

7 Quintò, conclusioni nostri textus obstabit dicere, quod interdum in capitulis Ecclesiasticis duæ eiusdem capituli partes interuenire debent, veluti in electione Romani Pontificis, vt in *cap. licet 6. de electione*, & in postulatione, quæ concurrit cum electione, vt in *cap. scriptum 40 de electione*, & similiter in inductione Episcopi dementis, vel infirmi, *capit. vnico de clerico ægrotante lib. 6.* sic etiam in actore seu procuratore Ciuitatis decernendo duæ partes Decurionum desiderantur, vt *in l. nulli l. plane ff. quod cuiusque vniuersitatis, l. 3. ff. de decretis ab ordine faciendis*: ergo non recte in conclusione nostra docemur, quod in capitulis Ecclesiasticis prævalet quod factum est à maiori parte, verum respondendum est nihil obstare decisionem textus in dicto *cap. licet 6. de electione*: quia procedit iure speciali in Romani Pontificis electione, in qua equidem ab initio plena omnium Cardinalium concordia desiderabatur: sed quia ob id multoties Ecclesia grauem iacturam paretur: Alexander III. in dicto *capit licet* decreuit sufficere duarum saltim partium concordiam interuenire, quod quidem specialiter inductum fuit, vt ipse textus demostrat, & sic non debet trahi ad consequentiam argumento textus *in l. quod contra 184. ff. de regulis iuris*. Neque etiam obstat textus in dicto *cap. scriptum 40. de electione*: quia similiter illius textus decisio specialiter procedit in postulatione Prælatorum, quæ concurrit cum electione; siquidem postulatio nihil aliud sit quam petitio gratiæ à superiore facta de promouendo aliquem ad Prælaturam, ad quam de iure communi propter defectum, vel aliquod impedimentum eligi, seu promoueri non poterat, merito cum postulationes, potius imitentur gratiam, quam ius, *capit. bonæ memoriæ* iuncta eius *glossa de postulatione Prælatorum*, non consueuit Pontifex eas cum magna discordia admittere, atq; ideo saltem requiritur, quod duarum partium interueniat consensus, vt in dicto *capite scriptum* dicto *capite bonæ memoriæ* cum eorum *glossis*. Neque etiam obstat textus in dicto *capite vnico de clerico ægrotante lib. 6.* nam textus ille ita est intelligendus vt capitulum vel saltem duæ partes præsentes sint ad assummendos coadiutores, non tamen requirit, quod duæ capituli partes concordes sint, sed tantum quod sint præsentes, quo modo etiam interpretandus est textus in dicta *l. nulli* cum similibus supra in argumento adductis. Notat *Cuiacius lib. 6. Pauli ad edictum in dicta l. plane, ff. quod cuiusque vniuersitatis glossa* in dicto *capite vnico, & Panormit.* ibidem, *num. 6.*

8 Sextò, aduersus id quod in textu nostro cauetur nempe statuta, seu constitutiones capituli fieri debere à maiori, & saniori parte simul, obstabit ipsiusmet nostri textus sententia, & conclusio, qua docemur tunc demum prævalere factum à maiori parte, cum minor pars aliquid rationabile non obijciat, ex quo sequitur quod si minor pars aliquid rationi congruum obijciat, factum à minori parte prævalere debere, quam sequelam format & confirmat *glossa* in præsenti verbo *rationabiliter*, ibi, *sed maior pars est illa quæ maiori ratione, & pietate nititur*: confirmatur etiam ex textu *in capit. Nicæna 31. distinct.* in cuius specie vnius tantum sententia ratione nixa contra reliquorum opiniones à Nicæna Synodo fuit approbata: ergo à minori parte rationabiliter factum prævalere debet, ac per consequens non recte in nostri textus specie requiritur, quod factum sit à maiori, & simul à saniori parte vt valeat. Sed respondendum est verum esse, quod in textu nostro cauetur, nempe maioritatẽ numeri simul & sanioritatem requiri, vt supra diximus nec contrarium colligitur ex eo, quod ibi dicitur nisi minor pars rationabiliter contradicat; vt voluit *glossa* ibi verbo *rationabiliter*: quia verius respondendum est, quod licet minor pars possit ex ratione impedire decretũ maioris partis, non tamen poterit aliquid disponere nomine totius vniuersitatis, nisi maior pars esset priuata propter delictum: quia tunc potestas totius vniuersitatis penes non delinquentes remanet, vt in *cap. bonæ memoriæ, cap. cum omnibus de electione, cap. gratum de postulatione Prælatorum*, docet *Abbas* in præsenti *numero 11.* quæ quidem sententia vera est, licet aliter senserit *Barbos.* in collectaneis ad nostrum textum *numero 6.* interpretari etiam poterit textus *in l. & suum 8. §. hodie, ff. de pactis cum l. vnica* Codice *de auctoritate tutorum*; de quorũ conciliatione videndus est, *Antonius Faber in rationali* ad textum *in dicta l. 8. §. hodie, ff. de pactis* videndus est etiam textus *in cap. nec Episcopi de temporibus ordinandorum, capit. cum nobis olim de electione, cap. sane 65. dist. l. alius, §. refertur, ff. de regulis iuris l. quod maior, ff. de contrahenda emptione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur Titulus XII.

Ad textum in capit. vt nostrum vnico hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri.*
2 *Prælatus duabus, vel pluribus Ecclesijs præficere non potest.*
Capita duo tanquam monstrum in vno corpore esse non debent.
Argumentum validum est de matrimonio carnali ad spirituale.
Præbenda vnicum ius spirituale, & indiuiduum est, atque ideo inter duas personas diuidi non potest, siquidem vnitas diuisionem non recipit.
3 *Species ponitur ad textū in cap. vacante 26. de præbendis.*
Diuisio, seu sectio præbẽdarum, vt fiat quæ requisita desiderentur.
4 *Declaratur textus in cap. cum causam 36. de præbendis.*
Diuisa præbenda de vacaturis, quomodo integrari debeat.
5 *Exponitur textus in cap. cum M. 9. de constitutionibus.*
Ea quæ in facto constituunt non poterunt ad animum reduci.
6 *Illucidatur textus in capit. dilecto 25. de præbendis.*
Numerus canonicorum eorum fauore inductus censetur.
7 *Iterum late exponitur textus in dicto cap. dilecto 25. de præbendis.*
8 *Proponitur ratio ad textum in cap. nisi essent 21. de præbendis.*
Dignitas ipsa sicut diuidi non debet, ita nec eius prouentus sectionem patitur.
9 *Interpretatur textus in cap. ad audientiam 3. de Ecclesijs ædificandis.*
Diuidi potest Ecclesia in duas quando necessitas vrget, veluti in populo numeroso, vel quando Ecclesia longe distat à matrici.
10 *Expenditur textus in cap. siquis. Episcopus 16. quæst. 5. cap. principali 15. 63. distinct. & conciliatur cũ capit. à nobis 3. de iure patronatus.*
Patronus potest plures ad vnam Ecclesiam præsentare.
11 *Patroni, vel Episcopi cum beneficia conferunt pactione vlla nihil ex fructibus beneficij sibi reseruare poterit cum ex pactione illa simoniæ crimen committatur.*
Ratio traditur ad textum in cap. tua nobis penult. de verb. signif. & cõciliatur cum cap. vt nostrum 1. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

1 LICET verba huius textus plurimas, & diuersas contineant materias, & quæstiones, tamen vt institutum nostrum prosequamur tantum ea, quæ proprie ad rubrum pertinent discutiemus, ex quo generalis hæc deducitur disputanda conclusio. Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri, idem probat textus in *cap. prohibemus* 7. versic. *nec partem, cap. siquis præbendam* 15. versic. *sed libere*, & *absque diminutione* 1. *quæst.* 3. *cap. simoniacus* 22. 16. *quæstione* 1. *cap. maioribus* 8. *cap. vacante, cap. cum causam* 36. *cap. nisi essent* 21. *cap. dilecto* 25. §. *procurator, cap. cũ nõ ignores* 15. *cap. auaritiæ* 10. *de præbendis, cap. prohibemus* 7. *de censibus, cap. in apibus* 7. *quæst.* 1. *cap. final* 21. *quæst.* 1. *cap. siquis præbendas* 1. *quæst.* 3. *l.* 15. *titulo* 16. *partita* 1. exornant *Lambertinus de iure patronatus lib.* 2. *parte* 1. *quæst.* 7. *articulo* 17. & *parte* 3. *quæst.* 5. *articulo* 21. *Rebuffus in repetitione ad textum in cap. extirpandæ*, §. *quia vero de præbẽdis notabili* 6. idẽ *in praxi beneficiorum titulo requisita ad collationem, num.* 6. & *de pactificis possessionibus, numero* 127. *Flaminius de resignatione beneficiorum lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 32. & *de confidentijs, quæst.* 28. *num.* 120. *Corrasius de beneficijs* 1. *parte cap.* 2. in fine idem *parte* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *Rota decisione* 454. *num.* 6. *Mascardus de probat. conclusione* 315. *num.* 5. *Nicolaus Garcia de beneficijs parte* 12. *cap.* 4. *Barbos.* plures referens *in collectaneis* ad nostrum textum, & *in cap. maioribus de præbendis.*

2 Ratio est, quia quemadmodum Prælatus duabus, vel pluribus Ecclesijs præficii non potest cũ omnibus debitam nequeat prouisionẽ impendere, *cap. presbyteros* 16. *quæst.* 1. *cap. quia nonnulli de clericis non residentibus, capit. quia in tantum, capit. de multa* cum alijs *de præbendis*, ita vna Ecclesia plures non debet habere Prælatos, sed vnicus debet esse rector *cap. quoniam* 3. *de iure patronatus, cap. cum non ignores de præbendis*, non enim debent esse duo capita in vno corpore tanquam monstruum, *cap. quoniam plerisque de officio ordinarij*; præterea: quia validum est argumẽtum de matrimonio carnali ad spirituale, *capit.* 1. 2. & 3. *de translatione Episcopi*, sed vna vxor vno eodemque tẽpore non potest habere duos viros, *cap.* 2. 4. & 5. *de secundis nuptijs*; ergo neque Ecclesia potest habere vno, eodemque tempore duos rectores, est & alia ratio, quæ magis cõgruit: quia præbenda vnicum ius, spirituale, & indiuiduum est, *cap. dilecto* 25. *de præbendis*, ideo diuidi seu inter duas cõmunicari nequit, quia vnitas diuisionem non recipit, *cap. loquitur* 14. *quæst.* 1. merito præbendarum, & beneficiorum diuisio sacris Canonibus est interdicta, præcipue in Concilio Turonensi sub Alexandro III. relato *in cap. maioribus* 8. *de præbendis*, notat *Hostiensis*, & *Panormitanus*, ibidem. *Lambertinus* vbi supra 2. *parte* 1. *quæst.* 7. *articulo* 17.

3 Primò, obstabit textus in *cap. vacante* 26. *de præbendis*, vbi vacante quadam præbenda in Ecclesia Cathedrali Episcopus duas ex ea constituit, ad easque de consensu capituli duos canonicos assũpsit, quorum altero viam vniuersæ carnis ingresso, quidam clericus nomine Hipolitus præbendam, quam defunctus habuerat auctoritate Apostolica fuit allecutus, & à Pontifice litteras impetrauit, vt Episcopus integraret ei præbendam illam, alius vero qui receptus fuerat asserebat, se idem ius habere contra ipsum Episcopũ, vnde quid facere deberet Episcopus requisiuit, Pontifex respondit quod cum statuta Concilij Turonensis sectionem præbẽdarum prohibeat, tenetur ipse vtrique de his, quæ vacare contigerint integrare præbẽdã, nisi rationabilis subsistat causa. De prima dicta præbẽda duę fuerunt factæ, & tot sunt prouentus vtrique, quot possent competenter sufficere; ex cuius textus decisione deducitur, ex vna præbenda duas fieri, & constitui posse, diuisionemque iure ipso ratam, & firmam manere, siquidem integratio de vacaturis superuacanea foret, si nulla esset diuisio illa, & duorum receptio. In cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus traditis à *glossa*, ibidem verbo *integrare* verius dicendum est, receptionem ibidem facam valuisse, quia Episcopus intendebat nouum ius creare, hoc est numerum canonicorum augere, & sic duas præbendas constituere, & ad vnam duos canonicos instituere; nõ autem præbendam diuidere, ita vt duos canonicos ad eam assummere videatur: nam in hoc vltimo casu neque sectio, neque receptio valeret dicto *cap. maioribus* 8. *cap. tuæ* 20. *de præbendis*, merito receptio in dicto *cap. vacante* tenuit, sed quia ex iusta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& rationabili causa facta non fuisset, veluti quia vtrique prouentus ex diuisione illa non sufficerent, ideo Episcopus vtrique præbendã proximo vacaturam integrare tenetur: nam ad hoc vt de vna possint duæ præbendæ fieri, oportet, vt qui duas ex vna constituit inrẽdat nouũ ius creare, & præbendarum numerum augere, *cap. dilecto* §. 1. *de præbendis*, & quod de communi consensu canonicorum diuisio fiat, vt sic congrue sustẽtari possint dicto *cap. dilecto* §. 1. versic. *quanquam*, & in dicto *cap. vacante*: tum etiam vt rationabilis causa subsit diuidendi veluti defectus canonicorum, & augmẽtatio cultus diuini dicto *cap. vacante* argumento textus *in cap. ex parte de constitutionibus*, ac tot sint cuiuscumque præbendæ redditus, vt competenter cuique præbendario sufficiant, dicto *cap. vacante*, quorum si vnum deficiat non valet sectio, licet receptio valeret, & ideo recipiens tenetur præbendam reintegrare de his, quæ vacare contigerint, & donec de vacaturis præbendis Episcopus consuleret, de suo patrimonio integrare tenetur argumẽto textus *in cap. Episcopus de præbendis*: quoniam cum hoc redundet in vtilitatem Ecclesiæ, poterit de eius Ecclesiæ redditibus integrare quẽadmodum Episcopus, qui clericum sine titulo ordinauit de suo compellitur prouidere, donec de beneficio Ecclesiastico prouideat ordinato dicto *cap. Episcopus*, *cap. cum secundum Apostolum de præbendis*, cuius glossæ interpretationem sequuntur *Hostiensis* in dicto *cap. vacante*, *num.* 2. *Butrius* 4. *Panorm.* 3. *Reginaldus in praxi fori pœniten. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 248. versic. *addendum Garcia de beneficijs parte* 12. *cap.* 4. *num.* 13.

4 Secundò, aduersus solutionẽ traditam in dicto *cap. vacante* in qua diximus Episcopum, qui vnam præbendam in duas diuisit, ad eas duos assummentem canonicos, teneri de vacaturis præbendis illam integrare. Obstabit Gregorij IX. Pontificis decretum relatum *in cap. cum causam 36. de præbendis*: vbi quidam canonicus Sanctæ Crucis, qui cũ n' præbendam integram non haberet, Episcopum conuenit super ipsius præbendæ integratione, & causam quibusdam iudicibus committi impetrauit, vt ei præbendam facerent integrari, qui cum dubitarent vtrum alia præbenda scindi deberet pro integratione præbendæ, Pontificem consuluerunt, quorum consultationi respondit Pontifex, quod eius intentionis non erat, vt pro integratione præbendæ supra dicti canonici aliqua præbenda scinderetur; ex quã decisione apperte colligitur, præbendam non diuidi, sed integrã conferri debere, quod si fiat, ille, qui hoc fecerit pro integratione præbendæ aliam diuidere non debet, igitur diuisa præbenda de vacaturis integrari non debet cùm vna non est diuidenda, vt altera integretur; & per consequens minus recte contrarium decreuisse videtur Innocentius III. in dicto *cap. vacante*, cui difficultati respondendum est, textum in dicto *cap. vacante* procedere eo casu, quo præbenda vacatura pinguis est, & super excrescentes habet fructus, ex qua sine magna lesione poterunt aliqui fructus substrahi ita quod ex residuis possit canonicus competenter viuere, tunc enim præbenda reintegranda est ex vacatura præbenda: nam licet multum pinguens præbenda scindi, seu diuidi non possit, cùm eius fructus necessitatibus canonicorum subueniant, neque ex inde aliæ præbendæ creari possint: tamen si iusta aliqua, & rationabilis subsit causa, quia

quia scilicet Ecclesia defectum ministrorum patitur, tunc diuisio præbendæ tolleratur, & de vna præbenda duæ cõstitui poterunt, si tot sunt vtriusque prouẽtus, quod per vtrãque sit aliquid prouisum in beneficio competenter, vt in dicto *cap. vacante* differte scriptum est, docent *Butrius* dicto *cap. cum causam*, *num.* 1. *Panorm.* in dicto *cap. vacante*, *num.* 4. & 5. quemadmodũ etiam vna Parrochia in duas iusta subsistente causa diuidi poterit, *cap. præcipimus* 16. *quæst.* 1. notat *glossa in cap. tuæ* 20. *de constitutionibus Nicolaus Garcia de beneficijs parte* 12. *cap.* 1. *Azor instit. moralium* 2. *tomo lib.* 6. *cap.* 30. *quæst.* 11. & 12. *Petrus Gregor. de beneficijs*, *capit.* 19.

5 Tertiò, obstat textus in *c. cum M. de cõstitutionibus*, quo loci probatur quod cũ Ferrarienses canonici maioribus redditibus abũdarẽt, decimum quartum præbendarum numerũ Pontificis authoritate in Ecclesia sua deputarunt, postmodum quadam præbenda vacante, contra constitutionem ipsam volũtarie venientes quinque canonicos receperunt nullis præbendis eisdem assignatis, & licet eorum redditus plurimum fuerint augmentati, noluerunt tamen eisdem de superexcrescentibus fructibus prouidere, & ideo inter eos, & capitulum quæstio mota fuit coram Episcopo Ferrariensi, & tandem ad Põtificem delata, coram quo ex parte capituli fuit oppositum, quod ille quatuor de decim numerus canonicorum à Pontifice fuerat confirmatus, atque ideo sine illius constitutionis præiudicio illa canonicorum receptio fieri non poterat; & è contra ex parte canonicorum prædicta receptio fuit proposita, vt latius ex littera textus patet quibus propositis, mandat Pontifex, vt excrescentibus redditibus prædictis quatuor canonicis vltra constitutionis numerum, ita receptis præbendam sigillatim faciant assignare, quia in constitutione prædicta, & confirmatione Sedis Apostolicæ fuit, vel esse debuit, sicut consuevit expressum, nisi in tantum excrescerẽt facultates, quod pluribus possent competenter sufficere, cum canonici illi in derogationem suæ constitutionis ad vacaturas præbendas eos vltra numerum constitutionis alios recepissent; ex qua specie aperte colligitur, duos canonicos ad vnam præbendam electos, & assumptos fuisse, vt constat ex verbis illius textus, ibi, *cum vna in eadẽ Ecclesia præbenda vacaret duos ad eam*, & nihilominus constat electionem, seu prouisionem valuisse cum ipsis de superexcrescentibus fructibus prouideri mandatur, in cuius textus difficultate omissa *glossæ* interpretatione, ibidem verbo *ad eam* discrimen est constituendum inter eum casum, quo ad vnam præbendam vacantem duo, vel plures eliguntur, & inter eum, quo ad vnum canonicatum vacantem duo recepti, & similiciter electi sunt: priori enim casu de duobus facta electio ad præbẽdam, quæ vacat de rigore iuris omnino cassatur dicto *cap. tuæ* 20. *de præbendis*, cum præbenda inter eos diui non possit propter Turonensis Cõcilij constitutionem relatã, in dicto *cap. maioribus* 8. *de præbendis*. Posteriori vero casu canonicorum receptio valida, & legitima est iuxta textum ita intelligendum in dicto *cap. cum M. de constitutionibus*, cuius discriminis ratio est, quia præbenda nõ constituitur tantum ex iure speciali, id est canonia, cui annexa est, sed ex possessionibus, sine quibus consistere non potest, cum non esset quid præberetur præbendario, *cap. si quis obiecerit* 11. *quæst.* 3. quare cum præbend

Universidad de Deusto
Biblioteca

benda non tantum in iure, sed in redditibus & in facto consistat, si plures ad eam eligantur (præbendarum numero existenti) non videntur canonici renunciare, neque eius diuisio facta censetur, cùm oporteat eã facto destrui, & expresse diuidi, siquidem ea, quę in facto consistunt non poterũt ad animum reduci. Argumento textus in *l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, l. quod in rerum, §. final ff. de legatis* 1. Si tamẽ ad vnã canoniam vacantem duo eligantur, etiam si canonicorum numerus destinatus sit, & Pontificis auctoritate confirmatus, tenebit electio, & videntur canonici auxisse numerum canonicorum, & à consueto numero recessisse, argumento textus *in cap. relatum, cap. dilectus de præbendis*: quia canonicatus spirituale, & incorporale ius est competens canonico ex receptione sua, & ideo sola animi destinatione multiplicari potest, & tunc statim multiplicatur, cum ad vnum canonicatum duo eliguntur, siquidem ex eo prima constitutio rupta censeatur, & de nouo aliud ius creatum, qua de causa duorum electio vacante prębenda, cui canonicatus annexus est, valida erit, vt in specie textus *in dicto capit. cum M. de constitutionibus*, notat *Hostiensis*, ibidem, *num. 6. Panorm.* 5. *Butrius* 3. *Innocentius*, ibidem, & in dicto *cap. tuæ num.* 1.

6 Quartò, solutioni obstat textus *in cap. dilecto* 25. *de præbendis* quo loci probatur non posse duos præbenda non vacante simpliciter in canonicos recipi, nec ad canonicatus iura admitti, nec eligentes eos simpliciter in canonicos videri ius quodam de nouo creare voluisse, vt satis ex eius hypotesi deducitur: igitur minus recte contrarium in dicto *cap. cum M. de constitutionibus* statutum est, cui difficultati respondetur quod in Ecclesia, in qua est certus numerus præbendarum, vel canonicorũ, si vnus canonicatus, vel prębenda vacat, cui annexus est canonicatus, & plures simpliciter recipiuntur, omnium receptio tenet, & videntur canonici voluisse iura de nouo creare, & vltra statutũ numerum eos assumere, vt in dicto *cap. cũ M.* dum modo in statuto ex certo canicorum numero à Pontifice cõfirmato non sit clausula decreti irritantis: quia tunc vltra statutum numerum, poterunt voluntarie numerum augere, & de nouo ius creare, *cap. pro illorum* 22. *de præbẽdis*, dũmodo hoc intendant, & exprimant eligentes, *cap. cum accessisset* dicto *cap. cũ M. de constitutionibus*, ratio est quia cum numerus canonicorum eorum fauore sit inductus, poterunt renunciari argumento textus in *cap. si diligenti de foro competenti, cap. ad Apostolicam de regularibus, l. quod fauore Codice de legibus, l. siquis in conscribendo Codice de pactis*. Secus tamen si apposita sit clausula illa *decernatis irritum, & inane*: nam tunc canonici contra priuilegium eis concessum venire non possunt: quia hoc operatur virtus illius clausulæ. Ratio est quia hanc clausulam videtur Pontifex in fauorem Ecclesiæ, & non canonicorum adiecisse, cum per eam manus statuentium ligauerit, vel etiam si in fauorem canonicorum adiecerit, contrauenire non poterunt, ex quo Pontifex irritam fecit electionem ad reprimendam plurium electionem, vel eligentium curiositatem, cum plerũque propter preces, vel nimiam petentium potestatem priuilegium, seu statuta consueuerant violari. Aargumento textus in *cap. cum olim* circa finem *de priuilegijs*, notant *Butrius* in dicto *cap. dilecto num.* 11. *Panorm.* 7. *Zabarela* 8. *Archidiaconus Vltimo Hostiensis* 14.

7 Quin-

7 Quintò, obstat æquiparatio dicti *capitis dilecto* facta statuti iuramento firmati, & confirmationis Papæ, adiecta clausula *decreti irritantis*, & sic quemadmodum non valet receptio in secundo casu, ita neque in primo valere debet: sed respondendum est æquiparationem illam non esse in omnibus æqualem, sed in hoc tantum, quod in vtroque casu sit illicita, vel illud fuisse allegatum à parte, quæ allegatio ius non continet, docent *Hostiensis & Panorm.* in eodẽ textu *num.* 14. *&* 20. *Thomas Sanchez lib.* 3. *ad præcepta decalogi, cap.* 12. *numero* 35. Si vero vno canonicatu vacante in Ecclesia numerata, duo; plures ve ad illam præbendam, seu ius canonię recipiuntur, receptio non tenet, nec enim possunt ad vnum ius canonicatus duo eligi, & licet duo canonici sint electi; habent tamẽ vocem vnius in electionibus, & in cæteris negociorum tractatibus; & fructus vacantis prębendę communiter inter eos diuidũtur, & vtrique assignantur, cum recipientes non videantur animum habere augendi numerum præbendarum, nec nouum ius creare videantur; sed in diuiduum, & spirituale ius præbendæ, quæ canonicatui annexa est inter eos communicare, & diuidere: in qua specie procedit textus in dicto *cap. dilecto* 25. vt eius verba apertissime insinuant, ibi, *supradictæ præbendæ fructus diuidendos communiter*, iuncto versic. *Vno individuo iure vacante*, ex quibus colligitur, ideo in specie textus in dicto *cap. dilecto* 25. *de præbendis* duorũ institutionem in canonicos Trecenses factam nullã fuisse: quia Archiepiscopus, qui eos instituit idem ius, & eandem præbendam ambobus cõferre, non vero canonicorum numerum augere, vel ius aliquod creare intendebat, quod ex eo deprehenditur, quia fructus illius præbendæ inter eos diuidendos instituit, & canonicus qui præbendam in ea Ecclesia obtinebat liberaliter resignauit, & Archiepiscopus ad eam duos instituit; nã si voluisset ius de nouo creare, recepisset nepotem suum in canonicum ante renunciationem præbẽdę, vnde prędicta institutio nulla fuit, sed si Archiepiscop' intẽdisset vtrũque in canonicum eligere, electio valuisset, & d[illegible]nt canonici, qui haberent voce[illegible]cet vna tantũ, vel nulla præbenda vacaret: quia ad duo iura intelligitur eos elegisse, & numerũ canonicorum recepisse *cap. relatum* 9. *cap. dilectus* 27. *de prębendis* docet *glossa* verbo *augmentar.* in dicto *cap. dilecto* 25. *de præbendis*, cuius decisionis ratio est: quia cum non obstante certo canonicorum numero teneat electio quo ad canonicatum, rumpitur priuilegium quoad ius canonicatus, sed eligendo plures ad vnam præbendam vacantem, vel etiam ad vacantem vltra numerum, electio non tenet; quia si prębenda diuideretur esset contra Turonense Concilium relatum in dicto *cap. maioribus* 8. *de præbendis*, vel si vni concederetur, remaneret alius sub expectatione contra Lateranense Concilium, vt in dicto *cap. dilecto* scriptum est. Nisi vellent ex causa nouum ius præbendę auctoritate Episcopi statuere, vt in dicto *cap. Vacante de præbendis*, & ideo cum electio non teneat, non rũpitur priuilegium. Ratio autem quare electio teneat quo ad ius canonicatus, & non quo ad præbendæ sectionem, ea est, scilicet: quia sic statuitur in præbendis, dicto *cap. maioribus* 8. *de præbendis*. Argumento textus in *capit. scriptum est in lege* 6. *quæst.* 3. *l. prospexit, ff. qui & à quibus*; in canonicatu autem sic statutum non est, & hoc iuste constitutum apparet; quia

Sf cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum præbenda maxime consistat in rebus corporalibus, *cap. siquis obiecerit* 1. *quæst.* 3. non potest fieri ius præbendale, nisi possessiones alicuius Ecclesiæ diuiderentur, quod perniciosum esset, siquidem vna præbenda esset pinguis, & alia pauper argumento textus in *cap. cum omnes de constitutionibus*: non tamen negamus quin de omnibus præbendis, vel de vna pinguiori possit alia de nouo creari di cante 26. *de præbendis*: ius nonicatus, quod in corpor. indiuisibile est, multi possunt sine aliorum damno illud habere, & ideo aliud fuit statutum in iure canonicorũ; aliud vero in præbendali ita docent *Innocencius* in dicto *capit. dilecto* 25. *de præbendis, num.* 1. 3. & 4. *Hostiensis, num.* 9. & 10. *Butrius* 20. *Panormit.* 15.

8 Sextò, obstat textus in *cap. nisi essent.* 21. *de præbendis.* Vbi apparet, quod si duo ad præbendam fuerint electi, ipsius præbendæ diuisio inter eos facta valet, & tenet. Verum respondendum est illius textus decisionem continere casum specialem inter duos de prioratu contendentes, & alteri datur prioratus, alteri vero certa fructuum pars à iudicibus assignatur, idque pro bono pacis factum fuit, & ob illam vtilitatis causam à Pontifice tolleratur, merito cum non partium conuentione, sed Pontificis auctoritate factum dicatur, ideo ibi id fuit admissum, ne litigantes diu litibus, sumptibus, & expensis, vexarentur, & cõtrouersia illa tam difficilis, & dubia aliquo modo terminaretur; sicque illa arbitrorum sententia quo ad pensionem fuit à Pontifice comprobata ad hoc tantum, vt temporalis fuisset quo ad personam illius, cui præbenda fuit adiudicata, non tamen perpetua quo ad ipsam præbendam, merito eo defuncto cessat, neque ad successores transit, cum cessante causa cessare etiam debeat effectus, *cap. cum cessante de appellationibus*: sicque dignitas illa prioratus non adstringitur, nec onerata est ad illius pecuniæ præstationem, sed tantum persona Prioris: quoniam sicut dignitas ipsa diuidi non potest, ita nec eius prouentus sectionem patitur: dicto *cap. siquis obiecerit quæst.* 3. *cap. simoniacus* 16. *quæst.* 1. docet *glossa* ibidem verbo *prouentus*, quam interpretationem tenent *Butrius* et *Abbas* ibidem. *Lara de Capellaniis, lib.* 2. *capite* 2. *numero* 31. *Barbos. in collectaneis* ad eundem textum *numero* 3. & 7.

9 Septimò, obstat textus in *cap. ad audientiam* 3. *de Ecclesijs ædificandis*, vbi apparet, quod ex vna Ecclesia, alia de nouo creari debet, ita vt ex redditibus Matricis, secundo Priori congrua portio assignari valeat: verum respondendum est illius textus decisionem procedere in diuisione iusta rite, & solemniter facta: veluti quando necessitas postulat in aliquo populo numeroso, vel à Matrici longe distanti, cum Parrochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possint: nam tunc noua potest Ecclesia in ipsius Parrochia ædificari, & in ea sacerdos instituì certa portione de antiqua illi deputata; dum tamen antiqua Ecclesia congruis redditibus abundet, ita vt primus, & secundus minister valeant congrue sustentari. Notat *Salgado de protectione Regia tomo* 1. *parte* 3. *capit.* 5. *numero* 31. *Menochius, consilio* 477. cuius textus decisio hodie iam ampliata est in *Concilio Tridentino, sessione*

sione 21. *de reformatione capit.* 4. vt refert *Barbos. in remissionibus* ad eundem Concilium in dicto *capite* 4. & *in collectaneis* ad textum in dicto *c. ad audientiam* 3. *de Ecclesijs ædificandis, num.* 1. & 2. & *in Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ num.* 4.

10 Octauò, prædictis obstat textus in *capite siquis Episcopus* 16. *quæstione* 5 *capit. principali* 15. 63. *distinctione* in quibus iuribus constat posse patronum plures præsentare ad vnam Ecclesiam: igitur vna Ecclesia inter plures diuidi potest, vt existimat, *glossa* verbo *clericos* in dicto *capit. siquis Episcopus* 16. *quæstione* 5. Augetur difficultas ex textu in *capit. à nobis* 3. *de iure patronatus*: vbi apparet, patronum vnum tantum clericum præsentare posse: verum respondendum est quod licet patroni possint plures præsentare tamen vnius hoc est idonei præsentatio tenet dicto *capit.* 3. *de iure patronatus*: cum solus idoneus ab Episcopo sit eligendus, & instituendus, quo in casu Ecclesia non diuiditur, siquidem ante Episcopi comprobationem nullum ius adquirunt, cum tantum ius ad rem competat digno. *Capit. quod autem* 5. *de iure patronatus*, notat *Barbos. in collectaneis* ad eundem textum, *numero* 3. & 4. merito enim si plures à diuersis patronis fuerint præsentati, ille debet instituì, qui à maiori parte fuerit præsentatus: si vero à maiori parte electus fuerit indignus, à minori vero presentatus dignus sit, hic tantum vltimus debet admitti ad beneficium. *Rota decisione* 625. *numero* 3. *Barbos. in collectaneis*, ad decretales in dicto *capit. quoniam* 3. *de iure patronatus, numero* 4. de quorum iurium conciliatione plura refert *Lambertinus de iure patronatus lib.* 2. *parte* 1. *quæstione* 7. *articulo* 17.

11 Nonò, aduersus textum nostrum in verfic. *cum in Lateranensi*, dum asserit, quod ij, qui conferendi beneficia potestatem habent, minime possunt pactione, vel conuentione quacumque beneficia concedere, & sibi reseruare, vel retinere prouentus, vel suis vsibus applicare, cum ex pactione illa simoniæ crimen committatur *capit. pactiones de pact.*; si vero iusta subsit causa, poterunt, at quam beneficium conferant, fructus retinere ad tempus, vt patet ex verbis illis *ante donationem constituat, vt ipsi prouentus retineant ad tempus*: obstabit textus in *capite tua nobis* penultimo *de verborum significatione*, vbi apparet, quod etiam si iusta, & necessaria subsit causa, Episcopo non permittitur proprio iure retinere ad tempus fructus beneficiorum vacantium, cum omnino ad id necesse sit, vt priuilegium Pontificis consequatur. Considerandum est, si à iure communi ex iusta causa, & ex nostri textus decisione id Prælatis concederetur, frustra priuilegiũ Pontificis desideraretur, cũ frustra precibus impetratur, quod iure cõmuni conceditur *l.* 1. *Cod. de Thesauris lib.* 10. Notat Doctores omnes in *c.* 1. *de rescriptis lib.* 6. cui difficultati satisfaciendũ est dicendo, quod licet antiqui interpretes controuertant, an Episcopus cum capitulo possit ad tempus retinere fructus beneficiorum vacantiũ in sua Diœcesi pro exoneratione debitorũ suorum, quę nomine Ecclesię cõtraxit, tamen omnibus fere placuit, non posse absque speciali Pontificis priuilegio ad id impetrato, vt manifeste depromitur ex dicto *cap. penult. de verborũ significatione, c. si propter debita* 10. *c. si tibi* 26. *de rescriptis lib.* 6. argumento textus in *Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ capit. exposuisti de præbendis.*

Neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neque obstat textus noster in verbis supra relatis: quoniam intelligi potest, quando Episcopus constituit hoc nõ pro vtilitate suæ mensæ, vel capituli; vt in dicta *Clement. 2. de rebus Ecclesiæ*: sed pro vtilitate Ecclesiæ Cathedralis; veluti si fabricæ Ecclesiæ Cathedralis non sufficit, nec canonici cum Episcopo sunt potentes ad restaurationem fabricæ, quo in casu poterit Episcopus constituere cum capitulo, v[illegible]ctus beneficiorum vacantium ceuat fabricæ ad certum tempus: argumento textus in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.* docent *Abbas* in præsenti *num. final. Ioannes Andreas* in dicto *cap. si propter debita*, quid quid dicat *glossa* in præsenti. Nec huic interpretationi obstat textus noster, dum asserit Episcopum suis vsibus fructus reseruasse: non autem fabricæ Ecclesię ad tempus deputasse: quia respondendum est Pontificem in versiculo *si vero* non se referre ad factum illius Episcopi; sed regulam generalem constituere an, & quando possit Episcopus retinere fructus Ecclesiæ vacãtis, & affirmat, quod pro iusta, & necessaria causa hoc poterit; sed non ex iusta, vt retineat pro vtilitate propria: argumento textus in *l. 1. l. cupidus, ff. de authoritate tutorum*, de qua re plura dicemus in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ.*

De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non Titulus XIII.

Ad textum in cap. non licet 1. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Prælato non licet rem vnius Ecclesiæ in aliã vertere, aut permutare ita demum potest si ambæ consentiant.*
2 *Donatio alienatio est.*
Prælati rerum Ecclesiæ non sunt domini, sed administratores.
Permutatio non nisi cum domino, vel cum eo qui loco domini est fieri potest.
3 *Res ædibus iniunctæ ex* S. C. Traxano *legari, & alienari prohibentur.*
4 *Feudi alienatio licet inter extraneos sit prohibita; tamen intra coniunctos permissa censetur.*
5 *Expenditur textus in l. voluntas 4. C. de fideicommissis, l. pater 39. §. quindecim, ff. de legatis 3. l. vnic 8. §. si vni ff. de transactionibus.*
6 *Exponitur textus in cap. cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælato.*
Decimæ vnius Ecclesiæ sola Episcopi auctoritate ad aliam transferri possunt.
7 *Declaratur textus in cap. ad audientiam 3. & final de Ecclesijs ædificandis.*
Episcopo iusta subsistente causa licet rem vnius Ecclesiæ alteri donare, & ibi exponitur tex. in cap. inferior de maioritate, & obedientia, cap. 1. de rebus Ecclesiæ lib. 6.
Vnio alienatio est.
8 *Interpretatur textus in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ, & conciliatur cum cap. 1. eiusdem tituli lib. 6.*
9 *Illucidatur textus in cap. ad audiẽtiam 3. de Ecclesijs ædificandis. Clement. 2. de rebus Ecclesiæ.*
10 *Ratio redditur ad textum in cap. bona 12. quæst. 2. cap. Pastoralis de his quæ fiunt à Prælatis, capit. Apostolicæ de donationibus.*
11 *Episcopus omnes Ecclesias sub sua potestate, & guuernatione retinet.*
12 *Exponitur textus in cap. Abbatibus 12. quæst. 2. cap. in venditionibus 17. quæst. 4. Clement. 1. de rebus Ecclesiæ.*
13 *Permutatio alienatio est.*

1 CONCLVSIO. Non licet Prælato rem vnius Ecclesiæ in aliam vertere, quantis ambę in ejus potestate sint: permutare tamen ita demum potest, si ambæ consentiant; Quæ conclusio comprobari potest ex omnibus iuribus, quæ alienationem, & permutationem prohibent præcipue in *cap. 1. cap. continebatur 2. cap. cum nos. 3. cap. nouit. 4. capit. quanto 5. cap. tua 8. cap. Pastoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli, cap. ad quæstiones de rerum permutatione, cap. constitutus de Religiosis domibus, cap. sine exceptione, capit. non liceat Papæ* cum alijs *12. quæst. 2. cap. ad audientiam, cap. tuæ de Ecclesijs ædificandis, cap. cum venerabilis 6. de exceptionibus, cap. sicut vnire de excessibus Prælatorum, cap. cum inferior de maioritate, & obedientia, capit. 1.* iuncta eius, *glossa 22. distinct. cap. 2. §. item sibi 10. quæst. 2. capit. nulli 12. quæst. 1. capit. bonæ* iuncta eius, *glossa 12. quæst. 2. cap. 1.* hoc titulo *lib. 6. Clement. 1. de rerum permut. cap. de Ecclesiasticis 8. 25. quæstione 2. Concilium Trid. sessione 22. cap. 11. authentica, seu & Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*, exornant præterscribentes in dictis iuribus, *Calderinus Consilio 4.* hoc titulo, *Gofredus in tract. de libellis*, in hac Rubrica ver bo *prohibita, Socinus regula 148. Cõradus in templo tuaicũ, quæst. 3. cap. 5. §. 4. lib. 2. Lucas de pena in l. 1. Codice de fide instrumentorum, Decianus Consilio 25. volumine 1. Petrus Surdus Consilio 114. Iacobus Puteus decisione Rotæ 441. lib. 2. Emilius 1. parte decisione 35. Reuuanus in tract. speciali* ad hunc titulum, *quæst. 19. numero 5. & quæst. 27. num. 9. & 29. Filiucius de statu clericorum tract. de alienatione rerum Ecclesiarum, capit. 5.* cum omnibus suis, *§§. Mascardus de probationibus conclusione 75. Couarru. lib. 2. variarum, cap. 17. num. 2. Barbos.* plures referens in *Rub.* huius tituli, idem *de officio, & potestate Episcopi parte 3. allegatione 95.*

2 Ratio potissima est: quia cum alienatio rerum Ecclesiæ prohibita sit dicto *cap. sine exceptione cap. non liceat Papæ 12. quæst. 2. Concilium Trid. sessione 22. capit. 11.* & donatio, siue commutatio alienatio sit, vt in dictis iuribus exprimitur, mirum non est, quod Prælatus non possit res vnius Ecclesiæ ad aliam conuertere, siquidem illa generalis prohibitio hunc etiam casum comprehendit & de donatione plenissima ratio est, siquidè vna Ecclesia cũ alteri⁹ iactura locupletatur cõtra rationẽ naturalẽ, *l. nam hoc natura, ff. de cõdictione indebiti l. iure naturæ, ff. de regulis iuris*, &, vt vnum altar ornetur, alterum expoliari non oportet: notat *glossa* in *capit. omnes 1.* verbo *iniustitiam facit 22. distinct.* cum esset iniustum, vt Ecclesiæ bona, quæ eius dotes sunt *cap. sicut de cõsecratione Ecclesiæ, vel altaris, capit. nemo de consecratione dist. 1.* ab ea aufferantur. De commutatione quoque eadem ratio est; cum alienatio sine causa fieri prohibeatur, quam rationem referunt *Barbacia* in præsenti *num. 1. Cardinalis 2. Ioannes Andreas*, verbo *permutatio, Berous 29.* præcipue, cũ Prælati rerum Ecclesiæ non sint domini, sed administratores tantum, *cap. 2. de donationibus*: quare procuratores dicuntur in *cap. edocere de rescriptis, cap. final 12. quæst. 1.* dispensatores in Euangelio, *Lucæ 12.* & in *cap. præcipimus, cap 1. res Ecclesiæ 12. quæst. 1. cap. in canonibus 18. quæst. 1.* cum ergo domini non sint, licèt domino ad libitum alienare sit permissum. *l. in re mandata Codice mandati, l. sed si lege, §. consuluit. ff. de petitione hæreditatis*, tamen administratori non licet alienare, aut permutare, etiam ad similes vsus, *l. 1. & 4. ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium*; requiritur autem subditorum consensus. Ratio est: quia nullus est contractus, in quo partium consen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus. Ratio est: quia nullus est contractus, in quo partium consensus non sit necessarius, *l. 1. §. conuentiones, ff. de pactis, l. 3. in fine l. in omnibus 55. ff. de obligationibus*, & permutatio nisi cum domino, vel cum eo, qui loco domini est, fieri non potest, *l. 1. §. penultimo, ff. de rerum permutatione, cap. cũ venerabilis de exceptionibus*, vnde nihil mirum, quod nisi cum ipsius Ecclesiæ, & inferiorum consensu res Ecclesiæ in quemcumque contractum trahi non possint. Notant *Hostiensis*, & *Ioannes Andreas* in præsenti verbo *consensu. Cardinalis* in fine *Abb. num. 4. Ancarranus 2. Imola 3. Beroius 29.*

3 Primò, obstabit dicere, quod licet res Ecclesiæ generaliter alienari prohibeantur, non tamen sub eadem generali prohibitione debet comprehendi, vt res vnius Ecclesiæ ad aliam transferatur: nam licet ex *Senatus Consulto Trajano* ob publicam vtilitatem sit prohibitũ alienare, legare, seu vendere res ædibus iniunctas, ne ædificiorum aspectus deformetur, iuxta textum in *l. Senatus 56. ff. de contrahenda emptione, l. Marcellus 45. ff. de donationibus inter l. 2. & 6. Codice de ædificijs priuatis*, tamen in pœnis ibidem in illa generali prohibitione positis non continentur hi, qui vendunt, legant vel res vni domui affixas, vt in aliam domum transferantur; dicta *l. 2. & 6. Codice de ædificijs priuatis*, vbi ratio redditur: quia vtrobique publicum decus est: ergo sic similiter in specie nostri textus, licet alienatio rerum Ecclesiæ generaliter sit prohibita, non tamen in ea erit prohibitum, vt de vna ad aliam Ecclesiam res transferatur, quæ in eadem ciuitate, & sub eodem Prælato existit, cũ vtrobique eadem religionis, & publica causa existat: verum respondendum est, plurimam differentiam versari inter generalem alienationem rerum in ædificio iniunctarum, & inter generalẽ Ecclesiæ alienationẽ: nam in illis alienatio, & transactio est prohibita propter publicam vtilitatem, ne demolitio fiat, & publicus aspectus deformetur: in qua generali prohibitione non continetur translatio rei, quæ in domo iniũcta est, vt ad aliam fiat, dum modo ne in totum aspectus ædificij deformetur: *l. 2. & 6. Codice de ædificijs priuatis*: tum etiam requiritur, vt is, qui trãsfert, vtriusque domus dominus sit, *l. cætera 41. §. 3. ff. de legatis 3.* merito mirum non est, quod tũc cesset illa prohibitionis ratio, cũ semper in eiusdem ciuitatis aspectũ, & eiusdem domini vtilitatem trãslatio redundet: at vero in specie nostri textus cum Prælatus non dominus, sed tantum administrator rerum Ecclesiæ sit, vt supra diximus, ei non potest illa transferendi facultas concedi, & cum prohibitionis ratio sit, ne quod semel vnicuique Ecclesiæ datũ est pro dote, auferatur, ab ea etiã si ad aliam transferatur, cum fiat iniuriæ Ecclesiæ, cui aufertur, quod non euenit in iuribus supra in argumento adductis, merito cum dispar sit ratio nihil obstant, de quorum exceptione plura refert *Cuiacius lib. 5. obseruationum, cap. 26. & lib. 19. cap. 2. Pacius centuria 5. quæst. 6. Donellus lib. 8. commentariorum, cap. 11. Osualdus* ad eundem, ibidem, litera Z.

4 Secundò, obstabit dicere, quod licet prohibita sit feudi alienatio, vt in toto titulo *de feudis*, & *lib. 2. feudorum titulo de prohibita feudi alienatione per Federicum*, nihilominus poterit feudum alienari, inter eosdem coniunctos, & cognatos, licet non possit inter extraneos, *capite 1. de alienatione paterni feudi §. sed etiam res lib. 2. feudorum*; ergo quanuis rerum Ecclesiæ alienatio sit

sit prohibita, non debet intelligi inter Ecclesias vni Dœcesi coniunctas, sed tantum ad extraneas. Verum respondendum est iura in argumento adducta procedere in feudo paterno, idest agnatis concesso, vt notat *Baldus in l. Voluntas Codice de fideicommissis, Afflictis in titulo de alienatione feudi, numero 63.* quod quidẽ feudum, & si alienari nequeat, poterit tamẽ successor illud cedere, & renunciare in fauorem proximioris agnati, & tunc alienatio non dicitur, sed potius refutatio, siue renunciatio proprij iuris, quod factũ cuique permissũ est, docet *Molina* plures referens, *lib. 1. de primogenijs, cap. 6. num. 45. & lib. 3. cap. 1. num. 21.* & prædictæ alienationes permittuntur inscio domino feudi: quia cum nihil interfit domino feudi apud vnum, vel alterum feudum esse, dũ modo intra cognationẽ remaneat, cui concessum est, iusta de causa ab vno cognato in alium renunciari poterit. Notat *Afflictis in titulo de Vasallo, qui contra cõstitutionem num. 37.* Cæterum vna Ecclesia in aliã trãsferri non potest, siquidem vnaquæque dotem suam conseruare debet, & propter earum singularem fauorem omnis alienationis species prohibita est, vt supra diximus in decidendi ratione.

5 Tertiò, obstabit dicere quod quanuis quis per testatorem sit prohibitus alienare, poterit tamen is sorori suæ donare, *l. Voluntas 4. Codice de fideicommissis*, & licet legatarij sponte, & libenter sint prohibiti alienare, poterunt tamen inter coniunctos alienare, *l. pater 39. §. quindecim, ff. de legatis 3.* ergo etiam prohibita alienatione rerum Ecclesiæ poterit vna Ecclesia alteri tantæque sorori coniunctę dare, & in eam transferre, sed respondendum est, alienationes illas tantum esse prohibitas extraneorum causa, & in fauorem familiæ permissas: merito nihil mirum, quod alienatio valeat, dum modo intra eandem familiam remaneat: at in nostro textu ipsarum Ecclesiarum causa alienatio rerum Ecclesiæ est prohibita, merito nec inter se alienare, aut commutare possunt propter rationes, & conditiones supra aductas: quam differentiam confirmo eleganti exẽplo desumpto ex *lege Vni 8. §. si vni, ff. de transactionibus*, vbi apparet, quod si fundus alimentorum causa sit legatus, non poterit, nec inter ipsos collegatarios alienari, sine solemnitate, cum fundus ipse sit datus ad alimenta, quorum alienatio prohibita est, ne scilicet alimenta deficiant, notant *Bartolus*, & *Antonius Faber in rationali* ad eundem *textum*.

6 Quartò prædictis obstat illa *Diui Hieronymi* authoritas relata in *capite cum Apostolica 7. de his, quæ fiunt à Prælato*, vbi apparet decimas vnius Ecclesiæ ad aliam Ecclesiam sola Episcopi authoritate transferri posse: cui dubio satisfacies, si dixeris illius textus decisionem intelligendam esse de decimis in feudum laicis datis ex iure antiquo ante Concilium Lateranense, quas Ecclesia illo in tempore vindicare non poterat propter antiquam infeudationem, vt cum *glossa final.* ibidem annotarunt interpretes omnes: quo in casu permissum est, vt solius Prælati interueniente consensu alij quoque Ecclesiæ applicare possint, quod receptum est vtilitatis causa, vt supra diximus in decidendi ratione ad textum in dicto *capite cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælato*: tum etiam: quia licet decimæ non ad Ecclesiam, cui debentur sint applicatæ, tamen

saltim

Universidad de Deusto
Biblioteca

saltim ad vsum Ecclesiasticum perueniunt, vt bene animaduertit *Innocentius Tertius* illius textus auctor in illis verbis: *quia videlicet aliud sit alienare, quod ab Ecclesia possidetur, & aliud, quod decimetur à laico ad vsum Ecclesiasticum reuocare*, notat *glossa*, ibidem cum à me traditis in commentarijs ad eundem textum.

7 Quintò, obstabit textus in *in cap. ad audientiam* 3. & *final de Eccles ijs ædificandis*, vbi permittitur Episcopo, vt si crescat populus, vel ob aliam causam nouis Ecclesijs indigeat, eas erigere, & certam portionem, & prouentus ex antiqua Eccle sia eis asignare: cui difficultati satisfacies, si dicas prohibitionem nostram accipiendam esse, cum nulla iusta subest causa: cæterum si iusta causa existat, licebit Episcopo rem vnius Ecclesiæ alteri donare, merito cum in dictis iuribus iusta interueniat populi causa videlicet necessitas, cũ non ita facile possint propter distantiam loci sacramenta percipere, iustissime potest, & debet Episcopus nouam Ecclesiam erigere, non obstante appellatione, & neglecto iuramento, si forte fecerit de non alienando res Ecclesiæ: *Concilium Trid. sessione 22. de reformatione, cap. 4.* notat *glossa* in dicto *cap. ad audientiam, Barbos.* & Doctores omnes ibidem, de quo plura diximus in *capit. vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, in *sexto dubio*; ita similiter est interpretandus textus in *capit. cum inferior de maioritate, & obedientia*, vbi *glossa* verbo *Cathedralis* plura iura refert *extrauagans, Ioannis 22. de concessione præbendæ, capit. 1. 10. distinct. cap. sicut vnire de excessibus Prælatorum* videndus, *Cuiacius in cap. 1. ne sede vacante*, *Estrada de bello Belgico lib. 2.* paulo post principium, *Belarminus de Romano Pontifice lib. 4. cap. 24. versic. si haberet, Menchaca illustrium quæstionum lib. 1. cap. 31.* Similiter etiam est interpretandus textus in *cap. 1.* hoc titulo *lib. 6.* vbi apparet Episcopum vacante Ecclesia dato, & vocato eius defensore posse vnius Ecclesiæ decimas, & redditus alteri dignitati, siue Ecclesiæ pauperi applicare, ita, vt vnio illa sit incorporatio, seu annexio, vt aliàs etiam sit in *cap. vnio 10. quæst. 3. cap. & temporis 10. quæst. 1. cap. extirpandæ §. qui vero cap. exposuisti de præbendis*, licet vnio alienatio sit, vt notant omnes in *cap. sicut vnire de excessibus Prælatorum Oxeda de incompatibilitate 2. parte, cap. 3. numero 9. Antonius Faber in Codice lib. 4. titulo de rerum permutatione, definitione 12. num. 7. Salgado de Regia protectione parte 3. cap. 5.* de qua vnione disceptatur in *Concilio Trident. sessione 7. cap. 6. & 7. sessione 14. cap. 9. sessione 24. cap. 13. & sessione 25. cap. 9. & 17.*

8 Sextò, solutioni obstat textus in *Clem. 2. hoc titulo*, vbi nulla citatio desideratur, vt alienatio illa, vnio, seu incorporatio ab Episcopo possit fieri: quorum iurium discordiam vt componas, adnotare debes ideo in dicto *cap. 1.* hoc titulo *lib. 6.* vnionem fieri non posse nisi citato rectore, vel defensore Ecclesiæ dato: quia ibi non tota Ecclesia, sed quędam fructuum pars, & redditũ vniri desiderabatur: quare cum rectori Ecclesiæ, & successoribus in beneficio magnum præiudicium generaretur, iusta de causa absque citatione rectoris, vel Ecclesiæ defensore fieri nequit: at vero in dicta *Clement. 2.* hoc titulo Ecclesia vnita fuit, merito cum nulli rectori præiudiciũ fiat nõ viuenti: quoniam nõ nisi post eius mortem vnio sortitur effectum: *cap. cõsultationibus 4. de donationibus*, nec successori; siquidem in eodem beneficio nullus esset successor: nec Ecclesiæ, cum ex inde non pauperior fiat, nihil mirum, quod rectoris citatio, vel defensoris monitio non sit necessaria, cum nullus inueniatur, cuius interesse possit, notat *glossa* in dicta *Clem. 2.* verbo *defensor*, vbi, *Cardinalis, Ancharanus, Imola, & Bonifacius, Lambertinus de iure patronatus 1. parte quæst. 3. articulo 13.* late *Barbos.* omnino videndus in dicta *Clem. 2.* hoc titulo *num. 11.* cum sequentibus.

9 Septimò, solutioni traditæ ad textum in dicta *Clementina 2.* hoc titulo, valde obstabit textus in *cap, ad audientiam 3. de Ecclesijs ædificandis*, vbi omnino rectoris citatio desideratur, vt vnio fiat: verum respondẽdum est, ideo in dicta *Clementina 2.* hoc titulo citationem non desiderari: quia vnio illa in vita rectoris suspenditur: at vero in dicto *cap. ad audientiam Concilio Trident. sessione 2. de reformatione capit. 4.* ideo necessaria fuit citatio: quia desmẽbratio Ecclesiæ matricis statim in vita rectoris suum opperatur effectum. Nec obstabit, si dixeris adhuc in dicta *Clem. 2.* hoc titulo necessariam fuisse rectoris citationem ex eo, quod quanuis in eius vita vnio suspendatur, nihilominus ei magnum præiudicium fit, cum facultas permutationis ei auferatur, vt recte notauit *Rebufus in præx titulo de vnionibus, glossa 11. num. 8.* verum respondendum est, præiudicium rectoris in dicta *Clement. 2.* non principaliter, sed in consequentiam prouenire; quod attendi non debet. Notat *glossa 2. in l. de vnoquoque ff. de re iudicata, l. 1. versic. Prima enim ratio, ff. de authoritate tutorum*, præcipue, cum ex principali dispositione publica vtilitas prærẽditur, siquidem Episcopus vniendo vnam Ecclesiam alteri, principaliter intẽdit vtilitati, seu necessitati Ecclesiæ consulere, quæ publica vtilitatis causa interueniente sufficit, vt beneficiario auferatur ius permutationis, quod habet: *cap. ad quæstiones de rerum permutatione Clement. vnica* eodem titulo, quæ iura ita ad concordiã reduxit *Barbos. in collectaneis* ad textum in dicta *Clem. 2.* hoc nostro titulo, *num. 4.*

10 Octauò, obstat textus *in cap. bonæ 12. quæst. 2. cap. pastoralis de his, quæ fiunt a Prælatis cap. Apostolicæ, de donationibus*, ex quibus deprehenditur licere Episcopo rem vnius Ecclesiæ monasterio, siue alteri Ecclesiæ donare. Ergo vnius Ecclesiæ rẽ facilius poterit in aliam Ecclesiam vertere, sed respõdendum est id recte facere posse interueniente iusta causa, nempe si monasterium construere voluerit, cui quinguagesimam partem census suæ mensæ donare potest Ecclesiæ, quam pro sepulchro suo magnificare voluerit: siquidem vtraque causa tanquam iusta, iudicata est à canonibus, dum tamen Ecclesiæ, cui bona illa auferuntur graue præiudicium non fiat, vt in dictis iuribus cautum est, & *in l. 4. titulo 14. partita 2.* Notant *Belamera, Dominicus, & Præpositus* in dicto *cap. bonæ 12. quæst. 2. Abb. & Cardinalis* in dicto, *cap. Apostolicæ de donationibus.*

11 Nonò, obstabit dicere, quod Episcopus omnes Ecclesias suæ Diœcesis sub sua protectione, & guuernatione habet, *cap. decretũ, c. regenda 10. q. 1. c. omnes basilicæ, 6. q. 7. c. præcipimus 12. q. 1. c. conquærente de officio ordinarij, c. cum Venerabilis 6. de exceptionibus.* Ergo ex vi potestatis, & guuernationis poterit rem vnius Ecclesiæ alteri donare, cui dubio respõdendum est propositionem hanc ità esse accipiendam, videlicet Episcopos plenam in rebus Ecclesiasticis habere potestatem saltem ad dispensationem, administrationem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu gubernationem, non vero ad distractionem, seu dissipationem, & ideo tunc domini censentur, quando bene administrant, non vero cum dissipant, vel sine causa alienant, sicuti vidimus in tutore, *l. interdum* 58. §. *qui talem, ff. de furtis*, & iuxta hæc interpretari debet textus noster, qui sibi ipsi contradicere videtur, dum in principio docet res Ecclesiarum in Episcopi potestate consistere, & deinde posse pro arbitrio de eis disponere, vti de rebus suis argumento textus *in l. in re mandata Codice mandati*, quod tamen in fine textus negat merito, ita intelligendus est, scilicet Episcopum habere potestatem in rebus Ecclesiæ hoc est ad administrandum tantum, non vero ad dissipandum, vt dictum est: ita *Cardinalis*, *Ancarranus*, & *Imola* in præsenti.

12 Decimò, aduersus ea, quæ refert textus noster dum asserit, Abbatem posse de consensu partium terras Ecclesiarum inuicem permutare, obstabit textus *in cap. Abbatibus* 12. *quæst.* 2. *cap. in venditionibus* 17. *quæst.* 4. *Clem.* 1. Hoc titulo, ex quibus iuribus deducitur Abbatem non posse alienare, nec alienationi authoritatem præstare, cum solis Episcopis id sit reseruatum: verum poteris respondere textum nostrũ esse intelligendum de Abbate excepto, qui habet Ecclesias pleno iure subiectas, vt docet Innocentius *in cap. statuimus de transactionibus glosa* verbo *proprij*, *in Clem.* 1. hoc titulo *Abb.* & *Berous in præsenti num.* 3. 14. & 25. *Couarru. lib.* 1. *Variarum, cap.* 3. *num.* 9. Ratio est: quia vna pars alternatiua declarat alteram, vt *in l.* 1. *ff. de rebus dubijs*, quemadmodum vna pars testamenti declarat alias ipsius testamenti partes, vt *in l. qui filiabus* 27. *ff. de legatis* 1. & sic illa nostri textus verba *Episcopo*, *vel Abbate* propter alternatiuam dictionem, *vel*, intelligi debẽt de Abbate exempto simili Episcopo, cum in præsenti assimilentur, quo ad authoritatem alienationis, merito vt recte assimilatio fiat: textus noster intelligi debet de Abbate habente iura Episcopalia argumento textus *in cap. in his* 15. *de verborum significatione*, *c. tua de cõsanguinitate*, & *affinitate* cũ traditis ab *Eberrardo loco* ab *æquipolentibus*, *num.* 2. comprobatur etiã expresse *in cap. ad nostram* infra hoc titulo, vbi valet alienatio facta ab Abbate cum consensu sui conuentus. Ratio est: quia ibi Abbas erat exemptus, & exercebat iura Episcopalia, cuius intellectus verus est, licet *Couarru. dicto lib.* 1. *Variarum, cap.* 3. *num.* 8. existimet ibi alienationẽ ab Abbate factam nullam fuisse, cuius intellectus ex eodem textu conuincitur, dum probat fuisse necessariam restitutionem, & probationem læsionis, quæ omnia præsuponunt contractum validum fuisse, siquidẽ restitutio præsuponit validationem actus iuxta textum *in §. rursus instituta de actionibus l. nam*, & *si sub conditione*, §. & *post defectum*, *ff. de iniusto rupto*.

13 Vndecimò, obstabit dicere, quod is, qui permutat, alienat. *l.* 1. *ff. de rerum permutatione*, *cap.* 1. & per totum eodem titulo, *capit. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælato. cap. nulli* infra hoc titulo, *cap. sine exceptione* versic. *commutare* 12. *quæst.* 2. at in alienatione rerum Ecclesiæ non sufficit vtriusque partis consensus cum necessaria sit integra iuris solemnitas, de qua in dicto *capit. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. ergo non recte in præsenti in permutatione facienda asseritur sufficere Episcopi authoritatem, dum vtriusque partis consensus interueniat: verum breuiter respondendum est iura supra in argumento adducta procedere in mera donatione rerum Ecclesiæ, in qua requiritur solemnitas, quæ refertur in dicto *cap. sine exceptione*: cæterum in permutatione, quæ fit de re vnius Ecclesiæ cum alia sufficit authoritas Episcopi, & consensus Ecclesiarum inferiorum, & rectorum earum, licet consensus capituli non interueniat, iuxta textum, *in cap. Abbatibus* 12. *quæst.* 2. *Clem.* 1. hoc titulo notat *Abb. in præsenti num.* 5.

Ad textum in cap. qui res 2. & final huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Principes seculares res Ecclesiæ donare non possunt: & qui ab eis recipiunt excommunicantur.*
2 *Principes seculares in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem.*
Nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet.
Malæ fidei possessor censetur is, qui rẽ recipit ab eo, qui ius in re non habet.
Bona Ecclesiæ pauperum sunt.
3 *Exponitur textus in l. deprecatio, ff. ad l. Rodiam de iactu.*
Imperator omnium rerum mundi dominus est.
4 *Interpretatur textus in cap. de rebus* 12. *quæst.* 2.
5 *Expenditur textus in cap. conuenior versic.* eo quod 12. 23. *quæst.* 2.
6 *Declaratur textus in cap. si tributum versic.* si agros 27. 11. *quæst.* 1.
Vindicatio solis dominis competit.
7 *Expenditur textus in l. Sancimus C. de Sacrosanctis Ecclesijs l.* 2. *titulo* 2. *lib.* 1. *recopilationis.*
8 *Principi licet rem meliorem, siue æqualem Ecclesiæ donare, & sibi ab Ecclesia aliam percipere requisitis ibi positis.*
9 *Interpretatur textus in cap.* 2. *cap. curæ* 11. *quæst.* 3. *cap. cum & plantare* §. 1. *de priuilegijs.*
Excommunicatus ab vna Ecclesia quo ad omnes similiter censetur excommunicatus.

1 CONCLVSIO. Principes seculares res Ecclesiæ donare non possunt, & qui ab eis recipiunt excommunicantur, perduntque omnia, quæ ab Ecclesia aliàs legitime obtinebãt. Quæ conclusio cõprobari potest ex textu in *cap. final* hoc nostro titulo, *Cap.* 2. *de donationibus*, *cap. de rebus* 21. *cap. nulli liceat* 3. 12. *quæst.* 2. *cap. cõuenior* 21. 23. *quæst.* 8. *cap. quæ in Ecclesiarũ*, *cap. Ecclesia Sãctæ* MARIAE *de constitutionibus*, *cap. grauem de sententia excommunicationis*, *cap. eos dẽ immunitate Ecclesiarum lib.* 6. *capit. cum terra* 14. *capit. Sacramenta* 51, *cap. Masana* 56. *de electione*, *cap. audum* 31. *de decimis*, *cap. cum quæ de præscriptionibus*, *cap. quanquam de cẽsibus lib.* 6. *authentica cassa*, & *irrita Codice de Sacrosanctis Ecclesijs Concilium Arelanense*, *cap.* 24. *Trident. sessione* 25. *cap.* 20. & *sessione* 22. *de reformatione*, *cap.* 11. & *cap. Imperiũ* 10. *distinct. cap. quia sæpe de electione lib.* 6. *cap. præsenti de officio ordinarij lib.* 6. *l.* 26. iuncta eius *glosa* 6. *tit.* 29. *partita* 3. & *glosa* 3. *in principio l.* 53. *titulo* 5. *partita* 5. *l.* 11. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopilationis*: exornant *Azebedus ibidem*, *num.* 1. & 10. cum sequentibus, *Rebufus* 3. *tomo constitutionum Francici*, vt laici non conueni. *glosa* 1. *num.* 1. cum sequentibus, *Lapus allegatione* 92. *Castillo rerum quotidianarum lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 27. & 65. in principio, *Marta de iurisdictione parte* 1. *centuria* 1. *casu* 48. *Caldas Pereira de emptione*, & *venditione*, *cap.* 12. *num.* 27. *Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum de constitutionibus*, *num.* 38. *Dueñas regula* 238. versic. *limita.* 3. *Bartolus in l. si tius familias* §. 1. *ff. de legatis* 1. *à num.* 78. vbi *Iason numero* 82. *Peregrinus de iure fisci lib.* 6. *titulo* 4. *num.* 18. *Suarez allegatione* 8. *num.* 12. *Suarez tomo* 5. *de censuris disput.* 22. *sectione* 6. *num.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 22. *Barbos. de potestate Episcopi parte* 3. *allegatione* 50. *num.* 130. *& in collectaneis ad decretum in dicto cap. nulli liceat* 3. *& in cap. Apostolicos* 12. *quæst.* 2. vbi alios plures refert.

2 Ratio, quare principibus in præsenti prohibetur res Ecclesiæ alienare, ea est: quia Principes secu lares in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem, imò earum sunt incapaces, siquidem potestas guuernandi Ecclesiastica à Deo Optimo Maximo suis Vicarijs data est in verbis illis, *pasce oues meas* iuctis verbis, *tu es Petrus*, relatis *in cap. in nouo* 21. *distinct. cap. ita dominus* 19. *distin.* vt iam diximus in commentarijs ad textum *in cap. decernimus* 2. *de iudicijs.* Quæ incapacitas etiam Imperatores, & Reges comprehendit, siue quo ad iurisdictionem, vt in *cap. nouit de iudicijs, cap. tuam de ordine cognitionum, cap. cum terra* 14. *cap. Sacramenta* 51. *& 56. de electione; Concilium Trident. sessione* 22. *de reformatione, cap.* 11, siue etiam quo ad bona: *cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia Sanctæ* MARIAE *de constitutionibus, cap. causamque de præscriptionibus, cap. finali* hoc titulo, *cap. quanquam de censibus lib.* 6. *capit.* 1. & sequentibus 96. *distinct. cap. cum terra* 14. *de electione, cap. dudum* 31. *de decimis*; deinde: quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet: *cap. nemo potest de regulis iuris lib.* 6. & is, qui ius in re nō habet, non potest titulum in alium transferre, *l. Sulpitius ff. de donationibus inter l. minor* 19. versic. *denique ff. de minoribus*: qua de causa censetur malæ fidei possessor, qui rem recipit ab eo, qui ius in re non habet, cum pro non dato habeatur, *l. traditio* 20. *ff. de adquirendo rerum dominio, l. si universæ Cod. de legatis, cap. quod autem in fine de iure patronatus*: qua de causa in textu nostro statuitur Principem tā quam incapacem, & nullum ius habentē in rebus Ecclesiasticis nō posse res Ecclesię donare, similiter etiā recipiens excōmunicatur, & pœnis in præsenti propositis punitur: quia Ecclesiæ bona pauperum sunt *capit. præcipimus, & finali* 12. *quæst.* 1. *cap. finali* 16. *quæst.* 1. & textus noster in versic. *agentium*, cum is, qui bona Ecclesiarum, quæ pauperum sunt, vsurpare conatur, sacrilegus reputetur, raptoribusque assimiletur, cum idem sit rapere, vel rapta scienter retinere, *cap. sæpe de restitutione spoliatorum*, & pro sacrilegio excommunicatio, & pecuniaria pœna à Pontifice sit Impositæ, *cap.* 1. & per totum 17. *quæst.* 4. *cap. conquestus de foro competenti; Iulius Clarus in praxi §. sacrilegium*: merito in præsenti recipientes scientes res Ecclesiæ à Principe donatas tanquam sacrilegi excommunicantur, & alijs pœnis puniuntur: adeo, vt si laici sint, possint hoc in casu in foro Ecclesiastico conueniri, *cap. cum sit generale* 8. *de foro competenti*, notat *Ancarranus* in præsenti, *Iulius Clarus*, vbi supra, *quæst.* 27. versic. *Vlterius quæro.*

3 Primò, obstat textus *in l. deprecatio, ff. ad legem Rodiam de iactu, l. bene à Cenone Codice de quadriēnij præscriptione*, vbi apparet Imperatorem omnium mundi rerum dominum esse: ergo recte poterit Princeps res Ecclesiæ donare: verum respondendum est, quod, & si Princeps iusta de causa ius alterius iam quæsitum, vel quærendum in profanis, possit tollere compensatione adhibita, & in alium transferre ex dictis iuribus *l.* 2. *Codice de precibus Imperatori offerendis, l. item, si verberatum, §.* 1. *ff. de rei vindicatione, l. Lucius Titius* 11. *Codice de euictionibus*, notat *Faquineus, lib.* 8. *controuersiarum, cap.* 63. *Mendoça lib.* 1. *de pactis, cap.* 5. *num.* 23. *Menochius de arbitrarijs casu* 84. *num.* 9. *Pancirola lib.* 2. *thesauri, cap.* 23. *Orosius in l.*

in l. Princeps, ff. de legibus, num. 11. *Petrus Gregor. de republica lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 37. *&* 54. *Doctor Balboa in c.* 1. *de causa possessionis, & proprietatis, numero* 30. cum sequentibus: tamen in Ecclesia, seu Ecclesiasticis bonis ius quæsitum, nec quærendum, etiam si iusta causa interueniat, aufferre nō potest. Notat *Couar. in regula possessor* 2. *parte §.* 5. *num.* 8. *Decius* in dicto *cap. Ecclesia Sanctæ* MARIAE *num.* 7. *Tuscus* 3. *tomo littera, l.* verbō *libertas Ecclesiastica, conclusione* 342. *Doctor Larrea in decisionibus Granatensibus* 1. *tomo dispar.* 8. *num.* 74. Merito cōstitutio Cenonis, & Iustiniani in dicta *l. de precatio*, & in dicta *l. bene à Cenone*, tanquam iuri Ecclesiastico, & eorum bonis contraria ex deffectu potestatis non debent admitti ex dicto *cap. Ecclesia Sanctæ* MARIAE, cum similibus *de constitutionibus*, atque ideo in nostro Concilio Lugdunensi 4. Celebrato Anno 1080. siue Albernensi Anno 541. Pontifices declarant sub illorum Cenonis, & Iustiniani constitutionibus res Ecclesiæ minime fuisse comprehensas ex rationibus, & iuribus supra in num. præcedenti traditis, de qua re plura, qui velit, videat apud *Castaldum tract. de Imperatore, quæst.* 52. cum sequentibus *volumine* 16. *nouiorum tractatuum, Menochium cōsilio* 2. *num.* 98. *volumine* 1.

4 Secundò, solutioni obstat textus *in cap. de rebus* 12. *quæst.* 2. vbi Nicolaus Papa scripsit, quod siquis res Ecclesiæ temeraria præsumptione inuadit, excommunicandus est, si vero à Principe res Ecclesiæ acceperit, nō ille, sed Princeps ipse redarguendus est: ergo res alienatæ à Principe apud accipientē remanebūt: verū respondendū est, Nicolai Pontificis mentē esse, vt, siquis propria authoritate res Ecclesiæ inuaserit, & Princeps redarguendus est: legit enim Antonius Cucus adhibita coppulaua dictione, & itaq; in primo casu, cū ipse solus inuadit, solus ipse excōmunicandus est: cū vero Princeps cōcesserit, non excusatur recipiens, vt male nonnulli credūt, sed excōmunicatur ipse, & Princeps quoq; redarguitur, & ad emendationē cōpellitur, vt notat *glossa* in dicto *c. de rebus* 12. *q.* 2. ex quibus constat textū in dicta *l.* 2. & 3. *Cod. de quadriēnij præscriptione*, cum similibus in rebus Ecclesiæ omnino cessare, de quorū interpretatione vltra glossā, & Doctores omnes in præsenti videndi sunt *Felinus* in dicto *c. quæ in Ecclesiarum, n.* 33. & 58. *Dueñas regula* 238. *Menochius consil.* 20. *Gregor. Lopez in l.* 3. *&* 5. *tit.* 5. *partita* 5. *Donellus lib.* 5. *cōmentariorū c.* 3. *Osualdus* ibidem, *littera, D. Doctor Amaia lib.* 1. *obseruationum, cap.* 1. *num.* 89.

5 Tertiò, prædictis obstat text⁹ in *c. cūenior* 21. 23. *q.* 8. *vers. eo quod in potestate eius essent omnia*, vbi *Diuus Ambros.* refert omnia sub Principis potestate existere. Cui dubio respondendū est, verba illa à comitibus, & tribunis fuisse prolata, siquidē D. Ambrosius, ibidē contrariū sentit, dū asserit propria sua bona pauperū esse, & bona diuina, seu Ecclesiastica Imperatoris non subiacere potestati affirmat: quare potius confirmat, quam infirmat nostri textus sententiam.

6 Quartò, valde obstat eiusdem D. Ambros. authoritas relata in *cap. si tributum* 27. 11. *q.* 1. vers. *si agros desiderat Imperator potestatem habet vindicandorum*, ex quibus verbis constat Imperatorem agrorū Ecclesiæ dominum esse, d ūaffirmat eos vindicare posse, siquidem vindicatio solis dominis competit *l. in rem actio* 23. *ff. de rei vindicatione*: cui dubio communiter dici solet textum illum accipiēdū esse de prædijs tributa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

butarij antequam ad Ecclesiam peruenirent, quo in casu tributo non soluto, Imperator poterit prædia illa vindicare iuxta textum in *l. vectigale* 31. *ff. de pignoribus*, notat *Turrecremata* in dicto *cap. si tributum*, *Iason* in *l. placet* 5. *lectura* 1. *num.* 17. *Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*, *Tiraquelus de iure primogenitorum*, *quæst.* 84. *num.* 9. verum hæc interpretatio, & si à multis sit recepta, tamen diuinationis morbo laborat, cum ex verbis textus non appareat prædia illa antea Principi tributaria fuisse, nec est credendum, si fuisset, Diuu Ambrosium non soluisse: quare veriorem esse existimo, quam refert *glossa* ibidem dum asserit verba illa *potestatem habet*, non ad ius, sed ad factum esse referenda, quam interpretationem duplici coniectura confirmo. Primo: quia ideo ibi Diuus Ambrosius affirmat Principem nõ ius, sed potestatem habere. Secundo: quia statim subiungit verba illa *tollat eos, si libitum est Imperatori, non dono, sed non nego*, quæ verba satis demonstrant violentam Imperatoris inuasionem: nam si deberentur tributa, vel prædia, donaret equidem, seu relinqueret Ambrosius, sed quia nõ debebantur, & resistere non poterat, non negabat, cum in illis primis Ecclesiæ temporibus immunitatem Ecclesiasticam Imperatores ignorabant. Notat *Suarez aduersus Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 12. Et licet Pontifices possent Imperatores ipsos conuenire, vt docet *Molina de iustitia, & iure disput.* 31. *Couarru. practicarum quæstionum, cap.* 31. *conclusione* 3. & 4. tamen id facere non audebant, vt constat ex illo Diui Ambrosij exemplo, ex quo nõ bene infertur Principes rerum Ecclesiæ dominos esse, sed tantum aliquando inuasores fuisse ex nimia eorum potentia, & poreſtate.

7 Quintò, obstabit textus in *l. Sancimus Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*, *l.* 2. *titulo* 2. *lib.* 1. *Ordinamenti*, quæ hodie est *L.* 9. *tit.* 22. *lib.* 1. *Recopilationis*, in quibus iuribus apparet Principem posse res Ecclesiæ alienare ad redimendos captiuos, vel irruentes hostes propulsandos: verum hæc iura nihil obstant, siquidem intelligenda sunt ita procedere, si Ecclesiæ consensus, & Prælati authoritas interueniat, vt notat *Gregorius Lopez in l.* 14. *titulo* 22. *partita* 1. cum traditis à *Morla in Emporio titulo* 1. *de legibus*, *quæst.* 16. *num.* 26.

8 Sextò, similiter obstat textus in *cap.* 2. 9. *Sed permutare* 10. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de rerum permutatione Nouella* 7. *de non alienandis, seu permutandis, capit.* 2. ex quibus deducitur licere Principi æquale rẽ Ecclesiæ donare, & sibi ab Ecclesia aliam percipere: ergo poterit Ecclesiæ res occupare, dum modo æquali satisfactione recompenset: verum respondendum est in dictis iuribus id licere, si Ecclesiæ consensus, aut authoritas Prælati, vel maior pars capituli interueniat, ne fortasis res deterior à Principe offeratur, quod quidẽ fieri potest: quia ex eo euidenter vtilitas sine damno Ecclesiæ sequitur, cum gracia Principis consequatur, si quidem plerunque soleant Reges Ecclesias defendere, & singularibus beneficijs eas afficere, atque ideo in dicto *cap.* 1. *de rerũ permutatione* proponuntur verba illa *de communi voluntate*. Notat *glossa*, ibidem, *Barbos. in collectaneis* ad eundem textum *nu.* 2. & de interpretatione ad textum in *cap. siquis qualibet*, & *cap. Diaconi* 12. *cap. Episcopus* 34. eadem 12. *q.* 2. videndus est *Barbosa* in dicto *cap.* 1. *de rerum permutatione*, *num.* 3.

9 Septimò, his omnibus obijci solet, quod sæpe seculares Principes res Ecclesiæ alienare prohibẽt, vt

vt in *Nouella* 7. *de non alienandis*, *aut permutandis rebus Ecclesiæ Nouella de Ecclesiasticis titulis* cum similibus. Cõsideratio est: ergo si eorum prohibitione non alienantur, ex eorum quo que voluntate alienari poterunt. Cui dubio respondendum est ex illis constitutionibus tantum prohibitionem Ecclesiasticam adiubari, non tamen ex illis ius summi tanquam ex deffectu potestatis, vt supra diximus in ratione decidendi, quomodo etiam est accipienda *Nouella, quomodo oporteat Episcopo*, & *titulus Codice de summa Trinitate*, & *Fide Catholica*, & *titulus Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*, siquidem vsurpantes res Ecclesiæ multoties Dei miraculo sunt vlti, vt plura extant testimonia apud *Baronium Anno* 570. *num.* 20. 21. 25. & 26. & *Anno* 572. *num.* 4. & 5. & *Anno* 577. *num.* 15. & *Anno* 583. *numer.* 46. refert *Martinus del Rio in magicis resp. lib.* 3. *parte* 1. *quæst.* 7. *sect.* 2.

10 Octauò, aduersus textũ nostrum in finalibus verbis, dum asserit recipientes bona Ecclesiæ damnatos ab ipsius Ecclesię communione, à qua bona receperunt, vitandos esse. Obstabit textus in *cap.* 2. *cap. cum* 11. *quæst.* 3. *cap. cum & plantare* 9. 1. *de priuilegijs*, vbi apparet, quod cum quis est excommunicatus ab vna Ecclesia, quo ad omnes similiter censetur excommunicatus: ergo non à sola Ecclesia à qua bona recepit, vt insinuare videntur illa vltidia nostri textus verba, ibi; & *à communione Ecclesiæ* (*cuius facultatem auferre cupiãt*) *excludantur*: Verum respondendum est verum esse excommunicatum ab vna Ecclesia, quo ad cæteras excommunicatum censeri ex dictis iuribus. Nec contrarium probant illa nostri textus verba à *communione Ecclesiæ*: quia debent intelligi à communione Ecclesiæ vniuersalis, quæ vna est, cuius omnes particulares membra censentur, merito excommunicatus in præsenti non tantum est remotus à sola Ecclesia, cuius bona accepit, sed etiam à cæteris. Notant *Cardinalis Imola*, *Barbacia* in præsenti *num.* 2. *Verotus num.* 18.

Ad textum in cap. consensus 3. cap. Episcopi 4. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Rector Ecclesiæ, qui dat ipsi Ecclesiæ rem duplæ æstimationis, potest eius seruos manumittere; ipsi tamen manumissi, & eorum posteri patrocinio Ecclesiæ manebunt.*
2 *Manumissio alienatio est.*
Laici ad fundandas, & dotandas Ecclesias propter ius patronatus inuitantur.
3 *Manumissio fieri nõ potest ab eo, qui non est dominus.*
Exponitur textus in l. si à non dominis final C. *si à non dominis.*
4 *Deo semel dicata non ad profanos vsus conuerti non debet.*
Declaratur textus in cap. mancipia cap. iniustum de rerum permut.
5 *Interpretatur textus in cap. si quos de seruis* 57. 12. *quæst.* 2.
Remunerationis causa, quod datur nõ est propriè donatio, sed debiti solutio.
6 *Expenditur textus in capit. siquis qualibet* 55. 12. *quæst.* 2. *cap. si Episcopus* 12. *quæst.* 5. *cap.* 1. *vers. æqualis de rerum permut.*
Ecclesia cultrix, & iusta est, nec iniustitiam fieri patitur.
Interpretatur textus in cap. consensus 3. *versic.* duplæ *de rebus Ecclesiæ.*
7 *Expenditur textus in dicto cap cõsensus* 3. *versiculo*, ita vt cum peculio *de rebus Ecclesiæ*, *textus in l. Sticho* 53. *ff. de peculio.*
Manumissio inter viuos differt à manumiss-

numissione in testamento facta.

8 *Refertur interpretatio ad textum in l. filiæ* 18. C. *familiæ erciscundæ.*

9 *Declaratur textus in cap. consensus* 3. *versic.* cum posteritate sua *de rebus Ecclesiæ, l. quod ex liberta* 11. C. *de operis libertorum, l. vlt.* C. *de liberis, & eorum libertis.*

10 *Textus in dicto cap. consensus* 3. *versic.* vtilitates, *de rebus Ecclesiæ iterum exponitur, l.* 1. *cum sequentibus, ff. de operis libertorum.*

1 CONCLVSIO. Rector Ecclesiæ, qui dat ipsi Ecclesiæ rem duplę æstimationis potest eius seruos manumittere, ipsi tamen manumissi, & eorũ posteri patrocinio Ecclesiæ manebunt. Consõnat textus in *Cap. consensus* 3. *cap. & Episcopi* 4. huius tituli, *cap. diaconi* 35. *cap. & si illi* 39. *cap. placuit* 51. *cap. siquis de seruis* 57. *cap. siquis qualibet* 56. *cap. Episcopus, qui mancipium* 58. *cap. liberti* 61. *cap. de libertis* 63. 64. 65. cum sequentibus 12. *quæst.* 2. *cap. si quis Episcopus* 12. *quæst.* 5. *l.* 7. *tit.* 14. *partita* 1. *l.* 8. *titulo* 22. *partita* 4. *l.* 27. *titulo* 9. *partita* 6. exornant *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 88. *num.* 11. *Gama quæstione* 15. *num.* 14. *& 15. Dueñas regula* 220. *Rebuffus in compendio alienationis, num.* 63. idem in *cap. sine exceptione* verbo *donare* 12. *quæst.* 2. *Reduanus de rebus Ecclesiæ non alienandis* in *rubrica de alienatione de se mouentium, Benedictus in repetitione extrauagantis ambitiosæ* hoc titulo *num.* 56.

2 Ratio est: quia licet manumissio sit alienatio, *l. lex, quo tutores Codice de administratione tutorum, l. final Cod. de rebus alienis, cap. Episcopi* infra hoc titulo, & alienare res Ecclesiæ sit interdictum, *cap. nulli*, hoc titulo dicto *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. tamen cum causa, & solemnitate permisum est, & iusta causa in textu nostro reputatur, cum rectores Prælati rem duplæ æstimationis pro re alienata præstãt: nam sicuti laici ad fundandas, & dotandas Ecclesias inuitantur propter ius Patronatus, *cap.* 3. cũ alijs *de iure patronatus, Concilium Trident. sessione* 25. *cap.* 9. *de reformatione*, ita similiter etiam rectoribus, & Prælatis est permisum manumittere seruos Ecclesiæ dum tamen duplam æstimationis præstent quantitatem, cum tunc alienationis prohibitio cesset, siquidem ex alienatione ipsa nec damnum, nec in commodum Ecclesiæ inferatur: imo potius lucrum ex sobole, & operarum manumissione, adquiratur, & ex iure patronatus, quod apud Ecclesiam remanet.

3 Primò, obstabit dicere, quod manumissio fieri non potest ab eo, qui non est dominus, adeo, vt manumissor pro vno seruo manumisso quinque seruos præstare teneatur, hoc est domino duos, reliquos fisco *l.* 1. 4. & *final Codice de his, qui à non dominis manumi.* sed Prælatus rerum Ecclesiæ non est dominus, *cap.* 2. *de donationibus, cap. fraternitatem* eodem titulo, *cap. quod autem* versic. *sin autẽ* 23. *quæst.* 7. *capit. in canonibus* 57. 16. *quæst.* 1. dicto *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. Ergo manumittere non poterit, nec similiter erit iusta dupla, seu æqualis præstatio. Cui dubio breuiter respondendum est, quod licet verum sit, manumissionem non nisi à domino fieri posse, & si fateamur Prælatum non esse dominum; tamẽ quasi dominus reputatur, vt sentit *glossa final* in principio *institutæ de actionibus*: quare beneficio nostri textus ei concessum est, vt cum causa, & solemnitate manumittere possit, & iusta causa reputatur in præsenti donare, vel accipere rẽ Ecclesiæ duplæ æstimationis, vt supra diximus in decidendi ratione, siquidem eo in casu non auffert bona Ecsiæ, sed auget, & ideo quasi dominus reputatur: argumento textus in *l. qui fundo* 7. *§. si tutor* in fine, *ff. pro emptore.* Nec obstat textus in dicta *l. si à non domino* final *Cod. si à non dominis*: nam ibi pœna illa imponitur: quia præter delictum manumittenti seruũ ab eo, qui dominus nõ erat, adfuit etiam perulantia manumissoris, qui decepit Principem, merito tam seuera pœna punitus est, quam tamen non meretur Prælatus in textu nostro, qui Principem non fefellit, sed vt supra retulimus iuxta iuris permissionem seruum manumittit, non spoliando, sed potius augendo bona Ecclesiæ.

4 Secũdò, obstabit regula illa, quæ docemur semel Deo dicatum ad humanos vsus conuerti non debere, *cap. semel* 51. *de regulis iuris lib.* 6. etiam si fit mancipium *capit. mancipia, capit. iniustum de rerum permutatione*: Ergo nec in præsenti ad humanos vsus poterunt manumitti, seu conuerti, in quorum iurium difficultate omissa *Innocentij*, & *Ancarrani* interpretatione in dicto *cap. mancipia*, quæ improbatur ab *Abbate* ibidem. Verius est dicendum iura illa procedere in vasis, & mancipijs immediate Deo, & cultui diuino consecratis, in quibus illa prohibitio alienationis scripta reperitur in dicto *cap. mancipia*. Cum huiusmodi translatio esset contra naturalem æquitatem, iuxta textum in *cap. iniustum* eiusdem tituli, & ita alienari non poterunt sine Pontificis consensu, *cap. Ecclesiasticis* 63. 12. *quæst.* 2. at vero textus noster procedit in seruis Ecclesiæ ad vsum profanum pertinentibus, qui cum causa, & solemnitate manumitti poterunt dicto *cap. si quos de seruis* 56. 12. *quæstione* 2. Notat *Diuus Thomas Secunda Secundæ, quæst.* 88. *articulo* 11. *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *num.* 3.

5 Tertiò, obstat textus in *cap. si quos de seruis* 57. 12. *quæst.* 2. vbi non tantum Prælatis permisum est seruos Ecclesiæ manumittere, verum etiam manumissis de bonis ipsius Ecclsiæ aliquid donare permittitur. Ergo absque eo, quòd dupla detur valebit manumissio: quod dubium distinctione adhibita dilues, scilicet aut loquimur de seruis, benemeritis, qui insignia seruitia exhibuerunt Ecclesijs, vt in *c. siquis Papa* 79. *dist.* & hi manumitti possunt nihilo pro Ecclesijs collato, & de his loquitur textus in dicto *c. si quos de seruis* 57. 12. *q.* 2. vt notat *Turrecremata* ibidem, *Tiraquellus in l. si vnquam* verbo *donatione largius n.* 27. *Codice de reuocandis donationibus* cũ traditis à *Barb. in collectaneis* ad decretum in *c. quicunque* 56. 12. *q.* 2. aut loquimur de seruis non benemeritis, & hi manumitti nõ possunt in præiudicium Ecclesiæ absque debita cõpensatione, & de his loquitur textus noster. Ratio differẽtiæ est: quia quando aliquid datur ratione remunerationis, nõ est proprie donatio, sed debiti solutio *l. Atilius* 27. *l. si pater* 35. *§. final. ff. de donationibus, c. cũ in officijs de testamentis, Tiraquellus* vbi supra *num.* 11. *Menochius de arbitrarys casu* 132. & *casu.* 134. *Mascardus de probationibus tomo* 1. *conclusione* 559. At vero quando non datur propter remunerationem, vel aliam causam in iure expressam, alienatio est, & per consequens de rebus Ecclesiæ prohibita, notat *glossa* 1. in præsenti *Ancarranus, & Abbas, numero* 3. *Barbacia* 5. *Verolus* 7. & in vtraque manumissione requiritur superioris auctoritas secundum ea, quæ supra retulimus.

6 Quartò, obstabit textus in *c. siquis qualibet* 56. 12. *quæst.* 2. *cap. si Episcopus* 12. *quæst.* 5. *cap.* 1. *de rerum permutatione* versiculo *æqualis*, vbi apparet in alienatione rerum Ecclesiæ eandẽ quantitatem reddere (cũ Ecclesia nõ lædatur) pro re alienata satis esse: sed manumissio alienatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

est *l. lex quæ tutores Codice de administratione tutorum*, *l. final Cod. de rebus alienis*. Ergo non duplum, sed simplum dando poterit Prælatus seruũ Ecclesiæ manumittere, in quorum iurium difficultate omissa glossæ interpretatione in præsenti verbo *modum*, & *glossæ* in *cap. in venditionibus* 17. *quæst.* 4. dum asserunt illa nostri textus verba, ibi, *iuxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreuerunt* referẽda esse ad canonem antiquũ, hoc est ad textum in *cap. Episcopus, qui mancipium* 58. 12. *quæst.* 2. vbi duplũ debetur, quando manumisio serui Ecclesiæ fit non reseruato Patronatu Ecclesiæ: quo in casu cum Ecclesia amittat duo, scilicet seruum, & ius patronatus, duplum dari necesse est, & ita de patronatu amisso asserunt intelligendam esse nostri textus decisionem: verum hæc interpretatio aperte cõuincitur. Primò ex nostri textus verbis, ibi *ita, vt cũ peculio, & posteritate*, quæ verba denotant ius patronatus adhuc apud Ecclesiam manere: tum etiam: quia Ecclesia cultrix, & iusta est. Nec iniustitiam fieri patitur, *cap. 2. de successione feudi in vsibus feudorum*, & iniustitia esset pro seruo centum valens duplũ accipere: præterea: quia illa nostri textus verba, ibi, *quem antiqui canones*, non debent referri ad textũ in dicto *cap. Episcopus, qui mancipium*: quia textus ille conditus fuit in *Concilio Toletano* 4. *cap.* 67. & noster textus in eodem Concilio, *cap.* 68. vt refertur in 3. *tomo conciliorum in actis*, eiusdem Concilij, vnde ineptum esset canonem præcedẽtem antiquiorem appellari: quare illa nostri textus verba necessario sunt referenda ad canones antiquos Concilij Agatensis, de quibus in *cap. siquis qualibet* 56. 12. *quæst.* 2. & ad textum in *cap. Episcopus* 12. *quæst.* 5. & ad textum in *cap. diaconi* 35. 12. *quæst.* 2. vbi tãtundem dare pro re alienata statuitur, quæ antiquiora sunt Concilio Toletano, vt constat ex textu in *cap. prima adnectatio* 11. versic. *sexta* 16. *distinct.* ex quibus apparet falsum esse nostri textus summarium seu eius conclusionem, atque ideo pro illo verbo *duplæ* legendum est *eiusdem*.

7 Quintò, aduersus textum nostrum in versic. *ita vt cum peculio*. Dũ asserit peculiũ manumissi serui apud Ecclesiam remanere; obstabit textus in *l. si Sthico* 53. *ff. de peculio*, vbi apparet peculium apud manumissum remanere: ergo Ecclesiæ applicari non debet. Verum respondendum est decisionem textus in dicta *l. si Sthico* obtinere in seruis laicorũ manumissis, quibus peculium concessum censetur, si manumissionis tempore non fuerit adẽptum, quod verum est, quando manumisio fit in contractu inter viuos, cum tunc manumissio eo animo fiat, & ad eum effectum, vt sui iuris fiat, & sibi possit acquirere, cum manumissor peculium serui nec sibi retinuit, nec alijs dedit, intelligitur seruo relinquisse, cum hoc in casu potius, quam in testamento spontanea voluntas præsumatur: Argumento textus in *l. donationem* 3. §. *pater ff. de donationibus*, *l. si donatione* 13. *Cod. de collationibus*: secus vero, si in vltima voluntate, *l. vnica Codice de peculio eius, qui libertatem meruit*. §. *peculium venult. inst. de delegatis*, notat *glossa* in dicta *l. si Sthicho* 53. *ff. de peculio* Cuiacius *lib.* 11. *quæstionum Pauli*, ibidem, *Antonius Faber in rationali*, ad eũdem textum. Ratio differentiæ est: quia quando dominus in vita manumittit seruum maiori affectione eum prosequi videtur quam quando in vltima voluntate ei libertatem relinquit: quia in primo casu remittit id, quod retinere poterat, scilicet dominium serui, & eius

& eius seruitium, ideo ius præsumit, etiam ei concessisse id, quod est minus, scilicet peculium, cum libertas omnibus rebus sit preciosior, *l. libertas* 107. *ff. de regulis iuris*, quod non sic est quando moriens ei liuertatẽ legat cum tunc non tam magna affectio in seruũ præsumatur, vt notat *Ioannes Faber* in dicto §. *peculium*: at vero noster textus obtinet in seruis Ecclesiæ manumissis, in quibus speciale est vt in dubio peculium Ecclesiæ sit reseruatum etiam si ob merita sint manumissi, nisi tempore manumissionis concessum fuerit, notat *glossa* in *cap. cum redemptor*, verbo *relaxamus* 12. *quæst.* 2. *Imola*, in præsenti, *num.* 4. *Veronius* 21.

8 Sextò, prædictis obstat textus in *l. filiæ* 18. *Cod. familiæ erciscundæ*. Vbi etiã filia sui iuris facta per mortem patris peculium retinet, quamuis ei à patre non sit expræse relictũ. In qua difficultate dissoluenda valde laborant interpretes, & præcipue, *Antonius Faber decade* 40. *errore* 1. dum asserit pro illo verbo *patre* reponendum esse verbum *matre*, vel illum versiculum Triboniano interpreti tribuendum esse, vel aliter communiter dici solet in dicta *l. filiæ* 18. patris voluntatem perseuerasse vsque ad mortem, aliàs autem si per mortem patris filius sui iuris fuerit factus absque perseuerantia illa semper intelligitur peculium ademptũ iuxta textum in *l. si donatione* 13. versic. *nam Codice de collationibus*, quæ iura ita ad concordiã reduxit *Cuiac. lib.* 9. *obseruationum*, *capit.* 17. *Bald.* & *Salicetus* in dictis iuribus asserunt enim textũ in dicta *l. filiæ* 18. procedere de vere donata, quæ donatio morte fuit confirmata: at vero textũ in dicta *l. si donatione* 13. versic. *nam si*, loqui de re in peculio concessa, & ideo iuxta doctrinam supra in 5, *dubio* relatam optime procedere: quia filia per mortem patris sui iuris fuit facta: quæ interpretatio impugnatur ab *Antonio Fabro dec. ide* 4. *errore* 1. quare his, & alijs omissis verius dicendum est, quod vtraque lex de donatione facta est intelligenda, vt ex illis iuribus constat, & vtraque donatio fuit morte confirmata ex dicta *l. donatione Cod. de donationibus*. Sed in eo differunt, quod in dicta *l. filiæ* agitur de successione ex testamẽto, quo in casu non est locus collationi: at vero in dicta *l. si donatione* 13. succeditur ab intestato, & ideo confertur res donata, vt constat ex *rubrica* illius tituli *Codice de collationibus*. Notat *Cuiacius lib.* 3. *obseruationum*, *cap.* 30.

9 Septimò, aduersus textum nostrum in versic. *cum posteritate sua*, ex quo deducitur manumissi posteritatem sub patrocinio Ecclesiæ remanere: obstabit textus in *l. quoi ex liberta* 11. *C. de operis libertorum*, vbi apparet, quod post manumissionem proles liberti nullius patrocinio est obnoxia. Iuxta textum in *l.* 1. *titulo* 14. *partita* 4. *principio institutionum de ingenuis*, *l. & seruorũ* 5. §. *ingenui*, *ff. de statu hominũ*. In quorũ iurium difficultate omissa prima interpretatione glossæ in præsenti. Verior mihi videtur, secunda ipsius glossæ interpretatio, dum asserit id speciale esse in Ecclesia, vt non solum libertus ipse remaneat sub Ecclesiæ patrocinio, verum & nati post manumissionem, iuxta textum in *cap. liberti et secundo* 12. *quæst.* 2. & sic procedit textus noster: secus tamen in alijs libertis priuatis ex dicta *l. quod ex liberta*, notãt *Abb.* in præsenti *num.* 6. *Imola finis*, *Veronius* 14. vel aliter dici poterit hæc nostri textus verba esse intelligẽda, quo ad obsequium tantum, & reuerentiam, vt colligitur ex textu in *cap. liberti*

Universidad de Deusto
Biblioteca

berti. 65. 12. quæst. 2. l. 2. Cod. de inius vocando. Nec solutioni obstabũt verba nostri textus, ibi, *vtilitates coniunctas sibi*: quia non ad posteritatẽ, sed ad manumissum tantum referri debent ex illo verbo *sibi*, cum non sit verosimile credendum Toletanum Cõciliũ totum ius ciuile euertere velle, statuendo vt possint operæ omnibus descendentibus imponi, siquidem verbum illud *posteritas* omnes in infinitum comprehendit, *l. iuris consultus*, §. *parentes*, ff. *de gradibus*. Nec prædictis obstat, *l. vltima Codice de libertis*. Vbi idem in quocumque priuato constitutũ videtur: quia respondendum est, eo in textu non probari filios liberti esse obnoxios ad ea, quæ ipse libertus adstrictus est, sed tantum prouat filium liberti posse reuocari in seruitutem, sicuti & libertus ipse reuocaretur, si viuete patre ingratitudinem cõmitteret: notat *Imola* in præsenti *num. final.*

10 Octauo, aduersus textũ nostrum in versic. *vtilitates coniunctas*, ex quibus verbis apparet operarum promissionem in manumissione ipsa fuisse factam, obstabit textus in *l.* 1. cum sequentibus, ff. *de operis libertorum*, *l.* 1. §. *quæ onerandæ*, ff. *quarum rerum actio non detur*, ex quibus appareret operarum promissionem manumissionis tempore factam inutilem esse. Cui difficultati omissa interpretatione, quam refert *glossa* in *cap. liberti.* 2. 12. *quæst.* 2. dupliciter poterit responderi. Primo in præsenti operas fuisse promissas à seruis in genere, dũ in seruitute erant prout licet de iure communi, *l.* 2. ff. *de operis libertorum l.* 1. §. *quæ onerandæ l. final* §. *si seruus*, ff. *quarum rerum actio non detur*, vel responderi poterit Ecclesiam iure speciali posse operas speciales iniungere seruis suis, licet alij priuati non possint ex iuribus supra in argumento adductis, quæ de iure Cæsareo procedunt: at vero textus noster de iure Pontificio ex speciali priuilegio Ecclesiæ concesso.

Ad textum in cap. nulli 5. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ res alienari non debent.*
2 *Prælatus non debet dispergere quæ non colligit.*
Sacræres Deo dicatæ esse nescuntur.
Corpus sicut sine anima conseruari non potest ita Ecclesia sine facultatibus.
3 *Exponitur textus in cap. nulli 5. versic.* rem immobilẽ *de rebus Ecclesiæ extrauagans ambitiosæ versiculo* immobilia *eodem titulo.*
Tutores, & curatores res mobiles pretiosas alienare vetantur.
Expenditur textus in nouela 7. de nõ alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ. Nouela 46. de Ecclesiarum rerum immobilium alienatione emphyteusis.
4 *Interpretatur textus in capit. is cui 42. de electione lib. 6.*
5 *Remissiue exponitur textus in cap. terrulas 12. quæst. 2.*
6 *Exponitur textus in dicto cap. nulli 5. versic.* siue rusticum *de rebus Ecclesiæ.*
Seruus inter res mobiles connumeratur.
7 *Cap. nulli 5. versic.* nec specialis ipothæcæ *de rebus Ecclesiæ interpretatur.*
Alienatio tantum comprehendit contractum per quem transfertur dominium.
Dominium per ipothecam in credito rem non transfertur.
Obligatio specialis non est al o.
Argumentum à contrario sensu locum non habet vbi resultat absonum à iure.
8 *Interpretatur textus in cap. ex præsentium 3. de pignoribus.*
9 *Ratio redditur ad textum in l. in quorum 4. versic.* in quorum finibus *ff. de pignoribus.*
Prohibita res alienatione cẽsetur etiã prohibita pignoris datio.
10 *Exponitur textus in dicto cap. nulli 5. versic.* alienationẽ *de rebus Ecclesiæ.*
Alienationis nomine donatio etiam cõprehenditur, & ibi exponitur textus in cap. vltimo 16. quæst. 6. capit. quicunque 66. 12. quæst. 2. c. per tuas 5. de donationibus.
11 *Declaratur textus in cap. fraternitatem 2. cap. cæterum 4. de donationibus.*
12 *Interpretatur textus in l. final C. de prædijs decurionum lib. 10.*
Alienatio licet curialibus sit prohibita; donatio tamen permissa censetur.
Curiales qui dicantur ibi exponitur.
Homines non tam facile donant quam vendunt.
13 *Textus in dicto cap. nulli 5. versi.* venditionem *de rebus Ecclesiæ exponitur.*
Administratori generali vendere permissum est; non vero Prælato, qui nõ liberam, sed simplicem rerum Ecclesiæ administrationem habet.
14 *Species refertur ad textum in cap. cum dilecti 3. de emptione & venditione.*
15 *Impugnatur solutio tradita ad textum in dicto cap. 3. de donat.*
16 *Solemnitas extrinseca non præsumitur.*
17 *Declaratur textus in cap. potuit vltimo de locato.*
18 *Decisio textus in capit. terrulas 53. 12. quæst. 2. remissiue ponitur.*
19 *Exponitur textus in dicto cap. nulli 5. versiculo* permutationem *de rebus Ecclesiæ, & impugnatur cũ c. 1. eiusdem tituli, cap. 2. §. itẽ vbi 10. quæst. 2. cum aliis ibidem traditis.*
Permutatio de re Ecclesiastica facta inter personas Ecclesiasticas differ ab ea, quæ fit quoad laicos.
20 *Dilucidatur textus in cap. 1. de rerum permutatione.*

1 CONCLVSIO. Res Ecclesiæ alienari non debent. Consonat textus in *cap.* 1. *c. consensus* 2. 3. & 4. cũ aliis huic nostro titulo, *cap.* 1. *cap. cum Apostolicæ cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælato cap. sine exceptione, cap. monemus* cum aliis 12. *quæst.* 2. *capit. ea enim* §. *hoc ius porrectum* 10. *quæst.* 2. *cap.* 1. & 2. hoc titulo *lib.* 6. *C. em.* 1. hoc titulo *extrauagani ambitiosæ* eodem titulo. *Lateranense Concilium* 5. sub Anastasio Pontifice celebratum *cap.* 4. *Agatense, cap.* 7. & 22. *Turonense* sub Leone Pontifice, *cap.* 1. *Vasẽtinum* sub Damaso Pontifice, *capit.* 11. *Cartaginense* 5. sub Anastasio, *capit.* 6. & *Trident. sessione* 22. *de reformatione, cap.* 11. *authentica hoc ius porrectum Cod. de Sacrosanctis Eccles. Iustiniani nouella* 7. *Iustiniani in authentico de non alienandis, aut permutãdis rebus Ecclesiæ collatione* 2. *nouella* 120. relata in *authẽtico de alienatione Emphiteusi collatione* 9. *l.* 1. §. *fin.* cũ lege sequenti, ff. *de rebus eorum l.* 1. 8. & 11. cum aliis *titulo* 14. *partita* 1. *l.* 6. & 7. *tit.* 2. *lib.* 1. *compilationis*: exornant *Couarru. lib.* 2. *variarum, cap.* 12. & 18. *Pinelus in l.* 1. 3. *parte numero* 18. *Cod. de bonis maternis. Abeãño de exequendis mandatis, capit.* 14. *num.* 34. *Rebufus in compendio alienationis rerum Ecclesiæ, Menochius de arbitrarijs lib.* 2. *casu* 178. *Mascardus de probationibus, tomo* 1. *conclusione* 75. & 277. *Benedictus in repetitione ad extrabagantem ambitiosæ, numero* 38. *Nauarrus in tract. de alienatione rerum Ecclesiasticarum, Calderinus in repetitione* ad nostrum textum, num. 5. *Quintana Dueñas lib.* 2. *Ecclesiasti. num.* 69. *Castillo lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 54. *num.* 4. *Sarmiento de redditibus* 1. *parte, capit.* 23. *Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio* 1. *parte, cap.* 52. per totum, & *lib.* 1. *quæstionum Canonicarum, cap.* 13. *Antonius Gabriel lib.* 9. *communium titulo de alienatione rerum Ecclesiasticarum, Caldas tract. de emptione, & venditione, c.* 16. nouissime *Doctor Arias de Mesa lib.* 3. *Variarum, cap.* 15. *numero* 10. *Molina de Iustitia, & Iure,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tomo 2. disput. 469. Emanuel Rodriguez tomo 1. quæstionum Regularium quæst. 23. Azor 1. parte institutionum moralium lib. 9. cap. 17. Molina tomo 2. de Iustitia, & Iure disp. 465. Baronius tomo 6. Anno 483. num. 13. & tomo 7. Anno 535. num. 10. Cuiacius in posthumis ad nostrum titulum, *& in nouella Iustiniani titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis* idē in *nouella 120.* sub titulo *de alienatione Emphiteusi, Gilquenius in authentica hoc ius porrectū* eiusdem tituli, *Filucius de statu clericorum titulo de alienatione rerum Ecclesiæ, Duarenus lib. 7. de Sacris Ecclesiæ ministeriys cap. 9.* cū traditis à *Cenedo in collectaneis ad decretales collectanea 61. Tusc. in practicis 1. tomo conclus. 272. Barb. in collectaneis* ad nostrum textum, & in *remissionibus ad Concilium Trident.* in dicta sessione *22. cap. 11.*

2 Ratio prima est, ne Prælatus dispergat, quæ non colligit, quæ extat in septima Synodo generali sub Adriano relata in *c. quis quis 19. 12. q. 2.* Secunda: quia res sacræ Deo esse noscuntur dicatæ, qua vtitur *Concilium Carthaginense 4.* relatum in *cap. diaconi 35. 12. quæst. 2.* Cum semel Deo dicatum in profanos vsus conuerti non debeat: *cap. semel 51. de regulis iuris lib. 6. cap. nulli 3. cap. prædia 5. quæst. 2.* Tertia, & potissima est: quia ex prohibitione illa plurima vtilitas resultat Ecclesiæ, & eius ministris, vt bonis suis cōseruari, & reparari possit: nam sicut corpus sine anima conseruari non potest, ita Ecclesia sine facultatibus, *capit. siquis 7. 1. quæst. 3. c. 1. 10. quæst. 9.* Similiter & ministris, ne mendicare cogantur, argumento textus in *capit. 2. de præbendis*: nam sicut ipsa fides perpetua est, ita eius patrimonium illæsum seruari debet. *Cap. 2. 10. quæst. 9. l. iubemus 14.* in fine principij *Codice de Sacrosanctis Ecclesijs.*

3 Primò, aduersus textum nostrum in versic. *Rem immobilem*, dum asserit immobilium tantum rerum alienationem prohibitam esse, obstabit textus in *extranaganti ambitiosæ* versic. *immobilia, & preciosa mobilia hoc titulo.* Ex cuius decisione appareret non tantum immobiles, sed etiā mobiles pretiosas alienari non posse, & similiter res mobiles animatæ non alienantur, siquidem Ecclesiæ seruus, nec vēndi, nec manumitti potest: vt diximus in *cap. consensus 3. & 4.* hoc titulo *cap. & si 39. cap. iniustū 55. 12. quæst. 2.* nec animalia bruta, *cap. nulli 3. 12. quæst. 2.* nec inanimatæ res, argumento ab speciali in [illegible] *Sanctorum 25. cap. quamuis 19. 12. quæst. 2. capit. nihil 44.* in fine *de electione, cap. indemnitatibus, 9. si vero* eodem titulo *lib. 6.* Ex quibus constat nihil penitus ex rebus Ecclesiæ alienari posse: ergo nec res immobiles, nec mobiles, cum Pōtifex non distinguat, sed omnia excludat, & expresse constat ex tu in *ca relatū el segundo de testamētis.* Appareti ā: quia cum prohibitio hæc præcipue sit inducta, vt Ecclesiæ proprijs bonis illustrētur, ac ministri alatur, & cū hæc ratio æqualiter procedat in rebus mobilibus pretiosis, quæ seruari possunt, merito, cum par sit ratio, par quoque prohibitio esse debet. Rursus similitudine comprobatur: nam tutores, & curatores mobiles res pretiosas alienare vetātur, *l. quæ 22. Codice de administratione tutorum*: ergo cum Ecclesia minoribus comparetur, *capite 1.* & per totum de *in integrum restitutione minorum*, eodem iure etiam vti debet: in quorum iurium conflictu dicendum est, verisimum esse non tantum rem immobilem, verum etiam mobilem pretiosam in hac alienatione esse comprehensam, dum tamen seruando seruari possit, veluti vasa aurea, argentea vestes pretiosæ, quæ longe ab interitu dis-

distant, & commode seruari possunt vt gehemæ, & similia: notat *Reduanus de rebus Ecclesiæ non alienandis quæstione 8. Vgolinus de potestate Episcopi, capite 14. 9. 4. numero 5. versiculo 3. Riccius in praxi rerum fori Ecclesiasti. decisione 61. in prima editione* cum traditis à *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *numero 2.* Nec obstat *Nouella 7.* quæ inscribitur *de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ immobilibus Nouella 46. de Ecclesiarum rerum immobilium alienatione Nouella 120. de alienatione emphiteusis*, in quibus omnibus tantum de immobilium rerum Ecclesiæ alienatione mentio habetur: quia illorum iurium dispositio iuris ciuilis est, quæ ciuilia iura Ecclesiasticis rebus nullatenus præiudicare possunt, *capit. Ecclesia Sanctæ* MARIAE *de Constitutionibus, capit. final*, hoc nostro titulo, quamuis hoc in casu leges has defendat *Baronius Anno 528. num. 1.* Nec solutioni obstant prædicta nostri textus verba, ex quibus deprehēditur iure Ecclesiastico dū taxat res immobiles alienari prohibitum esse: quia respondendum est textum nostrum desumptū fuisse ex dicta *Nouella 7. cap. 1.* vt notarunt *Concius*, & *Antonius August.* in præsenti: atque ita concilium nostrum Ciuilem constitutionem hactenus comprobasse, quatenus rem immobilem prohibet alienare: cæterum in alijs Ecclesiæ rebus prouisum est ex iuribus supra in argumento adductis: quare mobiles quoque in prohibitione continentur: & si in textu nostro de immobilibus dumtaxat prohibitio sit, eodemque modo est interpretandus textus in *cap. prædia 5. 12. quæst. 2.*

4 Secundò, solutioni valde obstat textus in *cap. is, cui 42. de electione, lib. 6.* Vbi administratori conceditur, vt res Ecclesiæ alienare possit, exceptis dumtaxat immobilibus: ergo si administrator res mobiles alienare potest, multo magis Prælatus eas alienare poterit; sed respondendum est textum illum esse intelligendum de alienatione rerum mobilium solemnitatibus iuris interuenientibus facta, quæ alienatio solemnitate illa adhibita in rebus mobilibus permissa est administratori, non tamen ei licebit etiam solemnitatibus adhibitis res immobiles alienare, cum alienatio illa futuro Prælato reseruanda est; si forte vtilis sit: notat *glossa* verbo *immobilium*, ibidem, *Ancarranus, Francus*, & *Dominicus* in eodem textu.

5 Tertiò, eisdem nostri textus verbis valde obstabit textus in *capit. terrulas 12. quæst. 2.* vbi Prælato permittitur agros, vineas, & res immobiles alienare, de cuius interpretatione videre oportet ea, quæ infra dicemus in *cap. vt super 8. §. possessiones* hoc nostro titulo.

6 Quartò, aduersus textum nostrum in versiculo *seue rusticum mancipium*, ex quo deducitur rusticum mācipium inter res immobiles alienare prohibitas connumerari: vti similiter apparet in dicta *Nouela 7. cap. 1.* & *in Nouela 120. cap. 1.* Obstabit textus in *l. 1. §. 1. ff. de ædilitio edicto l. moueritis, ff. de verborum significatione* ex quibus deducitur seruum suapte natura rem mobilem esse, verum respondendum est, quod quamuis seruus inter res mobiles connumeretur, tamen rusticum mancipium naturam rerum immobilium propter fundum, eius naturam sequitur, ex eo, quod ei accedat, & quemadodum omnes res mobiles inanimatæ, veluti aratra, & ligones, quæ fundum inf-

Universidad de Deusto
Biblioteca

instruunt immobilium naturam sequuntur, sic similiter serui rustici tanquam immobiles alienari prohibentur, quod est admissum propter agriculturæ vtilitatem: notat *Abb.* in præsenti *num. 2. Molina de Iustitia, & Iure disp. 465. Bonacina disp. 2. quæstion. vnica puncto 2. num. 4. Veroius* in præsenti *num. 8.*

7 Quintò, aduersus textum nostrum in versic. *nec specialis hypothecæ*, ex quo apparet non licere rem Ecclesiæ hypothecæ titulo obligare. Obstabit dicere, quod alienatio tantum comprehendit contractum, per quem transfertur dominiũ *l. alienatum 67. ff. de verborum significatione, l. 4. ff. de alienatione iudicij, l. 1. Codice de fundo dotali.* Sed per hypothecam non transfertur dominium in creditorem, *l. 1. ff. de pignoratitia actione, cap. cum Bertholdus de restitutione spoliatorum* nec possessio, quæ remanet penes debitorem, *l. qui pignoris 36. ff. de adquirendo rerum dominio.* Ergo prohibita alienatione non censetur prohibita pignoris datio. Cui dubio respondendum est, quod quamuis verum sit specialem obligationem non esse alienationem, tamen in prohibitione nostra comprehenditur ob Ecclesiæ fauorẽ, ratio est: quia pignoris, vel hypothecæ constitutio proxima est alienationi, cum ex ea facile ad alienationem perueniatur, *l. 1. & 2. ff. de distractione pignorum*, cum in ea tacitum pactum alienat[illegible] extet: notat *Veroius* in p[illegible] *num. 14. Couarru. lib. 2. Variarum, cap. 27. num. 7.* quilicet asserat tantum specialem hypothecam prohibitam esse, non tamen generalem, vti etiam sentiunt *Anania, Hostiensis, & Veroius* in præsenti *num. 14.* receptior vero sententia est etiam generalem hypothecam sub hac nostra prohibitione esse comprehensam: notat *Cardinalis* in præsenti *oppositione 3.* Ratio est: quia æquale ius cõsequitur creditor in vno, quã in alio pignore, vt communiter profitentur interpretes omnes in dicta, *l. 2. Codice de pignoribus*, & ratio, quæ militat ad prohibitionem specialis hyphothecę, vtique etiam militat, & extenditur ad generalem iuxta textum in *l. rei 7. Cod. de distractione pignorum*. Nec obstat textus noster, vbi tantum de speciali hypothecæ prohibitione mentio fit: quia argumentum à contrario sensu locum non habet, vbi resultat absonum in iure, & legum correctio, *l. 2. Cod. de conditionibus insertis, cap. in magno de sententia excommunicationis*, & inde ne corrigantur iura prohibentia generalem hypothecam, cessat argumentum, quod à contrario sensu ex textu nostro deduci solet, vel aliter respõdere poteris, quod ratio propterquam in textu nostro, tantum de speciali hypotheca mẽtio habetur, ea est: quia in præsenti de speciebus alienationis singulariter agitur. Et cum magis proprie per specialem hypothecam alienatio cõsequatur, quam per generalem dicta *l. 2. Cod. de pignoribus* merito potius, & præcipue de speciali, quam de generali mentio habetur, sed quoad prohibitionem nostri tituli nihil refert, siquidem per hypothecam generalẽ ad alienationem peruenirí poterit.

8 Sextò, prædictis obstat textus in *cap. ex præsentium 3. de pignoribus*, vbi supponitur validam fuisse pignoris obligationem in rebus Ecclesiæ, si pro eius, vel rectoris necessitate fuerit facta; aliàs enim si non teneret rei vindicatio competeret Ecclesiæ, & textus asserit tantum rectoris hæredes præstare debere rem ipsam vel eius æstimationem, in cuius textus difficultate omissis aliis verius dicendum est in illius textus specie

specie nõ fuisse sublatam Ecclesiæ, vel administratori rei vindicationem, virtute dominij rei alienatæ, quæ competit domino ex toto titulo *ff. de rei vindicatione*, & fuisse consensum patet siquidem administratori, vel successori conceditur facultas, vt possit rem ab hæredibus recuperare, vt constat ex verbis illius textus, ibi, *filium eius, qui ex successione ipsius patrimonij ius dicitur obtinere moneas, & compellas, vt ea recolligat, & restituat Ecclesiæ memoratæ.*

9 Septimò, obstat textus in *l. in quorum 24. ff. de pignoribus*, versic. *in quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur*, ex quibus verbis constat: quod non ex eo, quod alienatio rei sit interdicta, censetur prohibita pignoris obligatio, sed respondendum est verum esse, quod cum prohibita est rei alienatio, similiter erit prohibita pignoris datio, iuxta textum in *l. final Codice de rebus alienis non alienandis.* Nec obstat textus in dicta *l. in quorum 24. ff. de pignoribus*: quia procedit specialiter in certis personis, hoc est, in Magistratibus, seu Præfidibus prouinciarum, vel iudicibus, qui licet durante officio non possint emere, ne vilius, vel minori pretio rem emant: *l. non licet 48. & 6. ff. de cõtrahenda emptione*, sed cum hæc ratio in pignore cesset, pignus accipere non prohibẽtur: notat *Petrus Faber lib. 2. semestriũ cap. 17. Sarmiento lib. 6. selectarum cap. 7. num. 9. Pinelus in l. 2. parte 2. c. 1. n. 14. Cod. de rescindenda Vẽditione*, & Doctores omnes in dicta, *l. vltima Cod. de rebus alienis*, quæ ratio est dispar in pignoris alienatione rei, quæ Ecclesiæ est, vt patet ex his, quę supra retulimus. Pro illo autẽ verbo, *cõductionẽ*, de quo in textu nostro præter *Innocentiũ, Ioannẽ Andreã, Veroiũ, Barbaciã, Imolam, & Abbatem* in præsenti videndus est *Hostiensis in summa titulo de conditionibus appositis §. 1. Antonius Augustinus*, & *Cuiacius* in præsenti *Anastasius Germonius lib. 2. animadversionum, cap. 20. Brissonius* de *verbis iuris* verbo *conductio.*

10 Octauo aduersus textũ nostrũ in vers. *donationẽ*, dũ affert donationẽ sub hac alienationis prohibitione esse cõprehẽsam, siquidẽ sub alienationis nomine donatio etiã cõprehẽditur, *l. final Cod. de rebus alienis nõ alienãdis*, cũ in donatione fortior ratio, quã in cæteris cõtractib⁹ militet, ũquidẽ, qui donat, perdere dicatur, *l. 1. l. plius familias 7. ff. de donationibus.* & cũ Prælati rerũ Ecclesiæ nõ domini, sed administratores sint vt supra diximus, vnde nihil mirũ, quod donare nõ possint, *l. contra §. 1. ff. de pactis l. 3. ff. ad Macedontianũ l. 3. §. si seruus, ff. de donationibus*, obstabit tetxt⁹ *in c. vltimo 16. q. 6. c. quicũque 66. c. Ecclesijs 12. q. 2. cap. per tuas 5. de donationibus, c. clericí 16. q. 3. c. possessiones 61. q. 1.* ex quibus iuribus deducitur donationẽ rerum Ecclesiæ etiã sine solẽnitate factam vtilẽ, & validã esse: sed respõdendũ est, iura supra in argumẽto adducta procedere nõ in donatione absoluta, & voluntaria, quę ex mera liberalitate proficiscitur, de qua in textu nostro sed potiꝰ in donatione remuneratoria in gratiã alicuius seruitij facta iuxta permissionẽ textꝰ in *c. liberti 65. §. proremuneratione 12. q. 2.* quæ quidẽ proprie nõ dicitur donatio, sed alicuius debiti solutio *l. Aquilius Regulus 17 ff. de donationibus, l. si pater 34. §. siquis ff.* eodẽ, notat *Tiraquelus in l. si unquam* verbo, *donatione, largitur, Codice de rebocandis donationibus.*

11 Nonò obstat textus in *capit. fraternitatem 2.* iuncta eius glosia verbo *graues cap. cæterum 3. de donationibus.* Ex quibus iuribus deducitur, Prælatum de Ecclesiæ rebus do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationes non graues posse facere; sed respondendum est Prælatum donare posse rem exiguam, non nimis vtilem, vt in dictis iuribus notant Doctores omnes: præcipue, si id cõsuetudo induxerit, vt in dicto *cap.* 3. *de donationibus*: nam aliâs nõ bene administrare posset is, cui nihil elargiri liceret, *l. filius familias, ff. de donationibus, l. cum plures* §. *cum tutor ff. de administratione tutorum*, notant *Molina lib.* 1. *de primogenijs, cap.* 3. *num.* 9. & 18. *Cardinalis Tuscus* 3. *tomo littera E. conclusione* 287.

12 Decimô, obstat textus in *l. final Cod. de prædijs decurionum lib.* 10. ex quo textu deducitur, quod licet aliena tio curialibus sit prohibita, donatio tamen eis permittitur: ergo *alienationis* verbo in textu nostro non continetur donatio, pro cuius dubij solutione adnotandum est curiales dici, qui curiæ deputati munera subeunt, & publicas functiones gerũt, *l. curiales* 39. & 47. *Codice de decurionibus*, ex quibus post eorum mortem certa suorum bonorum pars ad curiam deueniebat, vt ex toto titulo, *Codice quando, & a quibus* 4. *pars debeatur*. Vnde ne res curiæ alienantes spem, & successionem fraudarent, cum Reipublicæ interfit diuites Senatores habere, & ne ex dissipatione patrimonij ad munera ciuilia minus idonei existerent, alienationes interdixerunt: *l.* 1. & *finali Codice de prædijs decurionum*: merito, quanuis facultas vendendi debeat competere, ei, cui donandi ius competit, *l. cuius est donandi, ff. de regulis iuris*. Tamen venditio decurionibus non permittitur, licet donatio permittatur. Ratio differentiæ est: quia non tam facile homines donant, quam vendunt propter pecuniæ pretium, vnde donatio, quæ minus timetur, illis non interdicitur, vẽditio vero, cuius maior timor est, prohibetur. Argumento textus in *l.* 4. *ff. ad Senatus consultũ Beleianum*, *Donellus lib.* 9. *commentariorum, cap.* 10. Quæ ratio licet in curialibus militet, tamen in Prælatis neutiquam militare poterit, siquidẽ curiales res proprias, non tam facile donabunt, vt Prælati de rebus Ecclesiæ donarent, in quibus tamquam de non suis liberaliores erunt: quia, cũ curiales de rebus suis domini sint, donare poterunt: Prælati vero, cum non domini, sed administratores tantum censeantur, vt supra retulimus, donare non poterunt, de qua re plura refert *Cuiacius* in dicta *l. final Cod. de prædijs decurionum sine decreto non alienandis*: reliqua videre oportet ex his, quæ infra dicemus in *cap.* 2. *de donationibus*.

13 Vndecimô, aduersus nostrũ textum in versiculo, *venditionem*, ex quo constat venditionem alienationis speciem esse, *l. sed Celsus* 6. *l. alienatio* 67. *ff. de contrahenda emptione, l. immobilem* 55. *ff. de obligationibus, & actionibus*. Et cõsequenter sub prohibitione huius tituli comprehendi, *cap.* 1. *cap. tua de his, quæ fiunt à Prælato cap. diaconi, cap. sine exceptione* 12. *quæstione* 2. Vnde minores, qui alienare prohibentur, uendere non possunt, *l.* 1. §. 3. *l. penult. ff. de rebus eorum*: obstabit dicere, quod administratori vẽdere permissum est, *l. qua ratione* §. *nihil autem ff. de adquirendo rerum dominio*. Sed Prælatus saltim administrator est ex iuribus, & rationibus supra adductis: ergo ei rei Ecclesiæ venditio permissa erit: sed respondendum est, quod licet generalis, & liber administrator possit rem domini vendere dicta *l. qua ratione* §. *nihil autem ff. de adquirendo rerum dominio*, *l. procurator* 58. cum sequenti. *ff. de procuratoribus* §. *nihil, Instituta de rerum diuisione*, nõ tamen poterit is, cui tãmandata est rerũ administratio: iuxta textũ ita intelligendum in *l. procurator tutorum* 63. *ff. de procuratoribus*, notat, *Iulius Pacius rerum conciliatarum centuria* 2. *quæst.* 67. *Donellus lib.* 4. *commentariorum cap.* 15. sic similiter Prælatus, cum non habeat liberam administrationem, sed simplex tantum administrator sit, non poterit rem Ecclesiæ etiam ex bona fide vendere: argumento textus in *l. creditor* 60. § *Lucius ff. mandati* nisi iusta causa, & solemnitas in alienatione, seu venditione illa interueniat, iuxta textum in *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli*.

14 Duodecimô, obstabit difficilis textus in *capit. cum dilecti* 3. *de emptione, & venditione*, vbi proponitur venditionem rei Ecclesiasticæ fuisse factam à quibusdam canonicis sine consensu capituli: de qua rescindenda cum capitulum ageret, & in eam rem iudices essent dati, sententia ab eisdem prolata est, qua pronunciarunt venditionem non valere, sed Pontifex eam reuocauit, iussitque rem emptoribus restitui, ex cuius textus decisione apparet vtilem esse rei Ecclesiæ venditionem, etiam sine solemnitate factam: pro cuius dubij solutione obseruãdũ est in specie illius textus duplex remedium Ecclesiæ competere potuisse ad rem suam male distractam recuperãdam: primum nullitatis ex causa omissæ solemnitatis: secũdum vero ex causa deceptionis vltra dimidium iusti pretij ex *l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione*: primũ enim nullitatis remedium à capitulo in iudicium deductum non fuit: qua de causa venditio à Pontifice fuit comprobata: notat *Abb.* ibidem *num.* 4. nam cum solum esset actum de iudicio deceptionis, quo in casu ex dicta *l.* 2. *Cod. de rescindenda*, facultas esset emptori supplẽdi iustum pretium, vel rem restituendi, iusta de causa priorum iudicum sententia qui venditionem irritam ex causa lęsionis iudicarunt à Pontifice tanquam cõtra ius lata reuocatur, siquidem per eam fuerit adẽpta electio, quæ summo iure emptori competebat: notat *Pinellus* in dicta *l.* 2. *C. de rescindenda* 3. *parte, cap.* 3. *num.* 15. & 20. *Cuiacius* in dicto *cap. cum dilecti* 3. *de emptione, & venditione*.

15 Decimô tertio, solutioni obstabit dicere, quod eodem vicio, quo sententia priorum iudicum laborabat, etiam Pontificis sententia laborare videtur; siquidem per vtrãque sententiam res præcise restituitur sublata electionis facultate, vnde dicendum videtur, quod sicut prior iudicum sententia ob eã causam fuit reuocata, debuit quoque hæc posterior Pontificis sententia nulla dici: quam difficultatem præsensit *Cardinalis Zabarela* in dicto *cap. cum dilecti quæst.* 5. Pro cuius dubij solutione obseruandum est, rem vẽditam tãtum in obligatione esse ita vt, si venditor læsus sit tantum possit petere contractus rescisionem, emptor vero habet facultatem, aut restituendæ, aut supplendi iustum pretium, atque ita hoc posterius est in solutione, non vero in obligatione dicta *l.* 2. *Cod. de rescindenda* dicto *cap. cum dilecti* 3. versic. *quia vero* cũ traditis à *Pinello* dicta 3. *parte cap.* 3. *num.* 1. *Faquineo lib.* 2. *controuersiarũ, cap.* 20. *Morla in Emporio titulo* 9. *quæstione* 22. Ex quibus sic breuiter prælibatis iam diluitur consideratio supra adductanã ideo sententia priorum iudicum in dicto *cap. cum dilecti* 3. iniqua iudicatur: quia contra electionem emptoris præcise rem vendirori Ecclesiæ adiudicarũt, & executioni mandarunt: at vero sententia Pontificis, qua etiam res præcise sine illa electione restitui iubet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet, ideo iniqua non est: quia Pontifex vt prioris sententiæ diffinitiuæ iniquitatem emendaret necesse habuit per interlocutionem rem emptori restituere, ita vt, si à venditore esset conuentus, posset electionis facultatem exercere, quã alioquin, si res abscederet, non haberet.

16 Decimo quarto, adhuc superiori interpretationi obstabit dicere, quod sententia priorum iudicum debuit à Pontifice confirmari, cum constiterit rem Ecclesiæ fuisse distractã, vnde dũ de consensu capituli non apparuit, in dubio iusta præsumptio erat, quod male fuerit res illa alienata, præsertim cum illa solemnitas tanquam extrinseca non præsumatur: argumento textus in *l. quæcunque* 13. §. *vltimo, ff. de publicana*: Notat *Menochius de præsumptionibus lib.* 2. *præsumptione* 75. *num.* 21. Sed respondendum est, quod licet in dicto *cap. cum dilecti* 3. *de emptione, & venditione*, non constiterit de defectu solemnitatis apud priores iudices, tamen illi non potuerunt venditionem irritã declarare propter læsionem, quam solum in iudicium deduxit Ecclesia, & quamuis fateamur Ecclesiam etiam deduxisse iudicium nullitatis, vt in eo obtineret, tamen cum ad eam tanquam actricem pertineret onus probandi defectum solemnitatis, merito iusta de causa, dum solemnitatis deffectum non probauit, suspenditur iudicium nullitatis, vt cõstat in dicto *cap. cum dilecti* 3. *de emptione, & venditione*, verfic. *salua*.

17 Decimo quinto, obstat textus *in cap. potuit vltimo de locato*. Ex quo patet emphyteutam Ecclesiæ posse meliorationes vẽdere absque vlla iuris solemnitate. In cuius textus difficulrate dicendum est, ideo ibidem venditionem absque solemnitate factã valuisse: quia nulla res Ecclesiæ alienata videtur, sed tantum melioratio ipsius rei Ecclesiæ, quæ solum expectat ad dominium vtile, quod habet emphyteuta: argumento textus *in l.* 1. §. *in perpetuum, ff. si ager vectigalis*, vnde cum ad Ecclesiam proprie non expectet, iusta de causa venditio illa sine solemnitate facta valebit. Confirmatur etiã ex Doctorum sententijs ibidem assentium denunciationem ibidem requisitã satis esse fieri Prælato, qui absque capituli consensu emphyteutica re illam alienare poterit. Notat *Sarmiento lib.* 3. *selectarum cap.* 8. *numero* 1. Nec obstabit, si dixeris, quod quamuis tantum vendatur ius emphyteuticum, & non Ecclesiæ, tamen cũ sit in potestate Ecclesiæ pro pretio oblato ab exteris rem accipere, vel omittere læsa videtur. Argumento textus in *l. si emptioni* 35. *ff. de minoribus*; *cap. constitutus* 8. *de in integrum restitutione minorum*, quod quidem ius eligendi Ecclesiæ considerabile est. Argumento textus *in l. final Cod. de iure emphyteuti*, plures refert *Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea* 144. Ergo similiter in dicto *cap. final* in illis rebus, sicuti in alijs venditionibus necessaria erat solemnitas: quia respondendum est, quod quando alienatio in omittendo consistit, nõ requiritur solemnitas, quæ aliàs in alijs alienationibus desideratur. Argumento *textus in l. final, ff. de acquirenda possessione, l.* 8. *titulo* 11. *lib.* 5. *recopilationis*, notat *glossa vltima in cap. vlt.* 16. *quæst.* 6. *Hipolitus singulari* 194. *Palacios Rubios in repetitione rubricæ de donationibus*, §. 47. *num.* 5. *Thomas Sanchez de matrimonio lib.* 6. *disp.* 4. *num.* 3. cum sequentibus.

18 Decimo sexto, obstat textus *in cap. terrulas* 53. 12. *quæst.* 2. vbi vẽditio rei Ecclesiæ sine debita solemnitate facta tenet, de cuius interpretatione infra dicemus in *capit. Vt super*

per 8. §. *final* hoc titulo.

19 Decimo septimo, aduersus textum nostrum in verfic. *permutationem*, dum affirmat permutationẽ speciem alienationis esse, cum res pro re detur, *l.* 1. §. 1. *ff. de rerum permutatione*, & non nisi à vero domino fieri possit *cap. cum venerabilis de exceptionibus*: Vnde cum Prælati domini non sint non poterunt permutare cum sub hac nostri tituli prohibitione contractus ille permutationis comprehendatur, siquidem is, qui permutat, alienare videatur iuxta textum *in l.* 1. *Cod. de fundo dotali*. Obstabit textus in *capit.* 1. *hoc titulo, cap.* 2. §. *item sibi* 10. *quæst.* 2. *cap.* 1. *cap. tua nuper cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli cap. ad quæstiones* cũ alijs *de rerum permutatione cap. cum venerabilis de exceptionibus authentica item si bi Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*: ex quibus omnibus iuribus deducitur rerum Ecclesiæ permutationem validam fuisse. Inquorum iurium difficultate omissis plurimis interpretationibus verissime est dicendum, distinctionem adhibendam esse inter permutationem factam fauore personæ secularis, vel inter Ecclesiasticos. In primo casu permutatio omnino est prohibita iuxta textum in *cap.* 1. 10. *quæst.* 2. & textum nostrũ, secus in secũdo, & ita sunt interpretanda iura omnia supra in argumento adducta. Ratio diuersitatis est: quia cum permutatio fit inter Ecclesiasticos dominium rei ad profanos vsus non transfertur, sed penes Ecclesiam conseruatur, atque ideo mirum non est, quod permutatio subsistat, cessat tamen cum fit in fauorem secularis personæ. Notat *Barb.* plures referens *de potestate Episcopi parte* 3. *allegatione* 95. *num.* 55.

20 Decimo octauo, solutioni obstabit textus *in cap.* 1. *de rerum permutatione*. Ex cuius decisione apparet etiam in laicorum fauorem rerum Ecclesiæ permutationem validam fuisse, sed respondendum est, id fuisse admissum ob Principis fauorem, vt ipse possit rem suam permutare cum re Ecclesiæ, data re æqualenti, si res ipsa non sit vtilior. Notant *Hostiensis*, *Ioannes Andreas*, *& Abb.* ibidem *num.* 4. Quæ interpretatio communis, & verisima est, licet dici possit ex stricto iuris rigore ibidem permutationem valuisse, cum permutatio illa Ecclesiæ vtilis esset, & si res æqualis daretur, siquidem Ecclesia sine vllo damno, gratiam Principis consequitur, vt eam defendat, & singularibus beneficijs, & fauoribus foueat: de illis vero nostri textus verbis, ibi, *& emphyteuticum perpetuum* infra dicemus *in cap. ad aures* 7. *& in cap. ad audientiam* 9. hoc nostro titulo.

Ad textum in capit. siquis presbyterorum 6. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet, & alienatores nisi rem restituant, excommunicantur, & quilibet clericus poterit contradicere & rem cum fructibus repetere.*

2 *Alienatio rerum Ecclesiæ vt valeat, solemnitatem, & causam desiderat.*

Subscribens id, quod factum est, approbare videtur.

3 *Expenditur textus in cap. si qua de rebus* 12. *quæst.* 2.

4 *Declaratur textus in cap. Episcopi* 4. *versic.* successor *de rebus Ecclesiæ.*

5 *Interpretatur textus in cap. nulli* 5. *versiculo* Anathemate feriatur *de rebus Ecclesiæ, & conciliatur cũ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrabaganti ambitiosæ eiusdem tituli.

6 *Perpenditur textus in dicto capit. nulli 5. versic.* nili forte *de rebus Ecclesiæ.*

Nemo contra proprium factum venire potest.

7 *Ratio redditur ad textum in capit. veniens 5. de fi. præsbyt. capit diuersis falacijs de clericis coniugatis.*

Iuramentum à Prælato præstitũ se bona Ecclesiæ non repetiturum illicitum est, & eo non obstante repetere poterit.

Declaratur textus in cap. cum venissent versic. nos igitur *de institut.*

8 *Sine mandato nemo alterius nomine in iudicio admittitur.*

9 *Eum quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio quæ regula conciliatur cum cap. si quis præsbyterum 6. de rebus Ecclesiæ.*

10 *Lex bonæ fidei emptor 48. de adquirendo rerum dominio l. qui scit, §. final, de vsuris restitue interpretantur.*

Bonæ fidei poßeßor non tenetur fructus restituere.

1 CONCLVSIO. Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non ten[illegible] & alienatores nisi rem restituan[illegible] communicantur, & quilibet clericus potest contradicere, & re[illegible]um fructibus repetere. Quæ c[illegible]tusio confirmatur ex textu *in cap. non licet 20. cap. diaconi 12. quæst. 2. capit. quis quis 35. quæst. 9. cap. nosti. de electione, l. iubemus Codice de Sacrosanctis Ecclesijs, l. quod si minor. 25. §. restitutio, ff. de minoribus, l. videamus 38. §. in Fabiana, ff. de vsuris* cum iuribus, & Doctoribus à me traditis in dicto *capit. nulli* 5. hoc titulo præcipue disputant. *Alfarus collectanea 173. Couarr. lib. 1. variarum, capit. 17. numero 1. & capit. 16. numero 6. Reduanus de rebus Ecclesiæ quæst. 21. in capit. incipit,* habetur *pater ex numero 30, Rebuffus in comendio alienationis* verbo *irrita ex numero 102. Nauarrus in tractatu de rebus Ecclesiæ non alienandis, numero 24. & 25. Vgolinus de potestate Episcopi, capit. 14. §. 6. Suarez de censuris tomo 5. disput. 22. sectione 6. numero 22. Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *num. 2. 5. & 6. Henricus Boich.* in commentarijs ad nostrum textum, idem *Barbos. in extrabaganti ambitiosæ* hoc titulo, *num. 21.* cum sequentibus, & traditis *à Cenedo in collectaneis ad decretales collectanea 71.*

2 Ratio primæ partis, scilicet iniustam, hoc est, sine causa alienationem illam nullam esse, ea est: quia ad hoc vt rerum Ecclesiæ alienatio valeat simul cum solemnitate, causa etiam interuenire debet. *Capit. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. 2.* hoc titulo *lib. 6.* & licet in textu nostro de solemnitate cõstiterit ex illis verbis *subscripserit*, tamen de iusta causa non constat, & ea ratione alienatio nulla pronunciatur. Notat *glossa* in præsenti verbo, *ab initio nullas, Abbas, numero 4. Barbacia 2. Decius 11.* & similiter consentientes, & subscribentes excommunicationis pœna plectuntur: quia consentientes alienare videntur: argumento textus *in l. in hæredibus 33. §. penultimo ff. de donationibus, l. 2. Codice si aduersus donationem*: nam subscribẽs approbare videtur omnia in alienatione contẽta, *l. penultima, ff. de in rem verso §. 1. institutæ de emptione, & venditione glossa 2.* in præsenti cum traditis à *Barbossa in collectaneis* ad nostrum textum, *numero 6.* & iniuste alienata à quolibet de Ecclesia repeti possunt: quia quæ ad Ecclesiam pertinent iuris publici esse dicuntur, *cap. si diligenti de foro competenti*, & publici iudicij accusatio cuilibet de populo cõperit *principio institutionum de publicis iudicijs*, vbi

vbi late *Richardus num. 1. 2. & 3.* Sic similiter cuilibet clerico, tanquam sibi interesenti accusatio illa competit.

3 Primò, obstabit textus *in cap. si qua de rebus 12. quæst. 2.* ex quo deducitur, alienationem contra iuris formam sede vacante factam non esse ipso iure nullam, sed validam, cum restiturionis remedio rescindatur, vt obseruat *glossa*, ibidem verbo *rescisso contractu*. Contrarium tamen, imo nullam fuisse, ex solemnitatis defectu, scilicet Episcopi consensu affirmmat, *glossa in cap. 1. ne sede vacante* existimans verba illa *rescisso contractu*, ita esse accipienda, vt sicuti de facto alienatio processit, ita de facto rescindatur per declarationem nullitatis, sed mihi verior videtur prior opinio: quia textus ille conditus fuit in *Concilio Ancirano cap. 15.* sub. Marcelino, vt ex Platina & Corcliano cõstat in vita eiusdem Marcellini, qui per centum annos præcesit Concilio Agatẽsi alienationem prohibenti, & Cartaginensi 4. nullitatem inducenti, & Leoni 1. solemnitatem instituenti, de quibus in *cap. Caselas 10. quæst. 2.* & *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* Vnde cum eo in tempore nondum solemnitas instituta esset, licet Episcopi consensus defecerit in dicto *cap. si qua de rebus 42. 12. quæst. 2.* alienatio valuit, quamuis per restitutionis beneficium rescindatur: quia Ecclesia ibi fuit læsa, merito non annullatur ob solemnitatis defectum.

4 Secundò, obstat textus *in cap. Episcopi 4.* versicul. *successor* infra hoc nostro titulo, ex quo deducitur ad Prælatum successorẽ pertinere rem Ecclesiæ iniuste alienatam repetere: ergo non ad quemlibet clericum repetitio illa competere poterit. Sed respondendum est primo, & præcipue repetitionem illam ad Prælatum successorem expectare, sed non tamen inde sequitur existente Prælati negligentia alijs clericis hoc ius denegari, quinimo quibuscumque personis Ecclesiasticis competit, & non solum ipsius Ecclesiæ clericis, & Parrochiæ, vt *in capit. filijs, vel nepotibus 16. quæstione 7. glossa* in præsenti verbo *personis*, verum etiam clericis alterius Ecclesiæ: notat *Abbas* in præsenti *numero 9.* & si clerici negligentes fuerint, parrochianis laicis repetitio illa expectat, cum eis interfit, ne Ecclesia pauperior efficiatur, cum de suis proprijs bonis debeant Ecclesiam reædificare, *capit. 1. capit. de his, de Ecclesijs ædificandis*: notat *Abbas in præsenti numero 8.* & ad laicos alterius Parrochiæ extendit *Barbacia* in præsenti ea ratione motus: quia iudicium hoc populare est, cum in sacris, & sacerdotibus ius publicum consistat, *capit. ius publicum 1. distinctione*, & inde merito cuilibet de populo debet competere: argumento textus *in l. 1. ff. de popularibus actionibus*, quod verum est, data negligentia Prælatorum, & clericorum, vt supradixi. Notat *glossa* in præsenti verbo *personis. Verotus, num. 34.*

5 Tertiò, aduersus textum nostrum in versiculo *anathemate feriatur*. Dum in eo asseritur excommunicationem illam aduersus alienantes non esse ipso iure impositam, sed ferendam tantum, & sic cõminatoriam esse argumento textus *in capit. 2. de vita, & honestate clericorum*, verbo *excommunicentur, cap. clericis, ne clerici, vel monachi*, versic. *honore, & loco priuetur*. Notat *Barb.* in præsenti *n. 1.* obstabit *extrauagãs ambitiosæ* hoc nostro titulo, vbi excõmunicatio ipso iure imponitur.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed respondendum est, quod extrauagans illa, quoad alienationis formam, & nullitatem in vsu esse, nõ vero quo ad pœnam excommunicationis: quia per non vsum abrogata est: notat *Nauarrus in manuali cap. 27. numero 143. Barbos. de potestate Episcopi parte 3. allegatione 50. num. 135.* Nec similiter obstat *Concilium Trid. sessione 22. de reformatione cap. 11.* vbi imponitur excommunicatio latæ sententiæ, & post satisfactionem suspẽsio arbitrio Prælati, ac proinde corrigere videtur nostri textus sententiam: quia respondendum est, id obtinere in his, qui de facto vsurpant bona Ecclesiæ, qui tanquam sacrilegi ipso iure sunt excommunicati, & si postea satisfacerint, pro arbitrio Prælati puniuntur: notat *Suarez de censuris tomo 5. disp. 22. sectione 6. num. 22. Azor institutionum moralium parte 1. lib. 9. cap. 27. quæst. 10. Barbos. in collectaneis* ad textum in dicta, *Extrauaganti ambitiosæ num. 22.* noster vero textus proce[illegible]n imponendo pœnam aduersus Prælatum iniuste alienantem bona Ecclesiæ, non autem de facto vsurpãtem: pro qua interpretatione induco textum in dicto *cap. nulli 5.* hoc titulo, vbi agitur de alienatione, & de pœnis, quas incurrit alienans, & tamen ibidem tantum mentio habetur de pœnis Leoninis, quæ referuntur à Leone Imperatore *in l. iubemus 14. Codice de Sacrosãctis Ecclesijs*, vbi nulla fit mentio excommunicationis latæ sententiæ.

6 Quartò, aduersus textum nostrum in versiculo *nisi forte, & alienator*, ex quo deducitur alienatorem rerum Ecclesiæ posse eas repetere, & contra proprium factum venire, vt late notat *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum in eodem versiculo *num. 8.* Obstabit principium illud, quo docemur, quod nemo contra proprium factum venire potest iuxta textum *in l. post moram, ff. de adoptionibus, cap. Veniens de filijs presbyterorum, cap. diuersis falacijs de clericis coniugatis, cap. monemus 12. quæst. 2.* nã, si factum suum improbaret, propriã allegaret turpitudinem, & inde audiendus non esset, *l. 4. Codice de reuocandis donationibus, cap. cum super de cõcessione præbendæ, cap. inter dilectos de fi de instrumentorum*: ergo nõn recte in præsenti alienatori repetitio competit. Sed respondendum est, verissimum esse eum, qui alienauit, posse petere reuocationem alienationis iniustæ, vt colligitur ex textu nostro, *& ex l. iubemus 14. §. 1. Codice de Sacrosanctis Ecclesijs, glossa* verbo *œconomus* in dicto §. 1. *Decius consilio 174. Barbos.* vbi supra *num. 8.* Nec obstat principium illud, contra proprium factum quẽquam venire non posse ex iuribus supra in argumento adductis: quia regula illa fallitur eo casu, quo factum est nullũ propter legis prohibitionem: nam tunc contra illud venire poterit *l. quem admodum Codice de agricolis, & censetis lib. 11. glossa 1.* in dicta *l. post mortẽ ff. de donationibus Gomecius in l. 53. Taurinum. 63. Mariẽço in l. 3. titulo 10. lib. 5. compilationis glossa 10. num. 6.* Præcipue cum legis prohibitio respiciat publicam vtilitatem, vt supra diximus, & ita procedit textus noster.

7 Quintò, solutioni obstat textus in dicto *cap. Veniens 5. de filijs presbyterorum cap. diuersis de clericis coniugatis* in quorum specie factum à lege improbatum proponitur, & tamen prohibetur Episcopo contra proprium factum venire. Verũ respondendum est in dictis iuribus id admissum fuisse in odium, & opprobrium Episcopi, qui scienter concessit capellam filio sacerdotis, à qua cum semel electum amouere nõ potest,

test, quod etiam similiter obseruatur in dicto *cap. diuersis fallacijs*, vt notat *Barb. in collectaneis*, ad eundem textum. Nec obstabit, si iustes maius odium versari in textu nostro contra Episcopum alienantem: quia respondendum est, in præsenti alienantem admitti ad reuocandum proprium factum: quia generaliter quibuscumque personis ea facultas conceditur, vt constat ex textu nostro in versiculo *liceat*, quod adeo verũ est, vt etiam si Prælatus iuret non repetere, nihilominus tenetur, & repetere debet: quia iuramentum illud illicitum est, iuxta textum *in capit. 2. cap. intellecto 33. de iure iurando glossa* in præsenti verbo *alienator*. Nec obstat textus *in cap. cum venisset §. nos igitur de institutionibus*, vbi Archidiacono obstat iuramentum de non repetendis iuribus suæ dignitatis: quia omissa interpretatione, quã refert *glossa* in præsenti verbo, *alienator*, quæ improbatur ab *Abbate* in præsenti *num. 7. Berois 18.* Verius dicendum est textum illum agere de obligatione iuris, quod personæ alienantis competebat, quo in casu Prælatus repetens propter iuramẽtum audiri non debet: secus tamen erit vbi alienatio fuit facta de rebus Ecclesiæ, vel Prælati Ecclesiæ simul: nam tunc iuramentum non obest Prælato repetenti, ex rationibus, & iuribus supra traditis. Nec obstabit ratio supra adducta in 4. *dubio*, scilicet allegantem propriam turpitudinem non esse audiendum: quia regula illa fallitur in pluribus casibus congestis à *Felino in cap. tertio loco 13. de præsumptionibus à numero 6.* inter quos est ille, quando quis alterius nomine agit vt in præsenti Prælatus Ecclesiæ nomine, notat *Abb. num. 12. Veroius 46.*

8 Sextò, obstabit dicere, quod nemo alterius nomine in iudicio sine mandato admitti debet, *l. Pomponius, §. final ff. de Procuratoribus, l. licet, Codice eodem, cap. 1. de Procuratoribus, capit. causamque 9. de iudicijs.* Ergo non recte in præsenti quilibet clericus sine mandato ad repetendum admittitur. Sed breuiter respõdeo quod licet verum sit neminem in iudicio sine mãdato admitti posse ex iuribus supra adductis: tamen regula illa fallitur, quando quis populari actione experitur, vt in præsenti: nã tunc absque mandato agere potest notat *Hostiensis & Cardinalis* in præsenti *num. 5. Imola 13.*

9 Septimò, obstabit principium illud, quo docemur eum, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. Vindicationem, ff. de euictionibus, l. exceptione, l. ob causam Codice* eiusdem tituli, sed Prælatus de euictione tenetur: quia venditor fuit, *l. non dubitatur Codice de euictionibus, capit. final de emptione, & venditione*: Ergo si repetat exceptione repelli poterit, quod omnino contrarium refert textus noster; sed responderi solet regulam dictæ, *l. vindicationẽ*, cum similibus procedere, quando contractus mero iure valuit, secus, si fuit nullus iuxta textum *in l. item si mulier, ff. ad Senatus Consultum Velleianum.* Vnde cum in præsenti alienatio fuerit nulla, merito repetenti nõ obstat exceptio; ita sentit *glossa final* in præsenti, sed hæc interpretatio improbatur *ab Antonio Corseto* in præsenti *cam. 25.* quia etiã vbi contractus est nullus, alienans tenetur de euictione c. *Vulteranæ 12. q. 2.* quare verior interpretatio est regulam illã obtinere, quando quis nomine proprio agit: nam tunc exceptione repellitur, *l. exceptionem Codice de euictionibus*; secus, si alterius nomine, & alienam vtilitatẽ egerit, vt in textu nostro: nam tunc excep-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione non repellitur iuxta textum, *in l. final. Codice de euictionibus.* Notat *Abbas in præsenti num. 12. Veroius* 46.

10 Octauò, aduersus vltimam nostri textus partem, dum in ea asseritur restitutionem cum fructibus fieri debere. Obstabit textus *in l. bonæ fidei* 48. *ff. de adquirendo rerũ dominio, l. qui scit.* 9. *final. ff. de vsuris* §. *siquis à non domino constituta de rerũ diuisione*, ex quibus iuribus constat bonæ fidei possessorem non teneri fructus restituere, sed in textu nostro emptor bonæ fidei possessor erat, cum titulo emptionis possideret, & pretium ab eo solutum esset, argumento textus *in l. bonæ fidei* 100. *ff. de verborum significatione.* Ergo absque fructibus restitutio fieri debuit: cuius dubij solutio cum altiorem disputationem exigat, consulto omitto in his, quæ retuli *in capit. grauis de restitutione spoliatorũ*, & quæ refert *Couarru. lib. 1. Variarum, cap. 3. num. 6.* & quamuis fateamur bonæ fidei possessorem non teneri fructus restituere, tamen in præsenti nõ ita reputatur: cum alienatio nulla sit, & inde fructus sunt restituendi, *l. iubemus*, 9. 1. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs.* Notat *Veroius in capit. siquis presbyterorum* 14. hoc titulo *Cenedus dicta collectanea* 71. *num.* 4. nam cum tunc emptor in iure erraret malæ fidei possessor præsumitur, cum ei ius resistat, & titulus ille pro non titulo habeatur. Notat *Couarru. lib. 1. Variarum, cap. 3. num.* 8. cum traditis à *Barbosa in collectaneis* ad nostrũ textum, *num.* 13.

11 Nonò, prædictis valde obstat textus *in cap. ad nostram* 11. hoc titulo vbi restitutio fit sine fructibus, de cuius textus interpretione videri oportet ea, quæ infra dicemus in dicto *cap. ad nostrum* 11. hoc nostro titulo.

Ad textum in capit. ad aures 7. cap. vt super 8. §. possessiones hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Terra non fertilis Ecclesiæ dari potest in emphyteusim ei, cuius studio reducatur ad culturam.*
2 *Ecclesia grata debet esse eis, à quibus beneficio aliquo fuit affecta.*
Ecclesia in alienatione rerum semper debet meliora prospicere.
3 *Ecclesiæ bona in emphyteusim concedi non possunt.*
4 *Interpretatur textus in cap. 2. verbo* libere, *iuncto versiculo* poteris *de feudis.*
5 *Emphyteusis est cõtractus per quem vtile dominium rei immobilis transfertur; directum tamen penes dominum remanet.*
Emphyteusis perpetuus contractus differt à temporali.
6 *Exponitur textus in extrauaganti ambitiose versiculo* nullius momenti *de rebus Ecclesiæ iuncto versiculo* si vero.
Leges generaliter loquentes, non cõsentur improbare id quod aliis legibus specialiter erat permissum.
7 *Declaratur textus in cap constitutus 6. de religiosis domibus.*
Censualis contractus differt ab emphyteutico, licet aliquando promiscue accipiantur.
8 *Refertur ratio ad textum in l. possessiones* 126. *ff. de sanctis patrimonialibus.*

1 CONCLVSIO. Terra nõ fertilis Ecclesiæ dari potest in emphyteusim ei, cuius studio reducatur ad culturam cõsonat textus *in cap. per tuas* 5. *de donationibus, cap. 2. de feudis, cap. terrulas* 12. *quæst. 2. cap. vt super* §. *possessiones* hoc titulo, *l.* 5. *titulo* 14. *partita* 1.

Exornant *Rebuffus responso.* 111. & 112. *Quaranta in summa Bullarij* verbo *alienatio rerum Ecclesiæ, num.* 14. *Caldas Pereira de nominatione emphyteusi, quæst.* 23. *num.* 55. cum sequentibus. *Guido Papa decisione* 185. *Paulus de Castro consilio* 142. *volumine* 2. *num.* 2. *Ioannes Garcia regula* 316. *num.* 39. *Couarru. lib. 2. variarum, cap.* 16. *num.* 5. *Iulius Clarus receptarum sententiarum*, §. *emphyteusi, quæstione* 43. *Antonius Gabriel lib. 3. cõmunium opinionum titulo de iure emphyteutico Sarmiento lib. 3. sellectarũ cap.* 7. *Pichardus in* §. *adeo autem Institutæ de locatione, & conductione, num.* 29. & 44. *Amaya in l. vltima Codice de venditione rerum Fiscalium lib.* 10. *ex numero* 46. *Barbosa de potestate Episcopi, parte* 3. *allegatione* 95. *num.* 24. & *in collectaneis* ad textum nostrum, *num.* 1. & 2. *Cenedus in collectaneis ad sextum collectanea* 32. *num.* 4.

2 Ratio quare terra sterilis reducenti ad culturam concedi potest in emphyteusim, ea est: quia Ecclesia grata debet esse eis, à quibus beneficio aliquo fuit affecta, argumẽto textus *in cap. cum officijs de testamentis, l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quotidiana,* & *finita, l. congruit,* & *l. vltima Codice de locatione prædiorum ciuilium, lib.* 11. Cultoribus tamen illa concessio denegatur, si melior Ecclesiæ conditio extiterit: quia Ecclesia in alienatione rerum suarum semper debet meliora prospicere. *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli.*

3 Primò, obstat textus in dicto *cap. nulli* 5. supra hoc titulo *capit.* 2. hoc titulo *lib.* 6. vbi generaliter statutur, quod Ecclesiæ bona in emphyteusim concedi non possint: verum respondendum est textum in dicto *cap. nulli*, cum similibus obtinere, quando in concessione emphyteusis, non intercenit iusta causa, & solemnitas debita: nam cum ex huiusmodi contractu transferatur dominium vtile, vt dictum est, alienationis appellatione continetur: & inde si fiat sine causa, & solemnitate nulla erit: at vero textus noster loquitur, quando concessio facta fuit cum causa & solemnitate, quæ iusta causa in textu nostro reputatur reduxisse ad fertilitatem terram sterilem Ecclesiæ. & inde, si de sterilitate prius constet, & postea de fertilitate, & culturæ industria, & quod nemo pensionem auget, his intercuenientibus recte confertur emphyteusis: nec poterit postea reuocari, vt noster textus probat. Notat *Barbacia*, & *Abbas* in præsenti, *num.* 2.

4 Secundò, solutioni obstat textus *in cap.* ... *de feudis* in illis verbis *libere* iuncto versiculo *poteris*. Ex quo deducitur huiusmodi contractũ fieri posse absque vlla solemnitate: sed respondendum est verbum illud *libere* in specie illius textus non excludere solemnitatem, vt bene animadtit, *Barbacia*, ibidem, *num.* 2. *Veroius in cap.* 1. *num.* 42. *de priuilegijs.* Sed secundum subiectam materiam denotat libertatem à vinculo iuramenti ibidem præstiti de non infeudando inconsulto Pontifice de quo ibidem dubitabatur: & ita sensus illius textus est, quod vbi Prælatus viderit expedire Ecclesiæ, poterit non obstante iuramento rem in feudum libere concedere, hoc est absque perjurij periculo: & hæc est solida illius textus interpretatio, quam nulli hucusque perceperunt.

5 Tertiò, obstabit dicere, quod, etiam si terra Ecclesiæ non sit sterilis, dari potest in emphyteusim, siquidem emphyteusis est contractus per quem tantum vtile dominium rei immobilis transfertur: directum tamen remanens penes dominum, vt late refert *Balaseus de iure emphyteutico*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tico, *quæst.* 1. *num.* 3. Vnde cum in emphyteusi dominium directũ adhuc à domino retineatur, dicendũ videtur non esse prohibitum rem Ecclesiæ in emphyteusim dare, maxime, quia *in l.* 1. *Codice de iure emphyteutico*, expresse constitutum est, cõtractum emphyteuticum inter alienationis titulos non esse recensendum. Pro cuius dubij solutione adnotandum est, discrimen versari inter emphyteusim perpetuum contractum, & inter temporalem: temporalis enim emphyteusis contractus dicitur, quando respectu temporis vel personarum permittitur: perpetuus vero quando sine temporis, vel personarum præfinitione constituitur, *autentico de non alienandis*, §. *emphyteusim autentico de alienatione emphyteusis*, §. *licentiam Parladorius sexquicenturia differentia* 71. Emphyteusis autem perpetuum contractũ omnino in rebus Ecclesiæ sine debita solemnitate prohibitum esse docet textus in dicto *cap. nulli* 5. supra hoc titulo *extrauagans ambitiosæ* hoc titulo *autentico de non alienandis*, §. *nos igitur*, *cap. constitutus de religiosis domibus*. Notat *Couarru. lib.* 1. *Variarum*, *c.* 17. *Barb.* plures referẽs *de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 95. *num.* 26. Ratio est: quia inter species alienationis, emphyteusis perpetua connumeratur dicto *cap. nulli*, *l. Vltim. Cod. de rebus alienis*, *l.* 1. §. *qui in perpetuum*, *ff. si ager vectigalis*, *l. possessiones* 12. *Codice de fundis patrimonialibus*. Notat *Pichardus* vbi supra *numero* 31. temporalis autem emphyteusis contractus permissus est dicta *l.* 1. *Codice de iure emphyteutico*, *autẽtico de non alienandis*, §. *emphyteusim autentico de alienatione emphyteusis*, §. *licentiam*. Vbi concessio emphyteusis Imperatorum constitutionibus omnibus Ecclesijs permissa fuit, dum modo vltra filios, vel nepotes, aut etiam vltra vxorem non prorrogetur, perpetua vero non ita nisi in prædijs ruinosis, & inutilibus: vt in textu nostro, quam legem ciuilem obseruare debemus: cum contrarium non reperiatur dispositum in iure canonico, *cap.* 1. *&* 2. cum similibus *de noui operis nunciatione*: cum dispositio tradita in dicto *cap. nulli* tantum de emphyteusi perpetua loquatur: atque ideo ad temporalem non est extendenda, quo supposito ad argumentum respondendum est, emphyteusis contractum esse prohibitum, etiam si directum dominium apud Ecclesiam remaneat: quia videtur res Ecclesiæ perpetuo alienata, sicut de vsufructu ciuitati relicto dixit iuris consultus, *in l. an vsus fructus* 56. *ff. de vsufructu*, *l. si vsus fructus* 8. *ff. de vsu fructu legato*, & posset euenire, vt si ad longum tempus non esset locata vtilior terra esset Ecclesiæ: & ita in effectu fraus fieret prohibitioni nostri tituli, si eo modo intentio eius eluderetur, vt his verbis nouiter animaduertit. *Amaia in l. Vnica Codice de vendicione rerum Fiscalium lib.* 10. *num.* 56. quæ ratio cessat in emphyteusi ad tempus, vt constat ex iuribus, & rationibus supra adductis.

6 Quartò, distinctioni supra adductæ obstat textus in dicta *extrauagenti ambitiosæ* versiculo *nullius momenti*, vbi emphyteusis contractus de rebus Ecclesiæ nullius momenti est: verum respondendum est textum illum intelligi debere respectu temporis illiciti, non vero liciti: nã leges generaliter loquentes non cẽsentur improbare id, quod alijs legibus specialiter erat permissum, *l. sciendum* 15. in principio, *ff. qui satisdare cogantur*. Notat *Molina de iustitia & iure tractatu* 2. *disput.* 467. versiculo *cui opinioni*, vbi eodem modo respondit ad dictam *authenticam de non alienan-*

alienandis, §. *emphyteusim collatione* 2. Nec obstabit, si replices ex dicta authentica in versiculo *si vero*, quo monetur *Couarru.* ad contrariam sententiam amplectendam *lib.* 2. *Variarum*, *capit.* 16. *num.* 5. versiculo *tandem vt liber.*: quia respondetur, quod textus ille potius pro nostra opinione facit: cum ibi emphyteuta priuetur iure suo, scilicet emphyteusi pro tempore legitimo per viam pœne ab ea lege impositæ. Vnde apparet de iure, non ex eo nullam esse emphyteusim pro annis præcedẽtibus, quod vltra tempus legitimum fuerit concessa: & ita textus ille nõ probat prædictam concessionem esse de iure in totum inualidam: sed tantum in perpetuum iuxta textum in dicta *autentica de non alienandis*, §. *quod autem* in fine: & ita tenet *Molina* vbi supra *num.* 28. versiculo *in secunda specie*, & versiculo, *quid intelligendum*. cum traditis *à Barbosa de potestate. Episcopi parte* 3. *allegatione* 95. *num.* 15. *&* 16. per totum.

7 Quintò, prædictis valde obstat textus *in cap. constitutus* 6. *de religiosis domibus* ex quo probatur, quod per concessionẽ emphyteusis translatum censetur dominium rei Ecclesiæ in accipientem, quo ad omnes effectus. Ergo dominium directum non seruatur penes cõcedentem rẽ, hoc est penes Ecclesiam. Verum respondendum est, quod licet in dicto *cap. constitutus* mentio habeatur de contractu emphyteusis. Tamen præcipue loquitur de censu reseruatiuo, in quo quidem contractu verissimum est, quod trãsfertur in censuatium vtrumque dominium tam vtile, quam directum. & vtraque possessio tam ciuilis, quam naturalis. & nullum ius præter annuam pensionem apud concedentem remanet, quæ differentia inter contractum censualem, & emphyteuticum deducitur ex textu *in l. final Codice de rerum permutatione*, & ex dicto *cap. constitutus*. Quæ interpretatio dimanat ex verbis illius textus, ibi, *sub annua octo denariorum vsualium*. Notat *Barbos. in collectaneis* ad eundem textum *numero* 1. *&* 10. *Abendaño de censibus*, *cap.* 11. *num.* 11. Tum etiam quia nouum non est in iure nostro, quod aliquando census pro emphyteusi, & è contra accipiatur: vt patet ex textu nostro in versiculo *sub annuo censu*, & quod emphyteusis sit, probatur ex eo: quia hæreditario iure conceditur: vt patet ex verbis nostri textus, ibi, *eis hereditario iure poteris concedere*, notat *glossa*, ibidem per textum *in capit.* 2. §. *hoc vas versiculo perpetuum* 1. *quæst.* 2.

8 Sextò, prædictis obstabit textus *in l. possessores* 12. *Codice de fundis patrimonialibus lib.* 11. in quo emphyteuta appellatur verus dominus; & tamen dominium non potest esse penes duos insolidum, *l. si vt certo* 15. §. *si duobus vehiculum*, *ff. commodati*. Sed respondendum est, textum illum loqui in emphyteuta fundi patrimonialis, qui pleno iure dominus est si fundem illum patrimonialem eidem à Principe pro certo pretio datum esse constiterit: vt late refert *Belasco de iure emphyteutico*, *quæst.* 3. in principio *Abendaño de censibus*, *capit.* 11. *numero* 11. ad finem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in capit. vt super 8. cap. possessiones 10. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus iurans non alienare bona quæ sunt de mensa Episcopali non potest alienare bona illa de quibus dubium est an sint de mensa.*
2 *Iuramentum de non alienando vtilissimum est Ecclesiæ.*
Tutior via in dubijs est eligenda.
3 *Exponitur textus in cap. final de Ecclesijs ædificandis.*
Iuramentum stricti iuris est merito debet intelligi secundum iuris dispositionem.
4 *Declaratur textus in cap. 2. de feudis, capit. per tuas 5. de donationibus.*
5 *Interpretatur textus in cap. final de rerum permutatione, & conciliatur cum capit. vt super 8. de rebus Ecclesiæ.*
6 *Late exponitur textus in cap. terrulas 12. quæst. 2. cap. si fundus 13. ff. de rebus eorum.*

1 CONCLVSIO. Prælatus iurans non alienare bona, quæ sunt de mensa Episcopali nõ potest alienare bona illa, de quibus dubium est, an sint de mẽsa. Quæ conclusio comprobatur ex dicto *cap. possessiones* 10. hoc titulo, *cap. peruenit* 2. *cap. intellecto* 13. *de iure iurando, cap.* 2. *de feudis, cap. per tuas* 5. *de donationibus glossa in Clement. vnica*, verbo *ad mensam de excessibus Prælatorum*, cum supra traditis in dicto *cap. nulli* 5. hoc titulo. Exornãt præter Doctores omnes supra traditos in dicto *capi.. nulli* præcipue *Menochius de arbitrarijs, casu* 433. *num.* 2. idem *Consilio* 70. *num.* 10. *&* 11. *Curtius iunior de feudis quæst.* 5. *Gutierrez Consilio* 15. *Moneta de decimis, cap.* 5. *num.* 128. cum traditis à *Barbosa* in *collectaneis ad* nostrum textum *num.* 2. & in dicto *capit. possessiones numero* 10.

2 Ratio est: quia interdictum alienationis rerum Ecclesiæ proditum est ad consulendum Ecclesijs, & ad arcẽdas iniustas alienationes, vt diximus in dicto *cap. nulli*, & iuramentum de non alienandis vtilissimum est Ecclesiæ. Notat *glossa* in *cap. final de rerum permutatione*: merito cum in eius obseruantia, nec pec catum, nec iniquitas exter, iusta de causa debet obseruari, *cap. si vero* 8. *cap. cum contingat* 18. *de iure iurando*. Siquidem iuramentum aliquid ope rari debet, *l. cum pater* 79. *§. filius ma trem, ff. delegatis* 2. *cap. quanto* 8. *de iu re iurando*. Et similiter casum dubiũ compræhendit: nam licet continge re posit bona illa non esse de mensa, possibile tamen esset, de mensa esse, ac proinde ad vitandam excõmunicationis pœnam, & periurij periculum, & eius pœnam de qua in *l. si quis maior Codice de transactionibus, cap. quærelam* 10. *de iure iurando*. Similiter nec bona de quibus dubitabatur de mensa esse alienare poterit: siquidẽ in dubijs tutior via est eligenda, *cap. iuuenis* 3. *de sponsalibus, cap.* 2. *de secundis nuptijs, cap. litteras* 13. *de restitutione spoliatorum, cap. ad audientiam* 12. *de homicidio* Nec hæc vltima decidendi ratio turbatur ex textu nostro in versiculo *consultius*: quia verbum illud in ambiguis præceptum, & non consilium inducit, *capit.* 3. *c. cõmissum* 16. *de sponsalibus*, quod idem dices de verbo *tutius, Verius*, ex *Diuo Thoma quodlibeto* 8. *articulo* 13.

3 Primò, obstabit textus in *cap. final de Ecclesijs ædificandis*; ex quo deducitur permissum esse bona Ecclesiæ alienare ei, qui iurauit non alienare. Verum distinctione adhibita respondẽdum est: nam aut Prælatus iurat simpliciter non alienare, aut non alienare inconsulto Pontifice: priori casu solum excluditur illicita alienatio, & inde ex causa vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ alienare poterit absque periculo iuramenti: nam cum iuramentum sit stricti iuris, *cap. penult. de iure iurando*, merito debet intelligi secundum iuris dispositionem ita, vt non alienet illicite, prout iura disponunt: sed iusta causa interueniente, non obstante iuramento recte poterit alienare: & ita procedit textus in dicto *cap. final de Ecclesijs ædificandis*, argumento textus in *cap. ex parte, el segundo de clericis non residentibus, cap. petitio de iure iurando*, & probatur expresse ex textu nostro *in §. possessiones*. Secundo vero casu quando Prælatus iurat non alienare inconsulto Pontifice, non tantum excluditur illicita, verum etiam licita alienatio vt iuramentũ aliquid operetur: argumento textus in *cap. aduersus de immunitate Ecclesiarum*, & inde licet alienatio cum causa inconsulto Pontifice valeat, & teneat, secundum veriorem sententiam, cum iuramentum illud non reddat alienationem semel licitam nullam; tamẽ Prælatus inconsulto Pontifice alienans periurus erit. Notat *Reuuanus*, vbi supra, *quæst.* 3. *§. videtur etiam, num.* 15. *Antonius Gabriel* 3. *tomo communium titulo de iure iurando conclusione* 1. *num.* 15.

4 Secũdò, solutioni obstat textus in *cap.* 2. *de feudis*, ex quo cõstat, quod si Prælatus iurauerit rem Ecclesiæ in feudum non dare, poterit tamen non obstante iuramento absque periurij nota inconsulto Pontifice infeudare, sed respondẽdum est textum illum non obstare ex eo videlicet: quia non loquitur, quando de nouo res in feudum datur, vt in specie nostri textus: sed potius loquitur, quando res iam erat consueta in feudum dari: nam tunc etiam inconsulto Pontifice absque periurij metu poterit mortuo vassallo, si feudum reuertatur ad Ecclesiam, secundo vassallo feudum concedere, seu alienare, & de feudo eius filium inuestire: quod simliter etiam dicendum erit, si Episcopus feudum alienatum per se recuperare nõ potuerit: nã tunc poterit infeudari ali cui laico, qui illud recuperet. *Guidus Papa decisione* 145. *Nauarrus de alienatione rerum Ecclesiæ, num.* 11. & *Consilio* 11. *num.* 2. *sub titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis*, cum traditis à *Barbosa in collectaneis* in *cap.* 2. *de feudis, num.* 1. versiculo, *& hic textus*, idem *de potestate Episcopi parte* 3. *allegatione* 69. *num.* 29. Sic similitet interpretatur textus in *cap. per tuas* 5. *de donationibus*, vbi Prælatus non obstante iuramento de non infeudando, de nouo poterit integrare feudum concessum, si non fuit integratum, sicut fuit permissum, cum dilæsione in pretio, & quantitate agitur. Notat *Couarru. practicarum quæstionum cap.* 3. *num.* 5. *&* 8. cum traditis à *Barbosa* in *collectaneis*, ad eundem textum.

5 Tertiò, adue[illegible] nostrum textum dum asserit posse aliquid temporale dari Ecclesiæ, vt prædium pro eximendo ab onere decimarũ: dum modo ad id superioris auctoritas cum Ecclesiæ auctoritate accedat: vt refert *Moneta de decimis, cap.* 3. *num.* 130. Obstabit textus in *cap. final de rerum permutatione*: vbi prohibetur, ne detur aliquid temporale per viam permutationis prodecimis, sed permutatio, de qua in præsenti mentio habetur, fuit de re tẽporali pro decimis: vt ex littera textus constat: ergo fieri non potuerat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat, & quod magis est dubitari non potuit, an ad mensam bona illa pertinerent; in cuius textus difficultate omissa *glossæ* interpretatione in præsenti *Abbatis, num.* 6. *Imolæ* 4. *Barbaciæ* 10. dum asserunt simoniam esse pro decimis futuris possessiones temporales dare, & ita obtinere textum in dicto *cap. final*, secus pro præteritis, vt in textu nostro, quæ interpretatio defendi non potest, ex eo quod simonia realis est, pro iure decimandi, siue præterito, siue futuro possessiones dare ex dicto *cap. final*: quare omissa prima interpretatione, quam refert, *Barbos.* in præsenti *num.* 5. dicendũ est textũ nostrum obtinere eo in casu, quo pro ipsis decimis hoc est, fructibus possessiones permutãtur: nam sicut fructus vendi, & locari poterunt: *capit. final ne Prælati vices suas, extrauagans ambitiosæ* hoc titulo, ita etiam cum possessionibus permutari poterunt, vel aliter dicere poteris non posse laicum dãdo vnũ prædium Ecclesię libere aliam abonere decimãdi, hoc est, si id facere velit propria auctoritate sine causa, & solemnitate: vt in dicto *cap. final*, hoc titulo, secus cum ea vt in textu nostro notat *Barbos.* in dicto *num.* 5. apu

6 Quo[illegible]gnatur textus noster in [illegible]siones, dum asserit posse Pr[illegible]um solemnitate intercueniente possessiones Ecclesiæ minus vtiles pro vtilibus permutare, seu alienare. Obstabit textus in *cap. terrulas* 12. *quæst.* 2. Ex quo deduci videtur absque vlla iuris solemnitate posse Prælatum terrulas, seu possessiones exiguas, vel infructuosas absque vlla iuris solemnitate alienare. In cuius textus difficultate omissa nõ nullorũ interpretatione assentium id obtinere speciali ratione in terrullis exiguis & infructuosis: quia confunditur ex textu in *l. si fundus* 13. *ff. de rebus eorũ*, vers. *sterilis*, vbi nec tutor, qui Prælato æquiparatur, sine debita solemnitate potest terrulas exiguas alienare; & ex textu in *cap. casellas* 10. *quæst.* 2. *cap. quidquid* 36. 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. 17. *quæst.* 4. *autentica item prædium*, versiculo, *inutile Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*. Ratio est: quia si damnũ causa sit ad alienandum, numquam tamen solemnitas excluditur: vt notat *Veroius* in dicto *cap. nulli* hoc titulo, *num.* 42. *Menochius de arbitrarijs casu* 171. *num.* 60. quare omissa interpretatione glossæ. *Rebuf.* in dicto *cap. prædio, num.* 60. *Abbatis* 5. *Veroij* in dicto *capit. nulli num.* 42. *Duareni lib.* 76. *de Sacris Ecclesiæ ministerijs, cap.* 9. verius dicendum est, ideo in dicto, *cap. terrullas*, sine solemnitate alienationem valuisse: quia instabat necessitas expectandi solemnitatẽ, nec differi poterat vt patet ex eodẽ textu ibi, *si necessitas fuerit*, quæ postea ratificari cum solemnitate poterit, cum etiam in magnis solemnitatibus cum protestatione ratificationis solemnitatis id fieri posse in praxi obseruatum est.

Ad textum in capit. ad audientiam 9. hoc titulo de rebus Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus in perpetuum prædium Ecclesiæ locare non potest.*
2 *Locatio in perpetuum alienatio censetur.*
3 *Exponitur textus in capit. final ne Prælati vices suas, & conciliatur cum extrauagantiam ambitiosæ de rebus Ecclesiæ.*
Locatio rerum Ecclesiæ tantum vsque ad

ad triennium fieri potest.
4 *Illustratur textus in cap. 2. vers.* libere *de locato.*

1 CONCLVSIO. Canonicus prædium Ecclesię in perpetuum locare non potest. Consonat textus in *Clem.* 1. hoc titulo *extrauagans ambitiosæ* hoc titulo dicto *capit. nulli* 5. hoc titulo *Concilium Tridentinum sessione* 25. *de reformatione*: comprobari etiam potest ex textu in *l. si pecuniam* 3. §. *si ius* 4. & §. *final ff. de rebus eorum cap. vulteranæ* 25. 12. *quæst.* 2. exornat *Rebuffus in comsenuto alienationis, num.* 26. *Rictus decisione* 23. & 234. *Molina de primogenijs lib.* 1. *capit.* 21. *Menchaca de successionũ creatione* §. 10. *num.* 78. *Couarruuias lib.* 2. *variorum, cap.* 16. *num.* 3. *Bonacina de iuspeasione in particulari disputatione* 3. *quæstione* 8. *puncto* 7. idem *de alienatione bonorum Ecclesiæ puncto* 2. *num.* 24. *Pichardus* in principio *institutionum de locato, numero* 15. *Amata* plures referens in *l.* 1. *Codice de fidei, & apta Fiscalis lib.* 10. *num.* 31. præcipue in *l. vnica Cod. de vendatione rerum Fiscalium lib.* 10. ex *num.* 43. cum sequentibus, cum traditis à *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum, *num.* 2. idem in *Clem.* 1. hoc titulo, *num.* 8. & 11. præcipue *de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 95. ex *num.* 16. *Cenedus in collectaneis ad decretales collectanea* 71. *num.* 1.

2 Ratio est: quia locatio in perpetuum alienatio censetur; vt constat ex textu nostro, & ex dicto *cap. nulli* hoc titulo, cum ex locatione ipsa trãsferatur vtile dominium in conductorem, *l.* 1. & 2. *ff. si ager vectigalis, l.* 1. §. *quod autem, ff. de superficiebus glossa* in *Clem.* 1. verbo *locationes* hoc titulo *Couarru. lib.* 2. *variarũ cap.* 16. *num.* 1. cum traditis à *Barbosa* in dicta *Clem.* 1. hoc titulo *num.* 2.

3 Primò, obstat textus in *capit. final, ne Prælati vices suas*, vbi locatio in hac specie libere potest ad septẽnium fieri. Augetur difficultas ex textu in *extrauaganti ambitiosæ* hoc titulo: ex quo apparet tantum vsque ad triẽniũ locationẽ illam esse permissam, in qua iurium contrarietate omissa interpretatione, seu potius correctione, quam refert *Cenedus in collectaneis* ad decretales *collectanea* 76. *num.* 1. Verius dicendum est illam Pauli secundi Constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesiæ vltrà triennium, ita quidẽ vt ipsas res prohibeat locare, non ipsos fructus, & redditus Ecclesiasticos: cum sæpissime contingat locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiarum prædia: sed fructus, & redditus, ad aliquod beneficiũ pertinentes. Et ita de hac fructuum locatione est interpretandus textus in dicto *cap. final ne Prælati vices suas*, quam quidem fructuũ locationẽ fieri posse resoluit *Couarru. lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 6. in fine *Cenedus* dicta *collectanea* 76. *num.* 3. & in *collectaneis* ad textum *collectanea* 32. *numero* 2. quam interpretationem refert *Barb.* in *collectaneis* ad textũ in dicto *cap. final ne Prælati vices suas, numero* 2. qui asserit aliter in puncto iuris obseruandum esse, & plura refert *de potestate Episcopi parte* 3. *allegatione* 96. *num.* 20.

4 Secũdò, obstat textus in *c.* 2. *de locato* verbo *libere*, ex quo deducitur Prælatũ libere sine vlla iuris solẽnitate posse Ecclesiæ terras locare; sed respõdendũ est, textũ illũ obtinere nõ in locatione perpetua; sed in tẽporali hoc est vsque ad triẽnium tantũ iuxta textũ in dicta *Clement.* 1. hoc titulo dicta *extrauagans ambitiosæ Concilium Trid. sessione* 25. *de reformatione, cap.* 11. omitto plura ad hunc textum, quæ late scripsit, *Barbosa* in dicta *allegatione* 96. *Amata* vbi supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in cap. possessiones 10. hoc titulo.

De materia huius textus supra diximus *in capite vt super* 8. hoc titulo, quæ omnia in præsenti sunt referenda.

Ad textum in capit. ad nostram 11. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia restituitur aduersus alienationem per quam enormiter leditur.*
2 *Alienatio rerum Ecclesiæ facta cũ causa, & solemnitate iure directo valet.*
3 *Ordinario remedio stante cessat extraordinarium.*
4 *Ecclesia intra quadriennium tantum restitui potest non vltra, nisi iusta subsit causa.*
5 *Interpretatur textus in cap. ad nostram* 11. *versic.* cum sibi fructus percepti *de rebus Ecclesiæ.*
Restitutio sui natura fructus comprehendit.

1 CONCLVSIO. Restituitur Ecclesia aduersus alienationem per quam enormiter lęditur. Cõsonat textus in *cap.* 1. *cap. cum venissẽt* 2. *cap. auditis* 3. *capit. constitutus* 8. cum alijs *de in integrum restitutione minorum, capit.* 1. eodem titulo *lib.* 6. *Clem. vnica* eodem titulo. Comprobari etiam potest ex textu in *l.* 1. *l. fundus, l. intra vtile, l. quod si minor* §. *non semper* cũ alijs, *ff. de minoribus, l.* 1. 8. & final *titulo* 19. *part.* 6. exornãt *Couar. lib.* 1. *variarum, cap.* 3, *ex numero* 3. *Pinelus in l.* 2. *Codice de rescindenda venditione parte* 2. *cap.* 4. *num.* 14. cum sequentibus. *Morla in emporio titulo* 5. *quæ.* 1. 1. *Castillo lib.* 3. *quotidianarum quæstionum cap.* 23. *num.* 51. *Garcia de Nobilitate, glossa* 6. §. 1. *num.* 47. cum sequentibus, *Menochius vsufructuentium, cap.* 71. *num.* 9. *Osualdus ad Donellum lib.* 21. *commentariorum, cap.* 9. *littera Q.*

2 Ratio est: quia & si alienatio rerum Ecclesiæ facta cum causa, & solemnitate iure directo valeat dicto *capit. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. cum similibus supra adductis: tamẽ si Ecclesia læsa reperitur in integrũ restitui poterit, dicto *cap.* 1. *de in integrum restitutione minorum*, siquidẽ Ecclesia fungitur iure minoris dicto *cap.* 1. *cap. auditis de in integrum restitutione minorum*, & cum minori læso competat in integrum restitutio *l.* 1. cum sequentibus, *ff. de minoribus* sic similiter, & Ecclesiæ debet competere, notat *Henricus Boich.* in præsenti.

3 Primò, obstabit principium illud, quo docemur, quod stante remedio ordinario cessat extraordinarium, *l. in causæ* 17. in principio, *ff. de minoribus, l. in Prouinciali*, §. 1. *ff. de noui operis nunciatione, l.* 2. *l. siquidem Codice de prædijs minorum*: at monasterium in præsenti aduersus iniustam alienationem poterat intentare remedium ordinarium nullitatis, de quo in dicto *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. nulli* cum similibus hoc titulo: ergo cessare debet extraordinarium restitutionis. Verum huic dubio respondendum est, regulam supra adductam in specie nostri textus locum non habere. Ratio est: quia in præsenti alienatio non fuit nulla, sed potius valida cum in eo constet de causa, & solemnitate, quæ omnia ad validationem rei Ecclesiæ desiderantur dicto *cap. sine exceptione* 52. 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. hoc titulo *lib.* 6. *Clem.* 1. & 2. eodem titulo. Et de causa satis constat ex textu nostro, siquidẽ Ecclesia ære alieno erat oppressa, de solemnitate etiam constat: quia Abbas de quo in Præsenti exemptus erat, alienare Poterat absque Episcopi licẽtia iuxta textum in *cap. Abbatibus* 12. *quæstione* 2. Nec obstabit quod Ecclesia in pretio esset decepta: nam deceptio illa nullitatem non inducit licet Ecclesiæ lesæ competat in integrũ restitutio dicto *cap.* 1. *de in integrum restitutione minorum*. Notat *Decius Cõsilio* 202. *Morla* vbi supra, *num.* 21. & 22.

4 Secundò, aduersus textum nostrum in versiculo *post multos post modum annos*, ex quo deducitur etiã post quadriennium Ecclesiam læsam restitui posse obstabit textus *in cap.* 1. *cap. si aduersus final de restitutione in integrum lib.* 6. *Clement.* 1. eodẽ titulo, *l. final Cod. de in integrum restitut.* ex quibus deducitur Ecclesiam intra quadriennium tantum à tempore læsionis restitui posse: ergo in præsenti Ecclesia audiri non debuit, qua in difficultate omissa *glossæ* in præsenti interpretatione, quæ improbatur ab *Hostiensi*, & *Innocencio num.* 4. Verius respondẽdum est, quod & si Ecclesia vltra quadriennium non possit restitui ex iuribus supra in argumento adductis, tamen regula illa cessat, quando iusta causa aliter postulauerit, vt constat ex dicto *capit.* 1. *de restitutione in integrum lib.* 6. & iusta causa est, quãdo Ecclesia enormiter fuit læsa: nã tunc etiam vltra quadriennium audienda est. Notat *glossa final* in dicto *cap.* 1. versiculo, *aut alia rationabilis causa. Menchaca illustrium tractatuum lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 25. *Barb. in collectaneis* ad textum in dicto *cap.* 1. *de restitutione in integrum lib.* 6. *num.* 26. & 27. & iudex arbitrabitur, quodnam sit damnum enormissimum, vt refert *Couarru. lib.* 1. *variarum, cap.* 3. *num.* 11. *Menchius de arbitrarijs casu* 71. *Barbos.* vbi supra: hodie tamen iure Regio captum est damnum illud enormissimum dici, quod excedit dimidiam iusti præcij *l. final titulo* 9. *partita* 6. vbi *Gregorius Lopez*. Vnde cum damnum in textu nostro enormissimum fuerit merito etiam vltra quadriennium Ecclesiæ restitutio competit.

5 Tertiò, aduersus textum nostrum in versiculo *cum sibi fructibus percepti sufficere debeant pro labore*, ex quibus verbis deducitur restitutionem fieri debere sine fructibus. Obstabit textus in *cap. siquis presbyterorum* 6. hoc titulo *cap. non liceat Papæ. cap. diaconi* 12. *quæst.* 2. *capit.* 1. *de in integrum restitu. cap. quis quis* 35. *quæstione* 9. *l. quod si minor* 25. §. *restitutio, ff. de minoribus l. videamus* 38. §. *in Fabiana, ff. de Vsuris*, in quibus iuribus apparet, restitutionem sui natura fructus comprehendere: ergo in præsenti Ecclesia simul cum fructibus debuit restitui: sed respondendum est, verissimum esse restitutionem simul cum fructibus fieri debere ex iuribus supra adductis. Nec obstat textus noster, in cuius intellectu valde laborant interpretes, vt constat ex *Garcia de nobilitate glossa* 6. §. 1. *num.* 47. vbi sex præstat interpretationes, & *Pinelus* vndecim *in l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione* 2. *parte, cap.* 4. *num.* 14. *Costa in l. Gallus* §. *quod si tamen, ff. de liberis, & posthumis* 2. *parte num.* 75. *Menochius lib.* 3. *Controuersiarum Illustrium, capit. final num.* 6. *Couarru. lib.* 3. *Variarum, capit.* 3. *num.* 1. cum sequentibus: pluresque refert *Morla in emporio titulo* 5. *quæst.* 1. *num.* 32. cum sequentibus, *Barbos. in collectaneis*, ad nostrũ textum, *num.* 2. sed nonnullorum communis interpretatio est fructus eo casu non esse Ecclesię restituendos, cum eos obtineat conductor pro mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mercede laboris impensi in fructibus colligendis, & propter ipsius rei curam, & administrationem, vt constat ex verbis nostri textus, ibi, *cum isti fructus sufficere debeant pro labore*, argumento textus *in l. si a non domino. 9. fructus, ff. de petitione hereditatis.* Sed hæc interpretatio ex eo conuincitur: quia Romanus Pontifex allerit fructus integros diminuendos esse ei, à quo res aufertur per in integrum restitutionem, & si excedant labores, & impensas ab eo factas, vt notat *Costa* vbi supra in dicto §. *& quia stantum 2. parte num. 75.* aduersus Panormitanum in præsenti *numero penultimo*, existimantem tantum pro compensatione laboris retinere posse: reliquos tamen restituendos esse: cuius sententia conuincitur: quia Summus Pontifex indistincte affirmat ipsos fructus ad eum, à quo res euincitur pertinere, & si omnino ipse Pontifex sciret, eos fructus mercedem iustam laboris excessisse: qua propter eam nostri textus decisionem intelligemus, si mature peultimus Pontifice dum iussit fructus Ecclesiæ nō reddi sensisse de fructibus à rei possessore ante petitionem restitutionis in integrum perceptis, & ita consumptis, vt nec ex his fructibus locupletior fuerit factus: qui fructus iusta ratione non sunt etiam per in integrum restitutione re euicta Ecclesiæ reddendi, cum possessor eos bona fide percepisset vtès sane de re sua, quā ex legitimo contractu habuerat. Atque ideo iure, & licite eos fructus consummere poterat iuxta textū *in l. sed si lege ff. de petitione hæreditatis*, merito ea, quæ supradiximus rem euictam per in integrum restitutionem fructus comprehendere, non procedunt in fructibus, ante petitionem in integrū perceptis consumptisque; ita vt conconsummētis patrimonium auctum non sit; & hanc veriorem esse existimo sententiam nostri textus, consulendus tamen est *Mendoza Vsufrequentium, cap. 71. numero 6. Morla* vbi supra *titulo 5. quæstione 1. num. 31.* vbi similiter exponit textum in *cap. 1. de in integrum restitutione minorum*, merito consulto omitto.

Ad textum in cap. cum laicis final hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ non valet sine clericorum consensu licet approbetur per constitutionem laicorum.*
2 *Laici lege diuina incapaces sunt quo ad spiritualia.*
Constitutio laicorum contra Ecclesiæ libertatem est nulla ex potestatis defectu.
3 *Exponitur textus in capit. 1. de in integrum restitutione minorum.*
4 *Ecclesia, & minor æquiparantur.*
Tutor non potest prædium pupilli absque iuris solemnitate in dotem dare.
Interpretatur textus in l. cum hi 8. §. transactionem, ff. de transactionibus.
Iuris Consulti interpretandi, non vero legis condendæ auctoritatem habent.
5 *Exponitur textus in l. obæs alienū 12. C. de prædijs minorum.*
Dictio taxatiua tantum, excludit similes causas.
6 *Expenditur textus in cap. cum venissent de eo qui mittitur in possessionem.*
7 *Illustratur textus in cap. vt eorum 3. de donationibus.*
Interpretatur textus in capit. non liceat Papæ 12. quæst.

1 CONCLVSIO. Non valet alienatio rerū Ecclesiæ sine Ecclesiasticorū consensu, licet approbetur per cōstitutionē laicorū. Pro nostri textus interpretatione breuiter adnotandū est, duplicē in rerum Ecclesiæ alienatione solēnitatem fuisse inuentā: vna, quæ varijs modis, diuersisq; tēporibus in Iure Pōtificio obseruabatur: alia vero in Cæsareo iure: quo ad solēnitatē Iuris Canonici præter eas, quæ in textu nostro referuntur, plures solēnitates extāt in *c. placuit 5. 12. q. 2. c. nullus 39. 17. q. 4. c. casellas, c. huiusmodi 10. q. 2. c. Episcopus 73. cap. quicunque 66. 12. q. 2.* in quibus iuribus olim consensus Primatis, & Episcoporum comprouincialium desiderabatur. Sed, quia illa solemnitas cōmodē seruari non poterat, sublata fuit, & noua solemnitas introducta est à Leone 1. relata *in cap. sine exceptione 52. 12. quæst. 2.* per quam in alienatione requiritur vtilitas, necessitas, atque consensus totius cleri: quam solēnitatem confirmant Pōtifices in *c. 1. hoc titulo lib. 6. & in Clem. 1. & 2.* hoc titulo *extranagans ambitiosæ* eodem titulo. De iure ciuili. Alia solemnitas reperitur *in l. iubemus cum suis, §§. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, quam confirmauit Iustinianus in *authentico de nō alienandis. Authentica, hoc ius porrectum Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*: quæ solēnitas non debet obseruari, sed canonica tantum iuxta textum in *cap. 1. & 2. de noui operis nunciatione*, vt referunt Doctores omnes in dicto *capit. nulli hoc titulo*. Quæ omnia licèt late disputari possint, tamē ea omitto: cū instituti nostri non sit. Exornant *Duaren. lib. 7. de Sacris Ecclesiæ ministerijs, c. 9. Castillo de vsufructu tom. 1. c. 34. n. 15. Sarm. de redditibus Ecclesiæ lib. 1. c. 2. Mascard. de probationibus cōclusione 75. n. 12. Couar. lib. 2. variarū, c. 17. n. 1.* cū à me traditis in dicto *c. nulli 5. supra* hoc titulo.

2 Ratio primæ cōclusionis partis eadem est, quæ à nobis scripta reperitur in dicto *c. nulli 5. supra* hoc titulo merito eā repetere nō est necesse. Ratio vero secūdæ nostri textus partis ea est: quia laici lege diuina incapaces sūt, quo ad spiritualia: quo ad temporalia vero Ecclesiæ, lege positiua, vt iā dixim⁹ in *c. 2. de iudicijs*. Et inde: quia constitutio laicorum contra Ecclesiæ libertatem est nulla, ex potestatis defectu, *cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia Sāctæ* MARIAE *de Constitutionibus*. Quæ si de facto fiat, penitus nō subsistit. *Authentica Cassa Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, & statuentes excōmunicationem incurrunt, *cap. graue de sentētia excōmunicationis, c. 1. de immunitate Ecclesiarū lib. 6.* qua de causa constitutio laicorū, de qua in præsenti mentio habetur circa alienationē rerū Ecclesiæ, non valuit. Notat *glossa final* in præsenti *Abb. n. 2.* cū traditis à *Bar. in collectaneis* ad nostrū textum *n. 2.*

3 Primò, obstat textus in *cap. 1. de in integrū restitutione minorū*. Vbi alienatio rei Ecclesiæ absq; vtilitate, & solēnitate fuit facta, & nihilominus validā fuisse Romanus Pōtifex affirmat: siquidem restitutionis auxiliū ad eā annullandā desideratur. In cui⁹ textus difficultate omissa *glossa* interpretatione, ibidē *Couar ru.* in dicto *c. 17. n. 2.* cum cōgestis *à Morla vbi supra titulo 5. q. 1. nu. 22. Carrocÿ de exceptionibus exceptione 48.* Verius dicendū est, in specie illius textus validā fuisse alienationē rei Ecclesiæ: quia vtilitas, & solēnitas interuenerat: nec cōtrariū ex littera illius textus colligitur; sed restitutionis auxiliū necessariū fuit, quia læsa fuerat Ecclesia circa pretiū rei alienatæ: quod remediū, & si vtilitas, & solēnitas interueniat, Ecclesiæ cōceditur, si ex alio capite læsa reperiatur, vt supra diximus in dicto *cap. ad nostram 11. hoc titulo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Secundò, aduersus textum nostrum obiicit dicere, quod Ecclesia, & minor æquiparantur, *cap. 1. cap. auditis de in integrum restitutione*, sed alienatio minori vtilis etiam minus solemnis valet, *l. cum hi §. eã transactionem ff. de transactionibus*, *l. non eo minus 14. C. de Procuratoribus*, *principio institutionum de auctoritate tutorum*: Ergo alienatio Ecclesiæ vtilis etiam sine solemnitate facta valere debet, quam difficultatem, vt diluamus ad notandum est, verissimũ esse alienationem rerum Ecclesiæ, vel minoris sine solemnitate celebratam etiam vtilem non valere, cũ vtilitas simul, & solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ, vel minoris desideretur, *capit. 1. hoc titulo lib. 6. extrauagans ambitiosæ*, eodem titulo *Clementina 1. eodem, cap. sine exceptione 12. quæst. 2. l. iubemus authentica hoc ius Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, dicta *l. cum hi 8. in principio*, *ff. de transactionibus*, hoc adeo verum est, quod nec tutor posset prædium pupilli in dotem, vel donationem propter nuptias alienare absq; illa iuris solemnitate interueniente: potest tamen si decretum Prætoris interueniat iuxta textum *in l. lex quæ 22.* versiculo, *vel in indonationem* iuncto versiculo, *per inquisitionem iudicis interpositionem*, *l. quæ decreti Codice de administratione tutorum*, & causam simul & solemnitatem deliderari expræse refert textus in *l. 1.* titulo *14. partita 1.* Notat *Couarru. lib. 2. variarum, cap. 17. num. 2. Decius consilio 141. num. 14. Gratianus tomo 5. disceptationum forensium, cap. 415. num. 1. & 2. Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. cum hi 8. §. transactionem*, *ff. de transactionibus*. Nec obstat textus in dicta; *l. cum hi 8. §. eam trã sactionem*, *ff. de transactionibus*; vbi transactio alimentorum minoris sine decreto facta valet: quia omissa interpretatione, *Bartoli*, *Baldi*, *Iasonis*, *Antony Fabri in rationali*, ad eundem textum, *& Felini in cap. causamque, num 8. de iudicijs*, dum asserit, quod ideo alienatio rerum Ecclesiæ non valet sine solemnitate, etiam si vtilis sit: quia in alienatione illa solemnitas pro forma desideratur, sed in transactione alimentorum non requiritur pro forma, sed mero fauore alienantis, & ita asserit, intelligendum esse textum in dicto §. *eam transactionem*, cuius interpretatio apperte conuincitur ex dicta *lege cum hi* in principio, & §. *si tutor*: quare Paulus Castrensis in dicto §. *eã transactionem* in fine ita fuit oppressus, quod existimet, ibi transactionem sine solemnitate tactã valuisse: quia Iuris consultus eã approbauit, alias namque minime valeret: sed reijcitur à *Tiraquelo post leges connubiales, glossa 6. num. 63.* quia Iuris consultus, ibi procedit interpretando orationem Diui Marci scriptã in principio illius legis: non autem statuendo: nam si statuere vellet id non posset: quia Iuris consulti interpretandi, nõ vero legis condendæ auctoritatem habent: quamuis aliquando illorum interpretationes iudices sequi deberent, *l. 2. ff. de origine iuris* in fine §. *responsa instituta de iure naturæ l. Conanus lib. 1. commentariorum, capit. 15. num. 3. & 4. Corrasius de Iure ciuili in artem redigẽdo 2. parte cap. 17.* quare omissa etiam interpretatione, quam refert, *Sarmiento 1. part. de reditibus, cap. 2. num. 6.* Verius dicẽ dum est textum in dicta *lege cum hi 8. §. eam transactionem*, *ff. de transactionibus*, cum similibus, agere de actu in quo minor non se, sed alium obligat, quo in casu à lege non requiritur solemnitas, §. *pupillus institutæ de inutilibus stipulationibus* dicto *principio institutionum de auctoritate tutorũ*, *l. non eo minus 14. Cod. de Procuratoribus*,

toribus, quod idem obseruatur in Ecclesia, quæ si se ipsa non obligat, sed ei alius obligatur, veluti quia ei donatur, vel stipulatur, actus ille etiam sine solemnitate celebratus valebit, si vero minor, vel Ecclesia alteri obligatur vendendo, locando, vel transigendo, tunc actus ille etiam vtiliter gestus nullus erit, si solemnitas deficiat: quia vtrumque requiritur, vt Ecclesia obligetur, vt supra diximus iuxta veram nostri textus sententiã, vt recte animaduertit *Sarmiento* vbi supra, *num. 13.*

5 Tertiò, aduersus ea, quæ supra diximus, scilicet tutorem iuris solẽnitate, & decreto Prætoris interueniente posse prædium pupilli in dotem, vel propter nuptias dare iuxta textum in *l. lex quæ 22.* versiculo, *vel in donatione* iuncto versiculo *interpositionem decreti Cod. de administratione tutorum*. Valde obstabit textus *in l. ob æs alienum. 12. Cod. de prædijs minorum* cuius hæc sunt verba *ob æs alienum tantum causa cognita Prætoris decreto prædium rusticum minoris, vel Prouinciale distrahi prohibemus*: ergo cum dotis constitutio non sit æs alienum etiam si in eius donatione interueniat Prætoris decretum, & iuris solemnitas illa dotis constitutio nullius momenti erit, in cuius textus difficultate omissa interpretatione *Acursij* in dicta *l. lex quæ 22.* verbo *Vel in dotem*, & emendatione *Duareni ad titulum Codice si aduersus dotem folio mihi 135.* dum asserit dictionem illã *tantum* in dicta *l. ob æs alienum* collocandam esse ad sequentia verba hoc est *causa cognita*: non vero ad præcedẽtia, hoc est, *ob æs alienum*: quasi sensus illorum verborum sit ob causam cognitam, & Prætoris decretum tãtum prædia minorum alienari posse: sed quia correctoria est, merito respuenda, iuxta textum *in cap. cum ex. pediat de electione lib. 6.* omissa similiter emendatione *Cuiacy in titulo Codice de prædijs minorum* dũ asserit verbum illud *tantum* delẽdum esse, quasi sensus esset ob æs alienum causa cognita, & Prætoris decreto interueniente prædiu minoris distrahi posse: verissime est dicendum alienationem prædij minoris causa dotis factam Prætoris decreto interueniẽte valere ex dicta *l. lex quæ 22.* Nec obstat textus in dicta *l. ob æs alienum*: quia ita interpretari debet, vt non solum ob æs alienum tãtum res minoris alienari possit, sed etiam ob alias similes causas: vt est dotis datio, quæ causa pia est: nam dictio taxatiua *tantum* non excludit similes causas: cũ plerumque in iure nostro etiam si taxatiue illa dictio *tantum* sit interposita ampliari possit à legibus, ex nouis causis emergentibus, cum ius paulatim crescat, & ita quod tantum dictum est in dicta *l. ob æs alienum* reputatur ampliatũ in dicta *l. lex quæ 22.* vt non tantum ob æs alienum, sed etiam ob aliam iustam causam hoc est dotis possit res pupilli alienari decreto Prætoris interueniente: vt recte animaduertit. *Alciatus lib. 3. parergon. cap. 5.* reliqua vide apud *Fachineum lib. 1. controuersiarũ, cap. 9. & lib. 2. cap. 2.*

6 Quartò, aduersus secundam nostri textus partem dum asserit approbationem laicorum circa rerum Ecclesiæ alienationem inutilem esse ex ratione supra adducta, vltra ea, quæ supra diximus in *cap. cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælatis*. Obstabit textus *in cap. cum venissent de eo qui mittitur in possessionem*, dum affirmat clericorum causas terminari debere, secundum ius, & bonam terræ consuetudinem. Sed breuiter respõdendum est, textum illum loqui in consuetudine mixta clericorum, & laico-

Universidad de Deusto
Biblioteca

laicorum, quæ clericos ligat: quia ceſſetur introducta per clericos ſecundum communem interpretationem, & ſententiam, quam reſoluit *Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ* MARIAE *de Conſtitutionibus, num.* 8. & ea, quæ ſupra retulimus *in c.* 2. *de iudicijs, numero* 11.

7 Quintò, aduerſus ea, quæ in præſenti notat omnes videlicet, nec per conſuetudinem iuris ſolemnitatem auferri poſſe iuxta textũ *in* ✱ *cũ cauſa* 8. *de re iudicata*. Notat *Barbo.* omnino cõſulẽdus, qui plura, & plures refert in *collectaneis* ad textũ in dict. *cap. cum cauſa* 8. *de re iudicata num.* 7. cum ſequentibus. Obſtabit textus *in cap. cæterum* 3. *de donationibus*, ex quo apparet Prælatum ex conſuetudine poſſe rem Eccleſiæ alienare ſolemnitate omiſſa. In cuius textus difficultate reiecta interpretatione *gloſſæ, & Abbatis* in dicto *cap. cæterũ* 3. *de donationibus* veriſsime eſt dicẽdum textum illum eſſe intelligendum, quando res eſt modica, quæ ex conſuetudine abſque ſolemnitate alienari poteſt, iuxta textum in dicto *cap. terrulas* 12. *quæſt.* 2. Notat *gloſſa* in dicto *cap. cum cauſa de ſententia, & re iudicata*, ſiquidem modica omiſsio præcepti, non violat præceptum *cap. Vnam orarium*, verſiculo *quoties* 25. *diſtinct.* Notat *Diuus Thomas* 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 6.

8 Sextò, aduerſus ea, quæ in præſenti notant omnes, videlicet iuſta interueniente neceſsitatis cauſa ſolemnitate adhibita poſſe Prælatum res Eccleſiæ alienare: vt conſtat ex his, quæ ſupra retulimus, *numero* 1. Obſtabit textus in *cap. non liceat Papæ* 12. *quæſt.* 2. vbi probatur non licere Pontifici pro aliqua neceſsitate res Eccleſiæ alienare: ſed reſpondendum eſt tetum illum non eſſe intelligendũ de neceſsitate Eccleſiæ, ſed de neceſsitate propria, & perſonali ipſius met Pontificis. Notat *Nauarrus*, ibidem, §. 2. *num.* 5. vide etiam, quæ infra dicemus *in cap.* 1. *de precarijs* præcipue *in* 6. *dubio.*

De precarijs Titulus XIIII.

Ad textum in cap. precariæ 1. cap. de precarijs 2. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Precariæ de quinquennio ad quinquennium reuocari debent.*
2 *Luſtralem fundum Romani de quinquennio ad quinquennium locare cõ ſueuerunt.*
Precariæ cœperunt inſtitui ex pluribus donationibus à Principibus Eccleſiæ propter victorias factis.
3 *Precarij poſſeſſores nullo tempore præſcribunt.*
Probationes à rerum natura facile pereunt.
Poſſeſſor quantumcunque ſit non compellitur rem reſtituere niſi de iure docenti.
4 *Precarij natura eſt, vt pro concedentis arbitrio reuocetur.*
Precarium, & precaria inter ſe plurimum differunt.
Laudatur Doctor D. Garcia de Porres.
5 *Exponitur textus in l. in rebus* 4. §. *finali cum l. ſequenti, ff. de precario.*
In precarijs tacita reuocatio ſufficit, in precaria vero ſolemnis deſideratur.
Illatio à diuerſis non fit.
6 *Solemnitas in precariæ alienatione deſideratur, non vero in eius renouatione.*
Solemnitas, quæ requiritur ad actum faciendum requiritur, etiam in eo reficiendo.
7 *Expenditur textus in cap. clerici* 16. *quæſt.* 3. *capit. ſæpe* 12. *quæſtione* 2.
8 *Interpretatur textus in cap. precariæ* 44. 12. *quæſt.* 2. *verſiculo* cum auctoritate Eccleſiaſtica, vel Ciuili, *cap. precariæ*, §. *finali* 10. *quæſtione* 2.
9 *Ratio ponitur ad textum in cap. de precarijs* 2. *de precarijs.*
Precaria, vel ad breue hoc eſt vſque ad triennium, vel ad longum hoc eſt vſque ad quinquennium contrahi poteſt inter quas plurima extat aſſerentia.
Exponitur textus in cap. precariæ 4. 10. *quæſt.* 3.

1 CONCLVSIO. Precariæ de quinquennio ad quinquennium reuocari debent. Conſonat textus in dicto *capit.* 1. & 2. *cap. final* §. *porrò precariæ* hoc noſtro titulo *cap. precariæ* 44. *capit. huiuſmodi, cap. ſæpe* 72. 12. *quæſt.* 2. *capit. precariæ* 1. *cap. precariæ* 2. 10. q. 2. *cap. clerici* 16. *quæſt.* 3. argumento *tex. in l. iubemus ſa ſegunda* §. *ſane* 5. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs, cap. poſſeſſionis* 61. 16. *quæſt.* 1. exornant, *Barthorus in l. ſi finita* §. *ſi ae vectigalibus, num.* 10. *ff. de damno infecto. Imola in l. exfacto*, §. *vltimo, ff. ad Senatus Conſultum, Treuellianum, Balaſcus de iure emphyteutico, quæſt.* 34. *num.* 9. *Molina de iuſtitia, & iure, tract.* 2. *diſput.* 298. *num.* 22. *Mantica de tacitis. & ambiguis conuentionibus lib.* 22. *titulo* 4. *num.* 29. *Cuiacius lib.* 4. *obſeruationum, cap.* 7. idem *in poſthumis* ad noſtrum titulum *Iaſon in l.* 1. *Codice de iure emphiteutico*, idem *Cuiacius de feudis lib.* 1. *c.* 5. *Couaru. lib.* 3. *variarũ, c.* 15. & *c.* 17. *n.* 4. & 5. *Otomanus de verbis iuris* verbo *precariæ*, *Petrus Gregorius lib.* 27. *ſintagmatum, cap.* 2. *Pariadorus rerum rerum quotidianarum differentia* 134. *num.* 7.

2 Ratio: quare reuocatio de quinquennio ad quinquennium fieri debet, ea eſt ne temporis longitudine pereat memoria contractus, & inde Eccleſiæ fiat præiudicium, *cap. ſæpe* 12. *quæſt.* 2. notat *gloſſa final* in præſenti *Abb. Barbacia*, & *Verosius, ibidem*, quod ab Eccleſia fuit factum ad exemplum locationis Romanorum luſtralium, qui de quinquennio ad quinquennium luſtralem fundum locare conſueuerunt: cuius rei exempla extant *in l. ſiquis* 9. §. 1. *l. item* 13. §. *final ff. de rebus creditis, l. ſiquis* 49. *ff. de actionibus empti. l. ſiquis* 9. §. 1. *l. itẽ* 13. §. *final l. ſi in lege* 24. §. 1. & 2. *ff. locati l.* 7. *Codice*, eodem, quem contractum lege, & conſuetudine de quinquẽnio ad quinquennium renouare voluit notat *Petrus Gregor. lib.* 47. *ſintagmatum, cap.* 16. *Robertus lib.* 4. *Variarum cap.* 17. precariæ enim cæperunt inſtitui ex pluribus donationibus à Principibus Eccleſiæ propter victorias factis, à quibus Eccleſiæ petebatur, vt terras illas Eccleſiæ donatas liceret precarie retinere in ſignum remunerationis. Argumento, textus *in l. Aquilius Regulus, ff. de donationibus*, vt prædia tantum naturaliter precarij nomine liceat poſſidere ſub onere certo, ad tempus certum; vel in perpetuum. Notat *Cuiacius* in poſthumis ad noſtrum textũ: qui quidem precarij contractus à Iure Ciuili incognitus fuerat. Argumento, textus *in l. iubemus ſa ſegũda*, §. *ſane. Codice de Sacroſanctis Eccleſijs*: cum tantum ab Eccleſia in rebus Eccleſiaſticis celebretur. Notat *Barboſ. in rubrica huius tituli num.* 7.

3 Primò, huic decidendi rationi obſtabit dicere, quod reuocatio, ſeu renouatio illa de quinquennio ad quinquennium inutilis eſt, cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiæ ex illa concessione nullũ præiudiciũ generetur: siquidẽ precarij possessores nullo tẽpore præscribunt, expræsus est textus in dicto *c. clerici* 16. *q.* 3. *c. possessiones* 13. *q.* 1. *& in Synodo Eupanensi, cap.* 18. *l. male agit Cod. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorũ:* cum propriẽtas maneat apud Ecclesiam, & solus vsusfructus transeat ad possessores, *l.* 2. *Codice de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, l. nec Cod. de vsufructu;* sed respondendum est, quod licet præscriptio in similibus contractibus cesset, tamen ideo renouatio desideratur: ne forte scriptura pereat, cum probationes à rerum natura facile careant, seu cadant, l. *generaliter Cod. de rebus creditis, capit. sæpe de restitutione spoliatorum,* & possibile esset, vt propter defectũ probationis Ecclesia rebus suis defraudaretur: cũ longi precarij possessores negantes rem ad Ecclesiam pertinere suæ possessioni adherentes se dominos esse prędicarent: cũ vnusquisque quantumcumque iniustus possessor sit non compellatur rem restituere nisi de iure decenti, *l. final Codice de rei vindicatione,* & sic nisi Ecclesia dominium probet sucumbet, *cap.* 3. *de probationibus* merito, vt origo possessionis detinentis rem precariam semper pateat facta recognitione in instrumento publico, recte renouatio in præsenti de quinquennio ad quinquennium desideratur. Notat *glossa final* in textu nostro *Conarru. lib.* 1. *variarum cap.* 15. *Cuiacius lib.* 4. *observationum, cap.* 17. *Othomanus de verbis feudorũ,* verbo *precaria Petrus Gregor. lib.* 27. *syntagmatum, cap.* 2. *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum *numero* 3.

4 Secundò, obstabit dicere, quod precarij natura est vt pro concedentis arbitrio reuocetur, *l.* 1. *ff. de precario cap. final hoc titulo:* ergo non de quinquennio in quinquennio, sed pro tempore, quo Ecclesia voluerit reuocare precarias poterit, pro cuius dubij solutione animaduertendũ est, plurimã differentiã versari inter precariũ, & precariam: nam precarium est nomẽ neutrum: precaria fœmininũ, precarium est concessio vsufructus ad vitã tantum; precariæ vero etiã ad heredes transeunt: rursùs precariã reuocatione non indiget: precaria vero reuocari debet. Deinde: quia precaria de quinquẽnio ad quinquennium fit. Precarium autem conditionem illã non exposcit, *cap. huiusmodi* 10. *q.* 2. *c. sæpe* 27. 12. *q.* 2. *c. clerici* 16. *q.* 3. ideoque precariæ in plurali numero denominãtur: quia plures cõcessiones sunt, cum per quinquẽnium reuocentur. In precario autẽ vnica tantũ concessio præsumitur. Notas *Veroius* in præsenti *n.* 10. *Petrus Gregorius lib.* 23. *syntagmatũ, c.* 2. precarię enim & si in aliquibus æquiparẽtur emphyteusi; tamen differunt in multis: differunt enim in origine: quia precaria cępit propter frequẽtes donationes Ecclesiæ factas in signũ remunerationis institui: argumẽto, textus *in l. Aquilius Regulus, ff. de donationibus:* At emphyteusis nõ propter remunerationem, sed propter publicã agrorũ culturã, & vtilitatẽ inuenta est, cum ad agrum desertum non facile coloni inuenirentur, merito sub annua pensione innãtus est emphyteusis contractus. Notat *Cuiacius lib.* 4. *observationum cap.* 7. *Brissonius, & Otomanus,* verbo *emphyteusis. Gotofredus in* §. 3. *instit. de locatione, & conductione,* differunt etiam in tempore: nam emphyteusis Zenonis tempore fuit introducta dicto, §. 3. *institute de locatione, & conductione:* precaria vero illo Zenonic tempore incognita erat: argumento textus in *l. iubemus la segunda* §. *fine Codice de Sacrosanctis Ecclesijs.* Deinde: quia emphyteusis non soluto canone perditur: non ita precaria. Denique emphyteusis non renouatur, precariæ tamẽ de quinquẽnio ad quinquennium reuocari debẽt aliasque differentiæ rationes refert *Barb. in collectaneis,* ad nostrum textum, *num.* 8. Ex quibus omnibus facilis ĩ apparet solutio ad dubium supra adductum: nam, textus in dicta *l.* 1. *ff. de precario,* cum similibus procedit in precario, quod suã natura pro arbitrio concedentis reuocari potest merito non indiget reuocatione: at vero textus noster procedit in precaria, quæ nõ finitur nisi post quinquẽnium, & ideo reuocatio de quinquẽnio ad quinquenniũ necessaria est: ne origo cõtractus, & iuris Ecclesiæ tẽporis diuturnitate pereat. Notat *glossa in c. final* infra hoc titulo, vt bene discipulis recitauit eruditissimus *Doctor Dũ Garcia de Porres* Olim Maioris Collegij Conchensis Togatus, & in hac Salmantina Vniuersitate Vespertinæ Decretorum Cathedræ dignissimus Moderator, & in Pinciana Curia Senator meritissimus, nũc vero Sacræ Aulæ Questor meritissimus qui ad maiora (vt cõfido) propter eius ingenium, & literarum peritiam breuiter ascendet.

5 Tertiò, solutioni obstabit textus in *l. in rebus* 4. §. *final cum lege sequenti, ff. de precario,* argumento etiam textus *in l. quæritur* 13. §. *qui completo* cum lege sequenti, *ff. locati, l. legem* 16. *Codice* eodem. Ex quibus omnibus deducitur, quod renouatio in precarijs ipso iure tacite facta censetur: ergo si in precarijs inducitur tacita renouatio, frustra expræsa desideratur, aut saltim necessaria non est: cui dubio respondendum est, iura supra in argumento adducta procederein casibus, quibus solus consensus est necessarius ad celebrationem contractus: nam tunc ex lapsu temporis, & taciturnitate contrahentium inducitur tacita reconductio, & tacitum precarium: at verò textus noster procedit in precaria Ecclesiastica, in qua vltra consensum est necessaria aliqua solemnitas, vt pote scriptura, cuius consensus expressus in ea desideratur, qui ex lapsu temporis, & taciturnitate contrahentiũ nouitet non præsumitur iuxta textum in dicta, *l. item quæritur*, §. *in Vrbanis ff. locari* merito cum periculum, & damnum Ecclesiæ ex tacita renouatione recuperari non possit, iusta de causa expressa authentica, & solemnis renouatio de quinquenio ad quinquenniũ in precaria desideratur. Nec obstat textus in dicta *l. in rebus*, §. *vltimo* cum similibus, *ff. de precario:* quia vt supra diximus: hi cõtractus inter se differunt, & à diuersis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus:* nã precarij renouatio fit, ne memoria illius contractus, & beneficij pereat: & ideo authentice per scripturam fieri debet: at in precario hoc periculum non est: cum ad libitum expresse, vel tacite reuocari potũt, dicto *cap. final.* Hoc titulo cũ ibidem referendis, cũ quilibet rei propriæ diligens præsumatur, *l. cum de in debito, ff. de probationi.* Ecclesiæ vero res vtpote communiter possessæ negligi præsumuntur argumento textus *in l. meminimus* 2. *Codice quando, & quibus quarta pars debeatur.* Quod similiter dicendum est in locatione, ex dicta *l. legem quidem* 16. *Cod. locati,* vbi tacita reconductio sufficit, nisi expressa fuerit oppositi, *l.* 13. *in fine ff. locati:* at vero in precaria vltra con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consensum requiritur illa expressa solemnitas, & voluntas in scriptis redacta, de qua in dicto *cap. 1. precariæ* 42. 12. *quæst.* 2. videndus est, *Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parti, cap.* 49. Nam cum contractus requirat aliquid vltra patientiam, ipsa sola patientia nihil operatur, notat *Monoc. lib.* 3. *de præsumptionibus præsumptione* 85. *num.* 28. *& consilio* 121. *num.* 101. *Barbos. in collectaneis*, ad nostrum textum, *num. final.*

6 Quartò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet, quod licet in prima precariæ concessione sit necesse, vt interueniat solemnitas requisita ad alienationem rerum Ecclesiæ, de qua in titulo præcedenti, & in *cap.* 2. infra hoc titulo dicto *cap. precariæ* 12. *quæst.* 2. at in renouatione precariæ quę de quinquennio ad quinquennium fit non est necesse, vt talis adhibeatur solemnitas: quia non est noua precariæ constitutio, sed antiquæ recognitio, ne pereat notitia iuris Ecclesiæ, argumento textus in *cap. si vero de iure patronatus*, in fine: obstabit textus in *l. si vt proponis* 7. *Cod. de nuptijs*; ex quo deducitur solemnitatem requisitam ad actum faciendum, requiri etiam in eo refficiędo, vel reparando, sed respondendum est textum in dicta *l. si vt proponis* obtinere, quando per reparationem, vel renouationem actus vim recipit: nam tunc solemnitas, quæ interuenit in actu faciendo, debet etiam interuenire in eo reficiendo: at vero textus noster procedit cum per renouationem actus non recipit vim: nam tunc non est necesse, vt hæc solemnitas in renouatione contractus, quæ fit in eius celebratione, siquidem renouatio non inducit ipsam precariam, nec vim ei tribuit: sed fit dumtaxat vt precariæ recognitio, & probatio appareat. Notat *Imola*: in præsenti in fine. *Vero ius numero* 47.

7 Quintò, prædictis obstat textus in *cap. clerici* 16. *quæst.* 3. *cap. sæpe* 12. *quæst.* 2. Ex quibus deducitur solum Episcopos has precarias posse concedere: sed breuiter est respondendum, iura illa, & similia non esse intelligenda ita, vt absque iusta causa, & solemnitate à principio ad hibita precariæ ille concedi possint; sed dumtaxat iusta causa, & solemnitate interueniente: nam habilia præsuponere, iuris vaticinatio non est; argumento textus in *l. si testamento* 20. *ff. de testamentis*.

8 Sextò, his omnibus valde obstat textus in *capit. precariæ* 44. 12. *quæst.* 2. ex quo deducitur precarias faciendas esse ciuili auctoritate, vel Ecclesiastica; ergo non ea solemnitas in precaria requiritur, quæ in rerum Ecclesiæ alienatione desideratur, pro cuius textus vera illucidatione, & responsione ad notandū est, Reges olim maximas, & frequentes Ecclesiæ donationes fecisse, vt constat ex *Nouella* 7. *Iustiniani, capit.* 2. *cap. Constantinus* 33. *&* 34. 96. *dist.* Notat *Menchaca lib.* 1. *controuersiarum, cap.* 5. *num.* 25. *Baron. Anno* 324. *num.* 117. quorum Regum Ecclesiæ donatio ea lege fiebat, vt irrequisito Regum consensu alienari non possent, *capit. ea ergo* 2. 9. *hoc ius porrectum* 10. *quæst.* 2. *authentica hoc ius porrectum Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*: ex quorum donatione originem sumpsit precaria, vt supra retulimus, merito necesse fuit, vt lex, & pactio illa obseruaretur ita, vt si Ecclesia de rebus illis precarias facere velit ciuili, & Regia auctoritate, seu permissione vteretur, & ita est interpretandus textus in dicto *cap. precariæ* 44. 12. *quæst.* 2. vt notat *glossa*, ibidem communiter recepta, sicq; verba illa *cum auctoritate*

vitate Ecclesiastica, vel ciuili, si faciendæ sunt, fiant: ita debent intelligi, vt precariæ de rebus Ecclesiæ fiant cum auctoritate Ecclesiastica: quæ vero fiunt de rebus à Principe donatis, fieri etiam debent, simul cum ciuili auctoritate, eodemque sensu accipiendus est textus *in cap. precariæ* §. *final.* 10. *quæst.* 2. in illis verbis, *sine licentia, & consensu Regio facere præsumat*: Notat *glossa, & Turrecremata*, ibidem.

9 Septimò, prædictis obstat textus in *cap. de precarijs* 2. hoc titulo vbi constat successorem absque vllo pene metu posse precariam irrationabiliter factam ab antecessore reuocare: in cuius textus difficultate *glossa*, ibidem. *Imola* in principio. *Verotus, num.* 24. existimant ideo precarias in dicto *cap.* 2. hoc titulo irritas esse: quia factæ fuerant in casu non permisso: nam vt valeant, non solum solemnitas obseruanda est, de qua in titulo præcedenti, verum etiam euidens vtilitas concurrere debet, docet *Imola in dicto capit.* 2. *Couarru. lib.* 2. *Variarum, capit.* 17. *num.* 2. quæ cum in dicto, *cap.* 2. *de fecerit*, merito precaria irrationabilis dicitur, & absque pœna à successore reuocari potest: argumento textus *in l. non dubium Cod. de legibus*. Verum hæc interpretatio conuincitur ex versiculo illius textus, ibi, *præcipimus*, quod verbum aliquid noui importat iuncto versiculo, *ad ius Ecclesiæ reuocentur*, quæ verba ostendunt ius aliquod trāslatum fuisse apud eum qui precariam accepit: argumento textus in *l. decem, ff. de Verborum obligationibus, cap. ad diem de sponsatione impuberum*: quare pro vera illius textus interpretatione adnotandum est precariā duobus modis posse celebrari, vel ad breue, vel ad longū tempus: nam quādo ad breue, hoc est vsque ad triennium tantum non ad quinquennium, (cum per eam nullū dominium transferatur) alienatio non dicitur, nec necessaria erit solemnitas, & à solo Prælato fieri potest ad exemplum locationis iuxta textum *in cap. Vltimo ne Prælati vices suas Clement.* 1. *de rebus Ecclesiæ*, & de hac breui precaria est interpretandus textus in dicto *ca.* 2. hoc titulo, quæ quidem solemnitas in precaria ad quinquennium desideratur: cū tunc alienatio præsumatur; vt supra retulimus merito precariæ in dicto *c.* 2. & si valuissent ad breue tēpus aliqua solemnitate sola Prælati auctoritate interueniente, cum casus ille esset permissus tamen indigent rescisione, cum contractus ille Ecclesiæ perniciosus, & minus vtilis appareret merito absque vlla pœna etiam ab antecessore Prælato imposita poterit successor absq; metu pœnæ precariam illam reuocare: cū illa pęnæ imposítio Ecclesiæ esset nociua, cū successores non auderēt timore pęnæ precarias illas minus vtiles Ecclesię reuocare, quę quidem pœnæ in præsenti sublatæ sunt, cū absq; eis successores aduersus contractus illos Ecclesiæ nocuos peruenire possēt, vt cōstat ex dicto *c.* 2. verſic. *præcipimus, vt nemo successor*; sicque in dicto *cap.* 2. tantum de pœna est dispositū, circa cōtractū vero nihil disponit: sed secundum iuris principia, vel remediū nullitatis, vel restitutionis in integrum impugnādū relinquit, vt erudite animaduertit *Barb. in collectaneis* ad eūdē textum, *num.* 4. cum sequētibus

10 Octauò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes videlicet has precarias concessiones ita ab Ecclesia faciendas esse, vt maior sit remuneratio, quam fuit beneficium acceptum: ne aliàs, detrimentum patiatur; merito si quis pleno iure rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesijs donauerit, poterit Ecclesia suarum rerum precarias concedere, quarum vsusfructus tanti valoris sit, quanti res donata æstimari possit: si vero quis non plene rem donauit Ecclesiæ hoc est proprietatem tantum retento tamen vsufructu rei donatæ, ita vt precariæ rei vsumfructum retinere velit, tunc pro beneficio proprietatis donatæ dari ei poterit ab Ecclesia vsusfructus alterius rei Ecclesiæ, quæ æqui ualeat proprietati ita, vt pro re donata, nunquã donator ex rebus Ecclesiæ in vsufructu amplius, quam duplum habere possit, vt sic proprietas semper apud Ecclesiam permaneat: iuxta textum *in l. iubemus, §. final Codice de Sacrosanctis Ecclesijs authentica de non alienandis aut permutandis rebus Ecclesiæ, §. hoc igitur*: notat *Turrecremata in dicto cap. precariæ* 10. *quæst.* 2. Obstabit textus in dicto *cap. precariæ* 4. 10. *quæst.* 2. Ex quo constat, quod siquis pleno iure quo ad proprietatem, & vsumfructum Ecclesiæ rem donauerit, poterit Ecclesia in recompensationem triplũ vsumfructum concedere: si vero donatæ rei vsusfructus apud donantẽ remaneat, de illis vel alijs rebus æquialentibus vsumfructum ab Ecclesia in precariam accipiat. Ex cuius decisione deducitur pro vna re donata non tantum duplum, sed etiã triplum concedi posse. Cui difficultati solent interpretes respondere, discordiam esse inter ius Canonicum, & Ciuile, ita, vt de iure Ciuili non nisi duplum ex dicta *lege iubemus, §. final Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*: iure vero Canonico etiã triplum concedi posse iuxta textum in dicto *cap. precariæ* 4. & concludunt, ius Ciuile magis Ecclesiæ fauere, quam Canonicum, ita *glossa* in dicto *cap. precariæ* 4. *Hostiensis in summa* huius tituli *num.* 1. *Veroius in præsenti, num.* 17. sed, ne dicamus magis consulere Ecclesiarum indemnitati leges, quam Canones, aliter huic difficultati interpretes occurrere solent ita, vt decisiones illæ non cõtrariæ, sed diuersę sint: nam leges supra adductæ regulariter procedũt, at vero textus in dicto *cap. precariæ* 4. accipitur quando seni, vel debili personæ precaria ob remunerationem conceditur, vt placet *glossæ* in dicto *capit. precariæ*, verbo *duplum*, redditque rationem: quia huiusmodi hominibus senibus, & debilibus propter donationem etiam de suo proprio Ecclesia subuenire debebat. Notat *glossa in cap. episcopi* 12. *quæst.* 2. *cap. quoniã* 16. *quæst.* 2. Veroius autem in dicto *cap. precariæ* aliter dicendum esse existimat; dum asserit ideo triplum deberi, quando precaria seni, vel debili personæ conceditur: quia precarij vsusfructus æstimandus est cum beneficio accepto: siquidem breuius est, cum breuem vitam debiles, & senes patiantur, argumento textus in *l. eum hi* 8. *§. modus, ff. de transactionibus, l. siquis in causa* 15. *ff. de fideicõmissarijs libertatibus*, cuius Veroij sententiam amplectimur: nam si propter paupertatem triplum cõcederetur, vt existimat *Hostiensis* in præsenti apud finem, non designaretur certus largitionis modus: sed prudenti arbitrio pro modo bonorum Ecclesiæ, & accipientis necessitate subueniretur.

Ad

Ad textum in cap. precarium 3. & final huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Precarium dicitur, quod precibus petenti vtendum conceditur: & tãdiu durat, quandiu is, qui concessit, patitur.*
Precarium est contractus medium obtinens interlocationem, & donationem, sed interse differunt, vt ibi exponitur.
2 *Commodatum sola voluntate concedentis non reuocatur, & ideo precarium, & commodatum interse differunt.*
Precarium simpliciter, vel ad tempus certum concedi potest, in primo expresa renocatio desideratur; in secũdo vero tacita sufficit.
3 *Precarium finitur obitu eius, cui cõcessum est; non vero concedentis.*
4 *Precarij possessio petenti, non vero heredi concessa videtur.*
5 *Pauli sententia lib. 5. sententiarũ, versi. heres exponitur, & l. eũ heres* 11. *ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus.*
6 *Interpretatur textus in l. Quæsitũ* 6. *§. final ff. de precario, & conciliatur cum dicta Pauli sententia.*
7 *Dilucidatur textus in l. penultima ff. de precario.*
8 *Voluntas morte cuiusque extinguitur; in precario tamen perseuerare præsumitur cum in eo expresa reuocatio desideretur.*
9 *Ratio redditur ad textum in l. locatio* 14. *ff. locati.*
Precarium simpliciter constitutum differt à precario cõcesso cum hac clausula à concedente adiecta quo ad ipse valet.
Exponitur textus in capit. si gratiose de rescriptis lib. 6.
10 *Interpretatur textus in l. Lucius versic.* hospitio illo, *ff. de donationibus.*
11 *Declaratur textus in l. Aquilius* 27. *ff. de donationibus, & conciliatur cum dicta l. Lucius* 32.
Donatio simplex differt à remuneratoria.
12 *Precarium finitur si dominus rem alienauerit.*
Venditione sola absque legitima traditione dominium non transfertur.

1 PRO huius textus dilucidatione adnotandũ est, quod precarium dicitur quod precibus petenti vtendum cõceditur: & tamdiu durat, quandiu is, qui concessit patitur. Quæ diffinitio deducitur ex primis nostri textus verbis, quam deduxit *Gregorius* IX. ex Vlpiano in *l.* 1. *ff. de precario, l. ait Prætor l. & habet, ff.* eodem notat *Couarru. lib.* 3. *Variarum, cap.* 15. *num.* 1. cuius diffinitionis verba sigilatim explicat *Barbos. in collectaneis ad rubricam* huius tituli, *num.* 4. Ratio est: quia, cum hæc liberalitas ex precibus petentis, & ex voluntate concedentis pendeat, & tandiu duret, quandiu à concedente non reuocetur, dicta *l.* 1. *ff. de precario*, mirum non est, quod vltra voluntatem concedentis accipiens vti non possit, nisi quandiu patiatur, qui cõcessit: cum id æquitas, & ratio expostulet, iuxta textum *in l. ait Prætor l. & habet, ff. de precario*; siquidem in conuentionibus partium voluntas pro lege obseruari debet, *l. veteribus* 39. *ff. de pactis, l. contractus* 23. *ff. de regulis iuris*, merito reuocata voluntate à concedente, vel eius successore precarium extingui debet. Notat *glossa* in præsenti *Abb. numero* 10. *Cuiacius ad Iulium Paulum lib.* 5. *titulo* 6. *Menochius Consilio* 37. *numero* 14. *volumine* 5. *Couarru.* vbi supra *Bela. in repetitione* ad textum *in l. contractus ff. de regulis iuris*, cum infra referendis in confirmationem conclusionis: est nanque precarium contractus medium obtinens inter locationem, & donationem; sed differunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

diferũt: nãin donatione aliquid da turi tavt, qui donat nequeat postea re petere: qui vero precario concessit re, sic dat, vt possit quãdocũq; libere reuocare: à locatione etiam differt in eo: quia precarium gratis fit; locatio vero mercede constituitur, vt constat ex dicta *l. 1 ff. de precario.*

2 Verum diffinitio supra addu cta turbari videtur, ex eo, quod pre carium simile est commodato, dicta *l. 1. ff. de precario*: sed commodatum sola voluntate concedentis non re uocatur, *l. in commodato* 17. §. *sicut ff. cõmodati, cap. vnico* infra de cõmodato: ergo nec precarium sola concedentis voluntate reuocari pote rit, sed respondendum est, quod li cet precarium in multis sit simile cõ modato ex dicta *l. 1. & 2. ff. de precario*, tamen in multis differunt: quia commodatum reuocari non potest ante impletum vsum, vel tempus vsui destinatum dicto *cap. vnico de commodato*, precarium tamen pro ar bitrio reuocari potest, siue ad cer tum vsum, vel tempus detur. Notat *glossa* in præsenti. Deinde: quia com modatarius non possidet: sed tantũ habet nudam detentionem, *l. rei* 8. *ff. commodati*, qui vero precario rẽ habet possidet, quandiu non reuo catur, *l.* 2. in fine *l.* 4. versiculo *meminisse, l. cum precario, & final ff. de pre cario*: nam ciuilis possessio remanet nes dantem: naturalis vero transit ad rogantem, quod non est contra decisionem textus *in l. si vt certo* 5. §. *si duobus, ff. commodati. Co narrus lib. 4. commentariorum, cap.* 10. *Cuiacius lib. 9. obseruationum, cap.* 33. & plures differentiç rationes refert *Barbos. in Rub.* huius tituli, *numero* 5. *Azor institutionum moralium parte* 3. *lib.* 7. *de precario, cap.* 1. *quæst.* 1. *Couarr. lib.* 3. *Variarum, cap.* 15. *numero* 7. *Osualdus ad Donellum lib.* 14. *commentariorum cap.* 34. *littera C.* Nec obsta bit, si dixeris, frustra precarium ad certum tempus, seu vsum constitui, cum etiam si simpliciter constituatur, vtroque modo reuocari poterit vt supra diximus: quia respondendum est multum interesse: quia si precarium ad certum tempus concedatur, tempus illud adijcitur in gratiam ipsius concedentis ad eum finem, vt finito tempore ipso iure precarium finiatur, & si expresse an tea reuocatum non fuerit, quod nõ accidit in precario simpliciter constituto, in quo quidem, vt finiatur, vt statim dicemus, necessaria est ex pressa concedentis reuocatio. Notat *Antonius Faber de erroribus decade* 77. *errore* 2. Apud mediũ. Hoc ad eo verum est, quod etiam, si apponatur pactum de non reuocãdo vsque ad certum tempus, eo non obstante intra prefixũ tempus reuocari poterit. Iuxta textum *in l. cum precario* 12. *ff. de precario*. Ratio est: quia cõuẽtio illa facta præsumitur contra substantiam contractus precarij. Notat *Osualdus ad Donellum lib.* 14. *commentariorum cap.* 34. *littera C. Antonius Faber in rationali* ad textum *in l.* 7. *ff. de pactis*, sed non ita reuocatio conceditur, seu permittitur, vt confestim, atque res concessa est, repeti possit: ne beneficium statim collatum, statim etiam corrumpatur: sed datur aliquod temporis spatiũ, *l.* 17. §. 3. in fine, *ff. commodati*. Notat *Couarr. lib.* 3. *Variarum cap.* 15. *numero* 3. *Osualdus*, vbi supra. Et pro interpretatione ad textum in dicta, *l. cum precario* 12. *ff. de precario*, videndus est *Duarenus ad titulum ff. de precario cap.* 3. *Couarr. in* 4. 2. *parte* §. 1. *num.* 7. *Menochius de arbitrarijs casu* 69. *num.* 15. *Antonius Faber de erroribus, decade* 77. *errore* 3. *Pichardus in* §. *item* 2. *Institutæ quibus modis re contrahitur obligatio. Bela* in dicta *l. contractus, ff. de regulis iuris, cap.* 3. *n.* 12.

Quo

Quo supposito iam iam elucidanda est nostri textus conclusio.

3 Cõclusio. Precarium finitur obitu eius cui concessum est; nõ vero concedentis. Quę cõclusio duas in se continet partes. In prima asseritur morte rogantis, precarium finiri. In secunda vero, quod morte concedentis nõ extinguitur, sed ad huc durat, quarum vnaquæque clarioris gratia sigilatim à nobis erit examinanda. Prima conclusionis pars comprobatur ex textu *in l. cum precario* 12. §. 1. *l. quæsitum* 9. *quod à Titio ff. de precario, & in titulo* 2. *&* 3. per totum *partita* 5. Exornant *Bartholus in autentica de non alienandis*, §. *emphiteusim, num.* 4. *Azor institutionum moralium* 3. *parte lib.* 7. *de precario, capit.* 3. in principio *Antonius Gomez tomo* 2. *Variarum cap.* 7. *num.* 1. versiculo *ex prædictis, Couarru. lib.* 3. *Variarum capit.* 15. *Didacus Perez glossa* 1. post principium *in l.* 2. *titulo* 13. *lib.* 3. *Ordinamenti Antonius Faber de erroribus decade* 77. *errore* 2. *Osualdus ad Donellum lib.* 14. *Commentariorum, cap.* 34. *Cuiacius* in posthumis ad nostrum textum apud finem.

4 Ratio quare precariũ extinguitur obitu recipiẽtis, nec conseruatur in ipsius herede ea est; quia personæ tantũ concessum censetur, cũ heres nullas preces adhibuisset, vt patet ex precarij substantia, cum precibus petentis concessum videatur: dicta, *l. 1. ff. de precario* merito precarij possessio petenti, nõ vero heredi concessa videtur, *l. cum precario* in fine *ff. de precario*, & ad heredes non transit, *l. cũ heredes* 25. *ff. de acquirenda possessione*. Vnde fit, quod licet ab herede cõcedẽtis precariũ reuocari possit, sicut à cõcedente, *l. cũ precario, l. huius* 33. *ff. de precario* tamẽ ab herede rogãtis cõtinuare nõ potest vt cõstat ex textu nostro: nã alias nimis extenderetur concedentis beneficiũ, notat *Gotofredus* in dicta *l. cũ precario* §. 1. *ff. de precario* litera *S.* quã ob rẽ in præsenti constitutum est precariũ morte rogantis finiri, & ad eum, qui cõcessit redire.

5 Primò, obstabit, quod precariũ tãdiu durat, quãdiu paritur, qui cõcessit, vt cõstat ex principio nostri textus, ac ideo ad hoc vt finiatur necesse requiritur expressa concedẽtis reuocatio, qua nõ intereuenie te adeo durat, vt etiã obitu ipsi⁹ cõcedẽtis nõ expiret: imo ad heredes eius trãseat, *l. 8. §. qui à Titio ff. de precario*: ergo multo magis dicẽdũ videbatur precariũ morte rogãtis finiri nõ debere, sed potius ad ipsius heredes transire, durareq; vsq; ad expressã cõcedẽtis reuocationẽ, verũ dubiũ hoc diluitur ex decidẽti ratione supra adducta: nã cũ precariũ ei tãtũ, qui rogauit, & preces adhibuit, & nõ alijs sit concessũ, siquid ẽ nõ creditur cõcedẽtẽ alteri quã rogãti voluntatẽ suã accõmodasse, & liberalitatẽ cõcessisse, iusta de causa morte rogãtis precarium finitur, nec ad heredes trãsit, quod quidem diuersimode accidit in cõcedentis morte: nã cũ nulla antea expressa reuocatio præcessisset, adhuc precariũ durat. Siquidẽ cõcedẽs cũ eadẽ volũtate decessisse videtur, vt statim dicemus, ex quo principio venit interpretãdus *Pauli* locus *lib.* 5. *sententiarũ titulo* 6. vers. *htres* vbi apparet, quod si heres rogãtis rẽ retineat, non potest vti interdicto de precario de quo in *l.* 2. §. 1. *ff. de precario*, quod est inductũ vt res precario cõcessa restituatur, cũ nulla eo nomine iuris ciuilis actio sit, *l. interdictũ* 14. *ff.* eodẽ: nã cũ morte rogantis precarium finiatur, & eius heres precario nõ possideat, ideo interdicto de precario nõ tenetur: sed tantũ aduersus eũ competit interdictũ, quod vi, aut clã. Notat *Cuiacius in notis ad Paulum* in dicto versic. *heres*. Similiter etiã est interpretãdus

Universidad de Deusto
Biblioteca

textus *in l. cum heres* 11. *ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus*. Vbi heres illius, qui precario rogauit interdicto de precario non tenetur: quia cum precarium ad heredem trasmitti nequeat, licet res precario concessa ab eo detineatur, interdictum tamen de precario locũ non habet, sed, quod vi, aut clam, vel simili, vt supra retulimus.

6 Secundò, prædictis obstat textus *in l. quæsitum* 8. §. final *ff. de precario*, vbi Iuris Consultus Vlpianus affirmat heredem eius, qui precario rogauit, interdicto de precario teneri: sicuti & ipse defunctus tenebatur, ita, vt siue rem habeat, siue dolo fecerit, quo minus haberet, vel ad se pertineret omni casu interdicto de precario teneatur, sicuti & ipse defunctus teneretur. Qua in difficultate *Iacobus Cuiacius in notis ad Paulum* in dicto versiculo *heres* affirmat heredem eius, qui precario rogauit, non teneri interdicto de precario ex persona sua, sed teneri ex persona defuncti, cui successit. Sed explosa eius sententia verius dicendũ est, cum *Antonio Fabro de erroribus decade* 76. *errore* 9. dum asserit illa iura in concordiam adhibita distinctione reducenda esse, hoc est inter heredem scientem, & ignorantem: quam distinctionem refert *Papinianus* in dicta *l. cum heres* 11. *ff. de diuersis, & temporalibus præscrip.* vt scilicet si agatur de herede ignorante rem precario concessam, indistincte cõstituatur, vt nullo interdicto tam de precario, quam quod vi, aut clam teneri possit, si vero heres rogantis sciẽs proponitur, multum interest, an ipse solus sciat rogantem defunctum esse, & apud se rem precario concessam manere, & non is, qui cõcessit, quo in casu, cum ipse rẽ precario non habeat, & voluntas concedentis deficiat, cum nullæ ab herede preces sint adhibitæ, & quia ita clã incipiat possidere, eo quod dominum celet, qui dominus si sciret forte possessionem euocaret: ideo in hac specie non interdicto de precario, sed interdicto, quod vi aut clam hæres tenetur quomodo procedit Pauli responsum in dicto versiculo *heres*. Diuersum tamẽ est, quando vterque tam concedẽs, quam heres rogantis sciunt rem precario concessam detineri: nam tunc ex pacientia concedentis nouũ precarium præsumitur in ipsius heredis persona, atque ita cum heres eo in casu rem iam precario habeat, nõ ex persona defuncti, quia precariũ ad heredes non trãsmittitur: sed potius ex nouo, & tacito concedentis consensu: vt contingit in precario ad certum tempus constituto: quod & si finito tempore finiatur, tamen ex pacientia concedentis quasi ex nouo consensu nouum inducitur precarium, *l.* 4. cum sequentibus, *ff. de precario*. Atque ideo mirum non est, quod in hac specie heres teneatur interdicto de precario, sicuti ipse defunctus tenebatur: & ita est interpretandus textus in dicta *l.* 8. §. *final ff. de precario*. Eodemque modo est interpretandus textus in *l.* 2. *Codice*, hoc titulo vbi hæres precario habitans tenetur interdicto de precario restituere habitaculum: quia Imperatores ibidem loquũtur, quãdo vterque tam concedens, quam heres sciebant rem precario fuisse concessam, hoc est habitaculũ quo in casu ex vtriusque scientia, & pacientia nouum precarium constitutum videtur: atque ideo nihil mirũ, si aduersus heredes habitantes interdictum de precario competat.

7 Tertiò, supra dictis obstat textus *in l. penultima, ff. de precario*, in cuius textus specie proponitur, quod siquis precario rogauit, vt sibi

bi infundo morari liceret, non solum sibi, sed etiam suis hoc est heredibus periisse videtur: ac per consequens dicendum erit precarium ad heredem rogantis transire: cui difficultari respondendum est in dicta *l. penult.* non probari habitationem precario cõcessam ad heredes etiã rogantis transire, sed tantum, quod quando quis sibi, & suis habitationẽ petit, non solum sibi, sed etiam suis, hoc est domesticis, & familiaribus petijsse videtur. Notat *Osualdus ad Donellum lib.* 14. *commentar. capit.* 34. *litera C*.

8 Quartò, aduersus nostrũ textum in versic. *non etiam concedentis*, ex quo deducitur precarium morte concedentis non extingui sed durare, *l. quæsitum* 8. §. *quod à Titio, ff. de precario, l. cum precario* 12. §. 1. *ff. eodem*, referunt *Couarru. lib.* 3. *Variarũ, cap.* 15. *num.* 1. cum sequentibus. *Balsæus de iure emphyteutico, cap.* 54. *numero* 2. *l. centesimis* 46. §. *final ff. de verb. oblig. cap. si gratiosæ de rescriptis, lib.* 6. *cap. si delegato de officio delegati, lib.* 6. *Gonçalez ad regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 11. in principio, *num.* 35. *Mynchius de arbitrarijs. Titulo* 1. *quæstione* 69. *num.* 17. *Afflictis decisione* 335. *num.* 5. & 10. *Riccius in praxi decisione* 75. *Mascardus de probationibus conclusione* 188. *num.* 22. *Antonius Faber decade* 77. *errore* 1. *Pichardus in* §. *actionum, quæst.* 1. *institu. de actionibus* cum traditis ab *Osualdo ad Donellum lib.* 14. *comment. capit.* 34. *littera C. Barbos. in collectaneis*, ad nostrum textum, *num.* 4. obstabit principiũ, illud quo docemur voluntatem cuiuscunque sicuti cætera omnia per mortem extingui, & finiri. *Authentica de nuptijs*, §. *deinceps collatione* 4. §. *rectè quoq; instituta de mandato*. Vbi late *Pichardus*: ergo precarium morte concedentis finiri debet: siquidẽ voluntas per mortem finitur, in qua difficultate omissa interpretatione, quam refert *Acursius* in dicta *l.* 8. §. *quod à Titio, ff.* hoc titulo verius dicendum est. Ideo precarium morte concedentis non finiri: quia, & si per mortem voluntas hominis sicut cætera omnia spirare videantur, tamen in precario presumendũ est morientem in eadem perseuerare voluntate. Argumento textus in *cap. maioris* in fine *de Baptismo, capit. perlatum* 1. *de his quæ vi l. cum qui ff. de probationibus, l. Lucius* in fine, *ff. de legatis* 2. nam, vt precarium reuocatum videatur, noua, & expressa contraria voluntas desideratur: vt asserit *Vlpianus in l.* 2. §. 2. hoc titulo his verbis; *æquum est tamdiu te liberalitate mea vti, quandiu ego vellim*: quasi diceret Consultus, quo vsque nollim: vnde, cum expressa illa contraria voluntas desideretur, recte infertur decedentem absque noua voluntatis mutatione primam non reuocasse: siquidem in eadem voluntate durare creditur, merito post eius concedentis mortem non finitur, sed ad eius heredes transmittitur dicta *l.* 8. §. *quod à Titio, l. cum precario* 12. §. 1. *ff.* hoc titulo. Quæ ratio cum in cæteris contractibus cesset, cessant etiam ea, quæ supra in argumento adduximus. Notat *Couarru.* dicto *lib.* 3. *Variarum, cap.* 15. *Antonius Faber de erroribus decade* 77. *errore* 1.

9 Quintò, his omnibus valde obstat *Pomponij* responsum *lib.* 16. *ad Sabinum* relatum *in l. locatio* 4. *ff. locati*, cuius hæc sunt verbo *locatio, precarijve rogatio ita facta, quo ad is, qui eam locasset, dedisset ve, veller, morte eius qui locauit tollitur*, ex quibus verbis manifeste apparet precarium morte concedentis ex defectu voluntatis extingui, & finiri. Pro cuius dubij solutione distinguendum est inter precarium simpliciter constitutum, & precarium constitutum, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ad durationem voluntatis, veluti cũ clausula illa *quo ad ipse volet*, vt in dicta *l. 4. ff. locati*: nam in primo casu cum precarium simpliciter constituatur, necessario requiritur ad hoc, vt precarium finiatur expressa concedentis reuocatio per aliquem actum positiuum nouæ voluntatis; qui si non interuenerit precarium non finitur morte concedentis, quinimo ad hæredes eius transmittitur, vt supra diximus. In secundo vero casu, cum scilicet precarij concessio fit cum clausula illa à concedente adiecta, *quo ad ipse vellet*, tunc cum precarium egrediatur terminos hos, & in perseuerantia tantum pendeat, hoc est ex existentia voluntatis, non vero ex reuocatione, merito his de causis in dicta *l. 4. ff. locati* morte concedentis ob clausulam illam precarium cessat. Cum per eam eius voluntas cessare videatur. Argumento, textus in *l. 1. Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*. Notat *Antonius Faber de erroribus decade 77. errore 1. Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 69. num. 18. Sarmiento, lib. 2. selectarum, cap. 6. num. 5. Couarru.* vbi supra dicto *cap. 15. num. 3.* cũ eadem doctrina est interpretandus textus difficilis *in capit. si gratiose de rescriptis lib. 6.* vbi, si Romanus Pontifex gratiose concesserit Titio, vt beneficia, hoc est, incompatibilia obtineret, quousque ad ipsius Romani Pontificis beneplacitum, seu voluntatem, dubium fuit, an gratia illa morte Pontificis concedentis expirasset, quo in dubio Ponti distinguit inter eum casum, quo voluntas refertur ad ipsum hominem Pontificiam dignitatem obtinentẽ, & inter eum, qui refertur ad ipsam dignitatem, hoc est, ad quencumqi alium Sedem Apostolicam occupãtem, vt in primo casu ex doctrina textus in dicta *l. 4. ff. locati* morte concedẽtis gratia illa extinguatur; secus in secundo, in quo durare debet quousque expresse à successore fuerit reuocata: nam, quando actus simpliciter gestus est, & si libere ab agente reuocari valeat, tamen mor te non extinguitur, nec reupcatus censetur. Expræsus est textus in *capit. si delegatus de officio delegati, lib. 6.* vt late refert *Couarru.* dicto *lib. 3. Variarum, cap. 15. num. 4.* cum traditis à *Barbos.* in dicto *cap. si gratiose, numero 2.*

10 Sextò, his omnibus acriter obstat textus in *l. Lucius 32. ff. de donationibus* versiculo *hospitio ille, quam diu voluerit vtaris*: ex quo constat habitationem per Epistolam fuisse cõcessam. Sed dubium fuit, an morte concedentis extingueretur. An vero adhuc duret, vt ab heredibus eius habitatio illa reuocari possit: & Consultus Scebola asserit durare, & sic posse ab hæredibus defuncti reuocari. Ex cuius textus decisione manifeste colligitur, quod, si precarium sit concessum sub illa clausula expressa, *vt retineat, quousque voluerit concedens*, nihilominus ab eius heredibus reuocari potest. In cuius textus difficultate omissa interpretatione, quam refert *Couarru.* dicto *lib. 3. Variarum cap. 15. num. 5.* Verius est dicendum textum in dicta *l. Lucius 32. ff. de donationibus*, non loqui de habitatione precario concessa, sed potius de donatione, & constat ex eo, quod eius decisio inserta, & scripta est sub titulo *de donationibus*. Nec obstabit, si instes, quod, si de donatione loqueretur, ab heredibus eius reuocari non posset: cum donatio semel perfecta, nec à donãte, nec ab eius heredibus reuocari possit, *l. penult. ff. de donationibus*: quia respondendum est textum in dicta *l. Lucius* loqui in donatione habitationis remanendi causa, quæ ab here-

heredibus donãtis reuocare potest: vt patet ex dicta *l. Lucius* notat *Pacius legũ conciliatarũ centuria 6. q. 31. Alciatus* omnino consulẽdus *in l. 1. ff. de rebus creditis.*

11 Septimò, solutioni obstat textus in *l. Aquil. 27. ff. de donationibus*; vbi in eadẽ specie Papinianus asserit hospiciũ magistrõ donatum nõ posse ab heredibus reuocari, ac per cõsequẽs dicendũ videtur textũ in dicta *l. Lucius* loquì de precario: nã, si de donatione intelligeretur, nõ posset ab heredibus reuocari: iuxta textũ in dicta *l. Aquili⁹ 27.* in quorũ iuriũ contrarietate *Cuiacius lib. 17. observationũ c. 33. & lib. 29. quæst. Papiniani* in dicta *l. Aquilius*, asserit esse discrimẽ constituendum inter donationẽ simplicẽ, vel remunerationẽ: nã simplex donatio habitationis ab heredibus donãtis reuocari potest: & ita asserit esse intelligẽdũ textũ in dicta *l. Lucius*: secus vero, quãdo donatio habitationis remuneratoria est, vt in dicta *l. Aquilius*, vt cõstat ex ipsius text⁹ verbis, ibi, *quia cũ pater meus fuisti, & me eloquẽtia, & diligẽtia tua meliorem reddidisti.* Vnde cũ in remunerationẽ doctrinæ, & magisterij fuisset facta, nihil mirum, quod ab heredibus donatoris reuocari nequeat. Quæ ratio cessat in dicta *l. Lucius*, cuius decisio procedit in mera liberalitate, quæ donatio ex lege Cirtia restricta est, & ex ea modũ accipit, prohibuitque, ne hęredes donãtis ex illis donationibus renerẽtur, seu obligati manerẽt, sed hæc Cuiacij interpretatio, quo ad textũ in dicta *l. Lucius* improbatur ab *Antonio Fabro de erroribus decade 77. errore 8.* cũ sequentibus: primo: quia illius legis Circiæ mentio in libris nostris non habetur, sed tãtũ in institutionibus Caij 2. quia lex illa Circia modum tãtum donationibus imposuit circa quãtitatem, ne scilicet vltra certam summã fieri posset: quam ob rẽ ipse Ant. Faber existimat ideo in dicta *l. Lucius* potuisse heredes donationẽ reuocare: quia talis rei donatio facta proponitur, cũ eius dominiũ penes ipsum donatorẽ remaneret, ac ideo potuisse eius heredes, tãquam domini proprietatis illã reuocare: quæ quidẽ Ant. Fabri interpretatio id ipsum respicit, quod supra diximus, nẽpe donationẽ habitationis sola dãtis volũtate facta ab heredibus posse reuocari: vt notat *Gisanius* in dicta *l. Lucius 32. ff. de donationib⁹.*

12 Octauò, aduersus textũ nostrũ in vers. *aut cũ ipsum alienari cõtingit.* Ex quo deducitur precariũ finiri, si cõcedẽs precariã rẽ alienauerit. Ratio assignatur in præsenti: quia scilicet per huiusmodi cõuentionẽ nõ licet rẽ alienã inuito domino possidere, quã rationẽ deduxit Gregorius 9. in præsenti ex dicta *l. cũ precario 12.* apud finẽ principij *ff. de precario.* Obstabit dicere, quod ex sola vẽditione absq; legitima traditione dominiũ nõ trãsfertur, *l. traditionibus Cod. ac pactis, 9. per traditionẽ, & §. vẽditæ instituta de rerũ diuisione*, at in præsenti dominus, qui precario rẽ dedit, & vẽdidit nõ possidebat rẽ, sed tertius, qui precario rogauit: & inde emptor nõ fuit dominus factus, ac per cõsequẽs ex sola vẽditione precariũ reuocatum non præsumitur: sed respondendũ est in præsenti venditionẽ, & reuocationẽ valuisse: quia venditor se constituit nomine alterius possidere, quo in casu ex titulo cõstituti possessio ciuilis, quæ erat penes vẽditorem trãslata fuit in ipsum emptorem, & ideo in eũ translatũ fuit dominiũ, *l. quædam mulier ff. de rei vindicatione, l. certe 6. ff. de precario l. quod meo ff. de acquirenda possessione.* Notant *Hostiensis, Ioannes Andreas, Cardinalis* in præsenti *Abbas, numero 8. Imola 6. & Anania 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De commodato Titulus XV.

Ad textum in cap. cum gratia vnico huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius sui gratia tenetur de leuissima culpa; non tamen de casu fortuito; nisi ex culpa, pacto, vel mora, & commodatum ante vsum completum non reuocatur.*
2 *Commodatum pura liberalitate concedentis tribuitur.*
Fortuitus casus extrà hominum potestatem existit, & nullo eorum ingenio prouideri potest.
Commodatarius de casu fortuito tenetur, quando eius culpa præcessit, & ad alium vsum, præter destinatum vtitur.
3 *Refertur ratio ad textum in l. si vt certo 5. §. interdum, l. si mea culpa 12. ff. commodati; l. 1. §. is quoque ff. de actionibus, & obligationibus.*
Commodatum tripliciter celebrari potest. Primo gratia dantis, secundo causa recipientis, tertio gratia vtriusque vt in exemplis ibi positis.
4 *Commodatum assimilatur precario, sed in multis differunt, vt ibi declaratur.*
5 *Fortuitus casus quis dicatur ibi exponitur.*
Expenditur textus in l. si vt certo 5. §. nunc videndum versiculo, si forte, *ff. commodati.*
Interpretatur textus in cap. cum gratia vnico versiculo nisi culpa *de cõmodato, cap. significante de pignoribus.*
6 *Commodatum, & precarium in multis differunt.*
7 *Species proponitur ad textum in l. 1. § penultimo, ff. depositi.*
Pactum contra depositi naturam factum, non tenet.
8 *Refertur ratio ad textum in l. si quis alicui 27. §. 1. ff. mandati.*
Commodanti, vel commodatario, quæ actio competat, ne missue ponitur.

1 CONCLVSIO. Commodatarius sui gratia tenetur de leuissima culpa, non tamen de casu fortuito, nisi ex culpa, pacto, vel mora, & commodatum ante vsum completum non reuocatur. Consonat *textus in l. 1. §. 1. l. si vt certo 5. §. nunc videndum, l. in commodato 17. §.* cum alijs, *ff. cõmodati, l. 1. 2. & 6. Codice* hoc titulo, *l. contractus, ff. de regulis iuris, l. 1. §. is quoque ff. de obligationibus, §. item 2. Institutа, quibus modis re contrahitur obligatio, l. 2. §. si eo tempore, ff. de administratione tutorum, l. quæ fortuitis Codice de pignoratitia actione, l. mora 88. Codice de verborũ obligationibus, l. in conuentione, §. vniquique, ff. de regulis iuris, cap. mora* eodem titulo *lib. 6. l. 1.* & per totum *titulo 2. partita 5.* Exornant *Antonius Gomez 2. tomo variarum, cap. 7. num. 1. Conanus lib. 7. commentariorum, cap. 3. Menchaca Illustrium tractatuum, cap. 28. num. 19 Cardoso in praxi iudicum*, verbo *commodatarius, num. 13. Cardinalis Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib. 9. titulo 2. Azor institutionum moralium parte 3. lib. 7. de commodato, cap. 7. Molina de Iustitia, & Iure tract. 2. disput. 293. numero 4. Caiacius in notis, ff. ad* hunc titulum, *& lib. 11. observationum, cap. 37. Duarenus in commentarijs*, ad hunc titulum cum traditis à *Barbos. in collectaneis* ad nostrum textum, *num. 2. Osualdus ad Donellum lib. 14. commentariorum, cap. 2. & 3. littera C. Pichardus in § Item is cui Institutа, quibus modis re contrahitur obligatio, num. 2. Bela in l. contractus, ff. de regulis iuris, capit. 4. num. 5.*

2 Ratio triplex ad triplicem nostri textus partem depromitur. Prima est commodatarium sui gratia recipientem teneri de leuissima culpa: ratio est quia cum in huiusmodi concessione interueniat pura liberalitas concedentis, & sola vtilitas recipientis, naturalis ratio dictat, vt commodatarius sui gratia recipiens de leuissima culpa teneatur: ne eius culpa prægrauetur liberalitas, & beneficium recipientis, *l. 1. in principio, ff. de calumniatione iudicij, l. rem hereditariam 65. ff. de euictionibus, cap. damnum 36. de regulis iuris lib. 6.* Quæ ratio etiam militat in textu nostro, & constat ex textu *in l. si seruus §. quod vero*, versiculo *multo tamen æquius ff. de furtis, l. si vt certo* in principio, *ff.* hoc titulo notat *glossa* in presenti verbo *de leuissima Hostiensis, & Imola, num. 1. Abbo. num. 1. Menochius de arbitrarijs casu 390. num. 8. Petrus Gregor. lib. 23. singulatum cap. 1.* Secundæ partis ratio est videlicet commodatarium non teneri de casu fortuito: quia cũ casus fortuitus extra hominum potestatem existat, nulloque eorum ingenio, atque industria prouideri, seu excusari potest, *l. 2. §. si eo tempore, ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium.* Ideo citra eius culpam cõmodatarius obligari non potest dicta, *l. si vt certo §. quod vero fenectute, l. in rebus 18. ff. commodati, l. 1. Codice eodem l. quæ fortuitis Codice de pignoratitia actione, l. 3. titulo 3. & l. 22. titulo 8. partita 5. Medicis in tractatu de casibus fortuitis* in principio. Limitatur tamen hæc decisio in tribus casibus. Primo quando culpa commodatarij præcessit ante casum fortuitum, vtpote, quando cõmodatarius vtitur ad alium vsum præter destinatum: nam tunc tenetur de casu fortuito dicta *l. si vt certo §. sed interdum, ff.* hoc titulo, *& l. in rebus Codice eodem.* Secundo quando, interuenit pactum commodatarij in quo periculum casus fortuiti in se suscepit, *l. 1. Codice commodati.* Ratio est: quia cum contractus ex conuentione patium legem accipiat, *l. contractus 23. ff. de regulis iuris*: ideo pactũ quod periculũ casus fortuiti suscipit seruandum est; vt docet textus noster. Tertio ex mora: quia completo vsu commodatarius rem restituere debet, aliàs si post morã res pereat, seu deterioretur, perit periculo commodatarij, *l. ex mora 88. ff. de verborum obligationibus, l. in conuentione, §. vnicuique ff. de regulis iuris cap. mora* eodem titulo *lib. 6.* notat *Antonius Gomez 2. tomo de contractibus, cap. 7. Nauarrus in Manuali cap. 17. num. 98.* quod procedit etiam si res esset eodem modo peritura penes dominum: quia post moram cõmodatarius tenetur de casu fortuito, *l. cum res 49. §. final ff. de legatis 1. l. 49. titulo 9. partita 6. Abb.* in presenti *num. 20. Couarru. in regula peccatum 2. parte §. 6. num. 1. Nauarrus, & Gomecius*, vbi supra. Tertia decidendi ratio est: nam ideo commodatum reuocari nõ potest ante impletum vsum: quia commodante liberalitate, & beneficio iuuari, non vero decipere oportet: deciperemur autem, si ante impletum vsum, vel ante tempus commodatum reuocaretur; vt constat ex textu nostro in fine *l. in commodato 17. §. sicut ff.* hoc titulo *Gomecius*, vbi supra dicto *cap. 7. Nauarrus in Manuali, cap. 17. numero 83.*

3 Primò, obstabit textus, *in l. si vt certo 5. §. interdum l. si mea causa 12. ff. commodati, l. 1. §. is quoque ff. de actionibus, & obligationibus.* in quibus iuribus cauetur commodatarium re perempta ex dolo, & lata culpa tantum teneri: ergo non de leuissima: vt textus noster in prima eius parte affirmat. Pro cuius nodi solutione adnotandum est commodatum tripliciter celebrari. Primo gratia donãtis, vt pote cum maritus commodat vxori iocaria, vel similia, vt orna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ornatior, & pulchrior ad se veniat: quo in casu commodatarius dumtaxat de dolo, & lata culpa tenetur: *l. si vt certo, §. interdum, l. si mea, ff.* hoc tit. ló, vel celebratur gratia recipientis: vt pote cum equ alicui conceditur pro itinere: quo in casu commodatarius tenetur non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui, & leuissima culpa dicta *l. si vt certo, §. commodatum, ff. commodati.* Tertio cõmodatum celebratur gratia vtriusque vt pote cum alicui mula commodatur ad inuitandum, vel parandum hospitem communi amico: quo in casu commodatarius tenetur dumtaxat de dolo, lata, & leui culpa, non vero de leuissima, quam distinctionem agnouit textus in *l. in rebus, ff. commodati, l. vt certo 5. §. nũc videndum, & §. interdum, ff.* hoc titulo *l. contractus, ff. de regulis iuris,* textus in dicto §. *is cui, glosa* verbo *exactum Instituta quibus modis re cõtrahitur obligatio, Antonius Gomez, & Nauarrus,* vbi late, *Richardus* in dicto §. *is cui num. 70. Duarenus, 7.* hoc titulo, *capit. 8.* cum traditis ab *Ojualdo ad Donellum lib. 14. commentariorum, cap. 3. littera A.* Quo supposito non obstabunt iura pro dubitandi ratione adducta: quia procedunt quando commodatum gratia dantis, vel gratia vtriusque fuit celebratum, q casu non tenetur commodatarius de leuissima culpa. Noster vero textus procedit quando commodatum gratia recipientis tantũ fuit celebratum, de quo tantum locutus est, tanquam de frequentiori, argumento textus *in l. nam ad ea ff. de legibus,* notat *Richardus,* vbi supra *numero 70.*

4 Secundò, obstabit dicere, quod commodatum assimilatur precario: *l. 1. in fine ff. de precario l. 1. ff. cõmodati,* sed accipiens precarium per empta re solum de dolo, & lata culpa tenetur, *l. quæsitum 8. §. eum quoque ff. de precario.* Ergo commodatarius de illis, non autem de leuissima culpa tenetur. Verum respondendum est, quod & si precarium, & cõmodatum in multis æquiparentur, tamen in alijs differunt: vt constat ex *Bartholo in l. quod Neruæ in fine ff. depositi, Abbate in cap. final num. 12. de pactis, Cuiacio lib 33. obseruat. cap. 21. Couarru. Barbos. Hilligero,* locis supra citatis in dicto *cap. final de precario,* & precipua est; quia cum tam in principali, quam in progressu precarij sola liberalitas, & beneficium exerceatur, & nullum negocium gestũ, nullaque obligatio suscepta censeatur: *l. interdum 14. ff. de precario,* merito cum nulla obligatio ciuilis cõpetat, cum nullum negocium gestum videatur, mirum non est, quod is, qui precario rogauit, nulla obligatione teneatur, & solum dolum præstare debeat; *l. quæsitum,* versiculo *cum quisque ff. de precario,* at vero commodatarius, cuius gratia commodatum fuit celebratum, non solũ de dolo, & lata culpa, sed de leui, & leuissima culpa tenetur: quia licet in concessione cõmodati beneficiũ, & liberalitas fuerit exercita: postea vero quam commodatum fuit constitutum, non solum liberalitas, & beneficium, sed etiam necessitas est non reuocare illud intempestiue ante vsum completum, cum censeatur negotium contractum, & obligatio inuicem suscepta inter commodantem, & commodatariũ, ex quo contractu actio ciuilis oritur, *l. ex commodato 17. §. Titio ff. commodati,* & ideo commodatarius tenetur de leui [illegible] culpa, cum ipsius gratia fuit factum commodatum. Notat *Lapicius decisione 116. Eberardus in loco de commodato ad precarium, Couarru. lib. 3. variarum cap. 15.* vide etiam textum difficilem *in l. qui 53. §. 1. & 2. ff. de furtis.*

5 Tertiò, aduersus nostrum textum in versiculo *nisi culpa* obstabit dicere, quod omne periculum contingens casu fortuito pertinet ad commodatarium: *l. si vt certo 5. §. nunc videndum,* versiculo *si forte, ff.* hoc titulo, etiam si non adsit culpa, vel mora: *cap. significasti de pignoribus:* ergo etiam extra tres casus in præsenti expressis commodatarius de casu tenebitur. Pro cuius dubij solutione aduotandum est, casum fortuitum esse, qui inopinate euenit, & per diligentiam humanam euitari non potuit: dicta *l. in rebus Cod. cõmodati* cum supra traditis. *Ojualdus ad Donellum lib. 9. commentariorum, cap. 4. littera R. Medicis* vbi supra 1. *parte quæst. 12. Seraphinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 106. Richardus in §. qui prouisa 6. n. 7. inst. de locatione, & conduct. opp.* & casus fortuiti regulariter non imputantur: dicta *l. quæ fortuitis dicto §. is quoque,* cæterũ, hæc regula triplicitèr limitatur in textu nostro, vt ex eius littera constat, & ex rationibus supra adductis, quo supposito communiter responderi solet: ideo in dicta *l. si vt certo 5. §. nunc videndum,* versiculo *si forte* commodatarium teneri ad præstandum omne periculum, etiam si fortuito casu contingat: quia rem commodatam recepit æstimatam, quæ æstimatio facit emptionem: argumẽto textus in *l. plerumque 10. ff. de iure dotium,* cum adductis à *Couarru. in practicis, cap. 23.* & ideo transfertur omne periculum, & casus fortuiti in commodatarium, tanquam in verũ dominum, & in hoc casu falli nostri textus verba asserunt *Paulus,* & *Fulgosius* in dicto versiculo *si forte Gomecius tomo 2. cap. 7. num. 1.* sed conuincitur: quia si æstimatio ibidem fecisset emptionem, non esset commodatum siquidem dominium transiret Incommodatarium, quod à cõmodato alienum est, *l. vlt. ff.* eodem: quare verius est dicendum æstimationem ibi factam fuisse non vt emptionem faceret, sed ad cognoscendam rei valorem: ne commodator necesse habeat illud probare, si forte reperiat, quo casu verum commodatum est, nec dominium transit in accipientem, *l. æstimatis 51. ff. soluto matrimonio, l. scienter Cod. de iure dotium,* & ratio quare in dicto versiculo *si forte* commodatarius ad periculum contingens casu fortuito tenetur ea est: quoniam ipse se obligauit ad reddendam æstimationem: quo casu tacite actum videtur, vt omnem casum in se suscipiat debitor æstimationis: siquidem quantitatis debitor non liberatur casu fortuito iuxta textum in *l. incendium, ff. si certum petatur, notat Ioannes Andreas, & Abb.* in præsenti, *n. 23.* Nec obstat textus in *l. si quis fundum, §. Imperator, ff. locati,* vbi conductor necesse habet probare casum fortuitũ absque sua culpa accidisse: quia procedit casibus, in quibus, vt in plurimum solet contingere culpa illius, qui rem accepit, veluti furtũ, & incendium, vt notat *Gomecius* in dicto *cap. 7. nu. 22.* Neque similiter obstat text. in dicto *capit. significante de pignoribus:* quia loquitur in mutuo in quo transfertur dominium in accipientem, vt ibidem dicemos, ac proinde non sufficit nuntium mittere: siquidem solutione dumtaxat liberatur, & inde si pereat etiam casu fortuito absque culpa periculo domini peribit; noster vero text. obtinet in commodato in quo casus fortuitus non venit nisi in tribus casibus de quibus in præsenti, *Abb. numero 8. Imola 20. Barbacia 20.*

6 Quartò, aduersus textum nostrum in versiculo, *nisi post vsum completum,* ex quo deducitur ante vsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

completum commodatum reuocari non posse dicta *l. si vt certo* 5. §. *sed interdum*, *l. in commodato* 17. §. *sicut* & *l. final*, *ff. commodati*, obstabit textus in *l. Lucius* 33. *ff. de donationibus*, *l. si vno* 17. §. *item cum quidam*, *ff. locati l.* 1. iuncto, §. final *ff. de precario*, *l.* 2. §. 1. *ff.* eodem ex quibus constat, quod ex concessione facta ad certum vsum, vel tempus non impeditur spontanea reuocatio: ergo ante vsum vel tempus completum commodatum reuocari poterit, sed respondendum est, iura illa, & similia obtinere in precario, de cuius substantia est (vt supradiximus in *cap.* final de *precarijs*) vt tamdiu duret, quā diu patitur, is qui concessit, noster vero textus loquitur incommodato, quod ante vsum completum reuocari non potest, notat *Bartolus* in dicta *l. si vt certo* 5. §. *nunc videndum*, *ff.* hoc titulo argumento textus in *l. item illa* 18. *ff. de constituta pecunia Fulgosius*, ibidem, *Imola & Abb.* in præsenti, *num.* 7. *Baldus* in *l.* penult. *Cod. locati Rebuffus de priuilegijs Scholasticorum priuilegio* 16.

7 Quintò, prędictis obstabit textus in *l.* 1. §. *penult. ff. depositi*, vbi Vlpianus docet quod si pecuniā apud te deposuero vt post mortem tuam reddas, vel post mortē meam nihilominus possum voluntatem mutare, & ante mortem depositum repetere, cuius decisio prima fronte verbis nostri textus, & his, quæ supra diximus valde refragari videtur, sed eius solutio ex natura contractus depositi petenda est: nam cum depositum gratia dumtaxat deponentis celebretur, *l.* 5. §. 1. *ff. commodati*, §. *præterea institura quibus modis re contrahitur obligatio*, vbi late *Pichardus num.* 7. & 33. repugnat eius naturæ, vt quandocumque deponenti interfit nequeat reuocari, atq; ideo pactio, siue conuentio contra depositi naturam facta, viribus carebit, vnde cum deponens non sit virtute illius conuentionis depositario obligatus, cuius nihil interest, nihilmirum si prædictam conuentionem seruare non teneatur: aliter atque est incommodato, in quo ea res vtenda datur commodatario intra certum tempus, cum suā interfit ne ante tempus commodum reuocetur, iusta de causa ante præfinitum tempus reuocari nequit, notat *Pichardus* in §. *præterea* 3. *num.* 33. *instit. quibus modis re contrahitur obligatio*.

8 Sextò, obstat *Gaij* Iuris Consulti responsum in *l. siquis alicui* 27. §. 1. *ff. mandati*, vbi apparet, quod si seruū tibi ea lege tradidero, vt post mortem meā manumitteres, possum pœnitentia acta seruum reuocare, quamuis obligatio constiterit inter dantem, & accipientem: ergo manifeste deducitur quod quamuis in re commodata ad certum tempus, inter dantem, & accipiente m obligatio stiterit, res commodata reuocari potest, sed pro sedanda huius textus difficultate animaduertendum est, quod quoties seruus ea lege traditur, vt manumittatur, contractus innominatus dicitur, hoc est do vt facias, *l. naturalis* 5. §. *at cum do vt facias*, *ff. de præscriptis verbis*, quæ sententia vera est, licet aliter senserit, *Antonius Faber in rationali* ad textum in *l. si hominem* 30. *ff. mandati*, cuius sententia manifeste conuincitur ex dicta, *l.* 5. §. *at cum do*, vnde fit, quod cum contractus innominatus ante implementum reuocari possit dicta *l.* 5. §. *at cum do* versiculo *quod si*. nihilmirum quod in dicta *l. siquis alicui* 37. §. 1. *ff. mandati* ante tempus impletum liceat seruum reuocare, quæ solutio manifeste confirmatur ex textu in *l. dedi.* 3. §. 1. *ff. de conditione causa data*. Nec interest in dicta *l.*

dicta *l. siquis alicui* §. 1. obligationem inter dantem, & accipientem fuisse: nam cum obligatio, illa eius conditionis sit, vt liceat ante implementum reuocari, constitit cum sua conditione, & natura; at vero cum commodatum sit contractus nominatus, in quo sicut in alijs similibus semel suscepta obligatione quamtumuis sponte resilire non liceat iuxta nostrum textum dicta *l. si vt* 5. *Cod. de oblig. & action.* cum negotium, & cō tractus nominatus celebratus sit inter dantem & accipientem, qui est efficax ad agendum traditione facta vsque ad certum tempus intra illud reuocari nequit argumento textus in *l. in traditionibus* 48. *ff. de pactis*, *l. si dominus*, *ff. de præscriptis verbis*, vnde vicissim Paulus in *l. in commodato* 17. §. *si vt ff.* hoc titulo actionem commodati, vel contra concesit, & an sit ciuilis vel prætoria late refert *Antonius Faber in rationali* ad textum in *l.* 1. *ff.* hoc titulo, & quæ actio competat commodanti, vel commodatario late disputat *Pichardus* in dicto §. *item is* 1. *institura quibus modis re contrahitur obligatio*, & in §. *quæ de fusione* 15. *institura de obligationibus quæ ex delicto nascuntur*, quæ omnia consulto ommitto, cū in textu nostro nulla mentio de actione illa habeatur.

De deposito Titulus XVI.

Ad textum in cap. grauis illa 1. huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nō tenetur ex depositō apud Ecclesiā clericum facto, nisi in eius vtilitatem sit versum.*
2 *Nemo alterius culpa prægrauari debet.*
3 *Exponitur authentica hoc ius porrectum C. de Sanctissimis Ecclesijs, cap. quoa quibusdam de iure iuribus.*
Mutuatarius probare debet mutuum versum fuisse in Ecclesiæ vtilitatem.
Ecclesia locupletari non debet cum alterius iactura.
4 *Depositi actio, vt competat, oportet, vt de custodia conuentum sit.*
5 *Expenditur textus in cap. peruenit 2. de fideiussoribus.*
6 *Iudex cum plene de delicto constat, non potest ad torturam procedere.*
Exponitur textus in cap. grauis illa 1. versic. sub quæstionibus *de depositō iuncto numero* 7.
7 *Homo liber pro debito ciuili torqueri non potest.*
Clericus est miles cœlestis, & terrestri aquiparatur.
8 *Depositum qui negat duplum præstare debet.*
Depositum est in triplici differentia; voluntarium, necessarium, & iudiciale, sed inter se differunt.
9 *Transactio debet fieri de re dubia, & lite incerta.*
10 *Vnusquisque ex suo delicto plecti debet, nec ex alijs puniri potest.*
Delicta suos debent habere auctores, atque ideo filius pro patre, nec pater pro filio puniri potest.
Expenditur textus in l. quisquis C. ad l. Iuliam Maiestatis.
11 *Interpretatur textus in l. crimen versic.* idque Diui Fratres, *ff. de pœnis.*
Frustra per reseriptū indulgetur, quod communi iure concessum est.
Laudatur D. Petrus de Villalobos.
12 *Exponitur textus in l.* 2. *C. de liberis, & eorum libertis.*
13 *Expenditur textus in l.* 1. §. 1. *ff. si quis aliquem testari prohibuerit, l. vnica, ff. quibus non competat bonorum possessio.*
14 *Interpretatur textus in l.* 3. §. *si emancipatur, ff. de bonorum possessione contra tabulas.*

1 Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 CONCLVSIO, ex depoſito apud clericũ Eccleſiæ facto non tenet Eccleſia vſũ in eius vtilitatem ſit verſum. Conſonat textus in *Cap. penult. de fideiuſoribus, can. venerabilis, §. licet autem de exceptionibus, cap. nihil prodeſt de præſcriptionibus, cap. ſane, cap. ad aures de temporibus ordinandorum, cap. cum canonica de præbendis, cap. non debet 22. cap. ſine culpa 33. cap. delictum perſonæ 76. de regulis iuris lib. 6. cap. fraternitatem de donationibus, cap. crimen 1. quæſt. 4. cap. requiſiuit de reſtitutione Spoliatorum, cap. imperitiam de iuramento calumniæ, cap. ſi Epiſcopum 3. 16. quæſt. 5. capit. quod quibuſdam 4. de fideiuſoribus, l. eleganter* in principio *ff. de dolo, l. non debet, ff. de regulis iuris, crimen 26. ff. de pœnis, l. Sancimus 22. Cod. de pœnis cap. Felicis*, verſiculo, *ceterum*, & § *illud autẽ* in fine *de pœnis lib. 6. l. 3. titulo 3. partita 5.* exornant, *Corraſius in tract. huius tituli parte 2 quæſt. 1. num. 1. Cardoſo in praxi iudicum*, verbo, *depoſitum, num. 9. Molina de iuſtitia tractat. 1. diſput. 525. num. 4. Ricius in praxi rerum forẽ deciſione 2. num. 5. Paz in praxi, tomo 3. cap. 6. §. 6. numero 10. Vaſquius in Manuali tomo 3 cap. 17. nu. 177. Bernardus Diaz in praxi criminali, cap. 125.* vbi *Salcedus* in *additionibus littera A. Cuiacius l. 1. poſſideri 3. §. illud quoque 19. ff. de acquirenda poſſeſſione Oſualdus, ad Donellũ lib. 15. comment. cap. 29. littera C. & cap. 50. littera H. & I. Thomas Sanchez ad præcepta decalogi, tomo 1. lib. 6. capit. 14. num. 29. & lib. 2. capit. 27.* per totum, *Doctor Fernandus Arias de Meſſa, lib. 2. variarum, cap. 34. num. 14.* cum ſequentibus cum traditis à *Barboſa in collectaneis*, ad noſtrum textum, *num. 4. Cenedo in collectaneis ad Decretales collectanea 24. Tuſcas littera A. concluſione 313. num. 7.*

2 Ratio aſsignatur ex littera noſtri textus: nam ideo ex depoſito facto penès clericum Eccleſiæ, Eccleſia non tenetur: niſi quatenus Eccleſiæ vtile fuerit: quia non Eccleſiæ, ſed perſonæ ipſius clerici depoſitum illud fuit commẽdatum, quæ ratio naturali ratione nititur: quia ipſa poſtulat, vt alterius culpa nemo prægrauari debeat: dicta *l. non debet 74. ff. de regulis iuris, cap. non debet 22. cap. delictum 96. de regulis iuris lib. 6.* nam culpa ſuos debet habere auctores: dicta *l. Sancimus 22. Codic. de pœnis, l. 1.* & per totum *Cod. ne filius pro patre, & l. 1. Cod. ne vxor pro marito. Ezquielis, cap. 18.* ibi, *anima quæ peccauerit* relato in *capit. 1. §. item 24. quæſt. 3.*

3 Primò, obſtabit dicere, quod ſpeciale eſt in mutuo, quod Eccleſiæ mutuatũ eſt, vt probare debeat is, qui mutuauit in Eccleſiæ vtilitatem verſum fuiſſe, vt colligitur ex *authentica hoc ius porrectum Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs: cap. ea enim §. hoc ius porrectum 10. quæſt. 2. capit. quod quibuſdam de fideiuſoribus*: ergo non recte idem in depoſito in præſenti ſtatuitur; pro cuius dubij ſolutione adnotandum eſt ſpeciale eſſe in mutuo Eccleſiæ facto, vt probetur in eius vtilitatem verſum fuiſſe ex iuribus ſupra adductis: quæ ſpecialitas etiam reperitur in mutuo facto ciuitati: *l. ciuitas, ff. ſi certum petatur*, & in mutuo facto minori, *l. 2. Cod. ſi aduerſus creditorem*: notat *gloſſa* final in dicta *authentica hoc ius porrectum*, *Innocentius*, & *Imola* in præſenti *numero 17. Abb. 9. Conarr. lib. 2. Variarum cap. 17. num. 3. Menchaca contra uerſiarum Vſufrequentium, cap. 6.* Sed hoc verum eſt, quando tantum fuit datum Prælato Syndico Ciuitatis, œconomo dumtaxat; ſecus vero ſi Prælato ſimul cũ capitulo, vel præſide ciuitatis, ſimul cum decurionibus fiat: nam tunc non eſt neceſſe probare prædictam verſionem: notat *gloſſa* final in dicta *authentica hoc ius porrectum*, & *gloſſa* in dicto *capit. quod*

quod quibuſdam de fide iuſſoribus, Couarr. vbi ſupra. Sed hoc verũ eſt, quando mutuum datũ Eccleſiæ ſolui poteſt de redditibus ipſius Eccleſiæ; ſecus vero ſi ad ipſius ſolutionẽ ſunt diſtrahenda bona immobilia vel immobilia pretioſa: quia tunc, etiam ſi cõcurrat prædicta ſolẽnitas, mutuarius probare debet verſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem: ne alienatio vna via prohibita, alia permittatur ſine iuſta cauſa: notat *Abb.* in præſenti *n. 9.* Vnde ſolutio difficultatis ſupra adductæ in eo cõſiſtit: in reddẽda, ſcilicet ratione, quare in præſenti oportet probare pecuniã depoſitã cõuerſam fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatẽ; cum tamen in textu noſtro nõ de contractu mutui, ſed depoſiti agatur. Sed reſpondendum eſt, depoſitum in præſenti factum fuiſſe, non apud Eccleſiam, ſed apud particularem canonicum Eccleſiæ: quo in caſu ſi in Eccleſiæ vtilitatem non fuerit verſum, Eccleſia non tenetur, cum ex facto vnius particularis perſonæ ipſius Eccleſiæ, Eccleſia teneri non debeat: argumento textus in *capite ſi Epiſcopum 16. quæſtione 6.* docet *gloſſa* in præſenti verbo *perſona*; ſi vero depoſitum ita factum conuerſum fuerit in Eccleſiæ vtilitatem, Eccleſia tenebitur, ex textu noſtro, & ex dicto *capit. quod quibuſdam de fide iuſſoribus*, ratio eſt: quia Eccleſia locupletari non debet cum alterius iactura: *capit. locupletari de regulis iuris in 6.* quemadmodum tenebitur pupillus ex depoſito ſine ſolemnitate, & tutoris authoritate facto, ſi in eius vtilitatem fuerit verſum, *l. 1. §. an in pupillum, ff. quod cum eo*: argumento textus in *l. ei, qui Codice* eodem, & ita eſt interpretandus textus noſter. Notat *Abbas* in præſenti *numero 9. Cardinalis*, & *Ancarranus, numero 16.* idem *Abbas* in dicto *capite, quod quibuſdam, numero 16. Barboſa, in collectaneis*, ad noſtrum textum, *num. 4. Cenedus* dicta *Collectanea 24.*

4 Secundò, ſolutioni obſtabit dicere, quod in præſenti actio depoſiti contra Eccleſiam non potuit competere, etiam ſi probetur in eius vtilitatem verſum fuiſſe: ſiquidem ad hoc, vt illa actio competat, oportet, vt de cuſtodia conuentum ſit: *l. 1. ff. depoſiti, l. ſi ego 10. §. final ff. de iure dotium*, cum traditis à *Pichardo in §. præterea 3. inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio, numero 4. & 5. Oſualdo ad Donellum lib. 14. capit. 3.* ſed Eccleſia in præſenti numquam ſuſcepit cuſtodiam: vt ex noſtri textus littera conſtat: ergo aduerſus eam actio depoſiti exerceri nequit, etiam ſi in eius vtilitatem verſum fuerit. In qua difficultate *gloſſa* in præſenti verbo *vtilitatem*, & *Abbas, numero 12.* aſſerunt Eccleſiam in præſenti conueniendam eſſe non actione depoſiti, ſed de in rem verſo: verum hæc interpretatio aperte conuincitur ex verbis noſtri textus, ibi, *præciſe intentare iuſſionis inſtantiam*: iuncto verſiculo, *perſonæ non Eccleſiæ commendatum*, quæ verba proprie ad actionem depoſiti referenda ſunt, quare ea omiſſa verius eſt dicendum aduerſus Eccleſiam actionem depoſiti exerceri poſſe, ſi in eius vtilitatem verſum fuerit: quia licet cum ea non fuerit conuentum de cuſtodia, tamen eo ipſo, quod probatur verſio in eius vtilitatem intelligi debet depoſitũ receptum fuiſſe ab Eccleſiæ miniſtro, nomine ipſius Eccleſiæ, & ſic Eccleſiã ipſam ratũ habuiſſe: argumento textus in *cap. 1. de reſtitutione ſpoliatorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Tertiò, obstabit textus in *capit. peruenit 2. de fide iussoribus.* ex cuius textus decisione deducitur Ecclesiam saltim ex fructibus compelli posse ad satisfaciendum debitum à clerico celebratum; ergo & in præsenti potuit Ecclesia compelli ad satisfaciendum pro deposito clerici. Verum respondendum est quod in dicto *cap. peruenit 2. de fideiussoribus* Ecclesia ipsa non fuit obligata, sed tantum de fructibus beneficij debitoris creditoribus satisfieri iubetur, de quo in præsenti actum non fuit: vt sentit *glossa final* in *cap. Ouardus de solutionibus*, sed cum clericus depositum asportasset, & de furto, & fuga infamatus extitisset, vt demonstrant verba nostri textus, & ex eius integra constat; relata ab *Antonio Augustino in 1. collectione* huius tituli *cap. 2.* & in *Scholijs*, ad nostrum textum: id circo censet Summus Pontifex canonicum illum, penes quem Episcopus pecuniam suã deposuit vinculis, & tormentis coercendum esse à iudicibus Ecclesiasticis; notat *Cuiacius in posthumis*, ad nostrum textum.

6 Quartò aduersus textum nostrum in versic. *sub quæstionibus*, obstabit dicere, quod cum plene de delicto constat, iudex non poterit ad torturam procedere, *l. 1. §. ad torturam*, *l. eactum 8. ff. de quæstionibus*: at in præsenti de delicto plene constabat, vt ex eius littera constat, ergo clericus non recte torturæ supplicio subijcitur, sed respondendũ est, quod cum de delicto constat non potest procedi ad torturam ex iuribus supra adductis: nam & si fateamur, etiam in præsenti de delicto constare, tamen in præsenti clericus non torquetur, vt furtum rei depositæ confiteatur, sed dumtaxat, vt manifestet pecuniam furatam, ad quem locum transportasset; vt constat ex textu nostro; ibi, *vt audiuimus loculos habet*, & ibi, *pecuniam reddere compellatur*. Vnde cum hoc non sit à iure prohibitum recte potuit clericus ad huiusmodi effectũ torqueri, quo recepto cessat difficultas supra adducta. Notat *Hostiensis* in præsenti, *Imola num. 9. & 20. Abb. & Barbacia 9.*

7 Quintò prædicta nostri textus verba impugnantur ex eo, quod canonicus in præsenti siue causa ciuilis, siue criminalis esset torqueri non poterat. Si ciuilis: quia homo liber pro debito ciuili torqueri non potest, *l. nauus, ff. de quæstionibus*. Si criminalis: quia miles terrestris torqueri non potest: *l. miles, l. Diuo Marco Cod. de quæstionibus, l. nullus, Cod. ad legem Iuliam Maiestatis, l. 3. §. 1. ff. de re militari*, sed clericus est miles cœlestis, & terrestri æquiparatur: notat *glossa* verbo *facere* in *l. miles 6 ff. de re iudicata. Eberardus in topicis legalibus, loco. 56.* cuius toga dignior est terrestri: argumento textus in *cap. solitæ de maioritate, & obedientia, cap. si Imperator, cap. bene quidem 96. distinct.* Ergo quocumque modo agatur clericus in præsenti torqueri non poterat; sed respondendum est verisimum esse hominem liberum pro ciuili debito torqueri non posse: ex dicta *l. Diuus ff. de quæstionibus*. Nec contrarium docet textus noster: quia licet à principio causa illa ciuilis esset, tamen propter iniquam depositi subrreptionẽ & furti disfamationem in criminalem fuit conuersa, & inde tortura locũ habuit: notat *Antonius* in præsenti, *num. 6. Imola 8. Barbacia 13.* & quãuis miles cœlestis terrestri æquiparetur; tamen sicut miles terrestris plerumque ex causa torqueri potest: *l. miles, ff. de quæstionibus, l. 3. Cod.*

Cod. ad legem Iuliam Maiestatis, veluti in septem casibus comprehensis à *Cifuentes* in *l. 79. Tauri* sic etiam cœlestis miles multoties torqueri potest: *cap. cum in contemplatione de regulis iuris* in *Decretalibus*, *cap. degradatio de pœnis lib. 6* notat *Salcedus ad Bernardum, cap. 125. littera A. Iulius Clarus lib. 5. cap. final quæst. 64. Simancas* latissime *de Catholicis institutionibus, titulo 65.* in principio, *cap. 46.* meritò propter furti disfamationem iusta de causa Alexander III. decreuit Canonicum in tortura, & vinculis compellendum esse ad declarandum vbi depositum asportauit: notat *glossa* penult. in præsenti, *Hostiensis*, & *Imola num. 9. & 20. Abb. 9. Barbacia 6.*

8 Sextò, obstabit textus in *l. 1. §. ait prætor, l. siquis 13. & 18. ff. depositi*: in quibus iuribus probatur duplũ præstare debere, is, qui depositum negat; ergo male in præsenti canonicus tantum in simplum, hoc est ad solam pecuniæ restitutionem compellitur pro cuius dubij solutione, ad notandum est, depositum esse in triplici differentia, voluntarium, scilicet, necessarium, & iudiciale, de quibus sigillatim disputant Doctores omnes in *Rub.* huius tituli. *Pichardus* in §. *præterea 3. num. 15. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*; differunt tamẽ inter se: quia in voluntario, si depositarius depositum negat, tantum in simplum tenetur, & de hoc voluntario loquitur textus noster, in necessario tamen in duplum tenetur, & ita procedit textus in dicta *l. 1. §. 1. ff. depositi, §. rei persequendæ inst. de actionibus*, at vero in necessario in duplũ condemnatur, & ita de necessario veluti incendij, naufragij, & similibus sunt interpretanda iura supra in argumento adducta, cum ex negatione ipsa crimen illud augeatur, & publica vindicta sit dignum: dicta *l. 1. 9. ait prætor. l. siquis 13. & 18. ff. depositi, l. qui depositum 10. Cod. eodem, l. 8. titul. 3. partita 5.* Ratio differentiæ est: quia cum quis voluntarie deponit, sponte etiam fidem illius elegit, & si negauit, esse debet contentus simplo cum sibi imputare debet, ex eo quod diligentiorem non elegit: dicto §. *præterea* in fine *Instituta quibus modis re contrahitur obligatio*: at vero cum necessitate aliqua quis deponit, cum perturbato animo periculi causa rẽ deponat, voluntati eius imputari nõ potest, cum electionis voluntatem integram non habuerit, & crescit perfidiæ crimẽ, & ideo maiori odio, pœnaque dupla plectendus est, cum grauius sit fidem frangere ei, qui ex necessitate deponit, quam qui ex voluntate, §. *rei persequendæ inst. de actionibus*, & quod tunc dupli pœna teneatur, demonstrat textus in *l. 1.* & per totum, *ff. de incendio, ruina, & naufragio*, vt recte animaduertit, *Duarenus lib. 1. animaduersionum, cap. 11. Pax in praxi 3. tomo, cap. 6. §. 6. num. 13. & 17. Antonius Gomez 2. tomo Variarũ, cap. 7. numero 2. Pichardus* in dicto §. *præterea 3. inst. quibus modis re contrahitur obligatio, num. 16.* idem in §. *in duplum 23. inst. de actionibus.*

9 Septimò, aduersus nostrũ textum in versiculo *si autem*, vbi transactio de re depositæ à Pontifice comprobatur. Obstabit dicere, quod transactio fieri debet de re dubia, & lite incerta, *l. 1. ff. de transactionibus, cap. super eo*, eodem titulo, at in præsenti certum erat clericum ex depositio teneri, nõ autem Ecclesiam, vt ex eius littera constat in versiculo *cum enim*, iuncto versiculo *quocirca*: ergo non recte transactio suadetur à Pontifice. In qua difficultate omissa interpretatione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione, *Hostiensis*, *Ancarrani*, & *Abb.* in præsenti, *num.* 9. *Innocentij* II. *Imola* 19. dum existimant compositionem in præsenti valuisse, ex speciali Pontificis confirmatione, quorum interpretatio conuincitur: quia specialitas sine causa, & necessitate admittenda non est, merito cum certum sit apud canonicum pecuniam fuisse depositam, specialitas illa ex certitudine, quæ extabat, admitti non poterat, cum ex certitudine tãtum Pontifex suaderi posset, quare soiida interpretatio erit ea ratione compositionem in præsenti valuisse: quia canonici scientes se non teneri, sponte, & amicabiliter se composuerunt, & ex proprijs redditibus donarunt Episcopo tantum, quãtum Apud Belial canonicũ vti personam priuatam fuerat depositum: notat *Cardinalis* in præsenti *oppositione* 1. in fine, *Imola num.* 12. & inde textus noster intelligi debet, non de necessaria iuris transactione, sed de amicabili compositione, ad quam iudex ex causa, scilicet, ad euitandum scandalum, & pro bono pacis potest partes inducere; *l. æquissimum* 17. *ff. de usufructu*, *cap. final de transactionibus*, *cap. peruenit de arbitris*, quæ interpretatio deducitur ex *integra* nostri textus ab *Antonio Augustino*, ibidẽ relata. Hæc sunt quæ specialiter aduersus singula nostri textus verba adduci poterant, nunc iam aduersus generalem nostri textus decidendi rationem nonnulla discutere necesse est.

10 Octauò aduersus ea, quæ generaliter in præsenti deducunt omnes, videlicet vnumquemque ex suo solo delicto plecti debere, nec puniri posse ex alieno, cum delicta suos debeant habere auctores dicta, *l. Saxcimus* 22. *Cod. de pœnis*, *l.* 2. *Cod. ne Vxor pro marito*, *l.* 1. §. *plane*, *l. si ex duobus* 25. *ff. de tutelis*, *& ratio. distrahen. l. iure proprio* 46. §. *item*, *l. item contra*, *ff. de procuratoribus*, *l.* 4. *si communis* 9. *ff. de noxalibus*, *l. inter cohæredes* 45. §. *quod ex facto*, *ff. familiæ erciscundæ*, *cap. quæsiuit* in fine *de his*, *quæ fiunt à maiori parte capituli*, & ideo nec filius pro patre, nec pater pro filio puniri, nec infamia vlla maculari potest, *l. crimen*, *ff. de pœnis*. *cap. crimen* 1. *quæst.* 4. *l.* 2. §. *in filys*, *ff. de Decurionibus*. *Ecce quietis*, *cap.* 18. *Deuteronom. cap.* 24. *Robertus*, *lib.* 2. *rerum iudicatarum*, *cap.* 9. *Duarenus ad titulum*, *ff. de pœnis*, *cap.* 1. *Merilius*, *lib.* 4. *obseruat. cap.* 3. *Petrus Greg. lib.* 31. *Syntagmatum*, *cap.* 4. *num.* 4. & *lib.* 35. *cap.* 8. *Thomas Sanchez* plures referens *ad præcepta moralia*, *capit.* 27. vsque ad 31. Obstabit textus in *l. quis quis* 5. *Cod. ad legem Iuliam Maiestatis*: vbi, si pater crimen lesæ Maiestatis commisserit, eius infamia filij maculantur, & varijs pœnis plectuntur. Sed respondendum est, id peculiare, & speciale esse, in crimine lesæ Maiestatis, quod ad missum est in detestationem tanti criminis: tum etiam, vt exemplis illis simile delictum committere terreantur, tum etiam, vt ex liberorum supplitio vel doleant, & pœniteant patres, &, vt opprobrium post obitũ maneat. Notat *Osualdus ad Donellum lib.* 18. *cõment. cap.* 8. *littera XX.* apud medium. Ita similiter est interpretandus Ciceronis locus, *lib.* 1. *ad Brutum Epistola* 12. & *Epistola* 14. de quarum solutione videndus est, *Duarenus ad titulum*, *ff. ad legem Iuliam Maiestatis*, *Voesembequius in paratitlis*, ad eundem titulum, *Osualdus* dicto *capit.* 8. *littera XX.*

11 Nonò, prædictis obstat textus in *l. crimen*, *ff. de pœnis*, versiculo *idque Diui Fratres Hieropolitanis rescripserunt*; vbi Calixtratus ad confirmationem suæ sententiæ, scilicet, vt filius ex delicto, vel infamia patris nõ maculetur rescripto Diuorũ Fratrũ vritur ex quo cõstat ex Romanorũ iure filios ex delicto paterno puniri, & si ex æquitate, & venignitate suadente, aliud rescripto nouiter reperiatur: nã si iure certũ erat fillos non puniri ob crimen patris, quare rescriptũ necessarium fuit? si quidẽ frustra per rescriptũ illud indulgetur, quod communi iure concessum est, iuxta textum in *l. Vnica Cod. de thesauris lib.* 10. *l.* 1. *ff. ad municipalem l. Imperatores* 14. *ff. de priuilegijs creditorũ*, ergo tali rescripto vtens Calixtratus non dubie significat Romanis legibus filios ob paternam pœnam plecti. Pro cuius dubij solutione adnotandum est in Asiæ Regionibus, imo & in ipsa Syria, quæ vna earum est, talis erat consuetudo, vt filij ob crimen parentum punirentur, & ne à Hieropolis in ipsa Asia collocetur, necessarium fuit rescripto Diuorum Fratrum morem illũ infringere, scilicet, ne ob crimen, vel pœnam paternam vlla macula filijs infringeretur: cum Hieroppollitanæ leges aduersus Romanum morem ob seruarentur, vt liberi ob delictum parentum etiam punirentur. Notat *Merilius lib.* 4. *obseruationum*, *cap.* 3. quã quidẽ interpretationem nouiter in lucẽ prodidit, & discipulis recitauit in dicta *l. crimen ff. de pœnis*, Eruditissimus Doctor *Petrus de Villalobos*, Primariæ Iuris Cæsarei Cathedræ dignissimus Anteceßor, & eius facultatis Decanus, cuius fecunda doctrina in accerrimo Licenciaturæ examine (vtpote Patronus) laureandi omnes tutissime fouentur, quod concollegæ nostri sæpissime experti sunt.

12 Decimò, obstat textus in *l.* 2. *C. de liberis*, *& eorum libertis*, vbi

quem admodum ingratus libertus in seruitutem redigitur, ita etiam filij eius post commissam ingratitudinem nati reducuntur. Sed respondendum est textum illum tantum esse intelligendum, quo ad statum libertatis, non quo ad alia: quia in statu libertatis semper expectatur tempus conceptionis, scilicet, an pater reperiatur seruus, vel liber merito non est mirum si ingratus libertus ad seruitutem reuocatus futuris filijs noceat, qui concepti sunt post ingratitudinem, & libertatis reuocationem, non autem iam natis tempore libertatis. Ita similiter est interpretandus textus difficilis in *l. Diui Fratres* 17. *ff. de iure patronatus*: notat *Couarr. lib.* 2. *Variarum*, *cap.* 13. *num.* 5.

13 Vndecimò, obstat textus in *l.* 1. §. 1. *ff. siquis aliquem testari prohibuerit*, *l. Vnica ff. quibus non competat bonorum possessio*, vbi, scriptum est, quod si pater vetuerit mutare testamentum, in quo aliquid filijs est relictum, & si nihil filij ingratum admiserint, tamen ob crimen patris, tanquam ab indignis id eis auferetur: quod etiam demonstrat textus in *l.* 23. *titulo* 1. *partita* 6. Sed respondendum est ibi relicta filijs in testamento, quod pater mutare prohibuit, ab eis tanquam indignis auferuntur: non ob crimen patris, quod iniquum recte foret, sed quia iam non habent supræmam, & liberam defuncti voluntatem: vt scripsit Papinianus in *l. cum quidã* 12. *ff. de his*, *quibus vt indigni*, qui testator, si prohibitus non fuisset, testamentum mutasset, vt recte animaduertit, *Cujacius lib.* 28. *Digestorum Iuliani in* dicta *l. Vnica*, *ff. quibus non competat bonorum possessio*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 Duodecimò, obstat textus in l. 3. §. *si emancipatus, ff. de bonorum possessione contra tabulas*, vbi, si filius contra voluntatem aui ignominiosam vxorem duxerit, poterit auus nepotẽ ex dicto matrimonio natũ exheredare: ita vt nepos ex delicto patris non admittatur ad bonorum possessionem contra tabulas aduersus aui testamentum, quod est admissum vt sic iuuenes à prædictis nuptijs se abstinerent, & auo id libere permittitur, vt sic prospiciendum videatur nepotis meritum, & patris delictum, vt in fine illius, §. asseritur, de quo late, *Alciatus, lib. 2. parergon, cap. 22. Sarmiento, lib. 6. selectarum, cap. 11. Robertus, lib. 2. rerum iudicatarum, cap. 9. Cujacius, lib. 3. obseruation. cap. 5. Antonius Faber de erroribus 2. parte decade 29. errore 4. & 6.* per totum, videndus est etiã textus in *l. Diuo Marco 9. Cod. de quæstionibus*, textus in *cap. statutum de hereticis*, cum à me traditis in *cap. nihil prodest. 2. de præscriptionibus, num. 7.* cum sequentibus.

Ad textum in cap. bona fides final huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius tenetur de dolo præsumpto; non vero de culpa: nisi se deposito obtulerit, vel pro eo mercedem receperit, neque de casu fortuito tenetur, nisi pactum, culpa, vel mora præcesserit.*
Cõpẽsatio in deposito nõ admittitur.
2 *Depositum bonæ fidei cõtractus est, & lege naturali ad rerum custodiã inuentum.*
Lata culpa dolo comparatur.
Depositum pro arbitrio deponentis reuocari potest.
3 *Charitas bene ordinata à seipso debet incipere.*
Dolus non præsumitur, sed de eo constare necesse est.
4 *Exponitur textus in l. 1. §. sæpe 35. ff. depositi.*
5 *Depositum gratis fieri debet, sed si postea depositarius aliquid receperit, non depositum, sed locatio erit.*
6 *Expenditur textus in l. si plures 14. §. final ff. depositi, l. si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindicatione.*
7 *Interpretatur textus in l. 1. §. est autem 22. ff. depositi.*
8 *Compensatio in omnibus bonæ fidei contractibus admittitur.*
9 *Refertur ratio ad textum in l. actione 23. ff. depositi.*
10 *Conciliatur Pauli sententia, lib. 2. sententiarum titulo de deposito cum l. final, versic.* secundum nostram sanctionem, *C. de compensationibus.*
Remissiue interpretatur textus in l. Lucius 24. ff. depositi.

1 CONCLVSIO. Depositarius tenetur de dolo præsumpto, nõ vero de culpa, nisi se depositio obtulerit, vel pro eo mercedem receperit: nec de casu fortuito tenetur, nisi pactum, culpa, vel mora præcesserit: quod pro voluntate deponentis reuocatur, nec compensationi locus est. Consonat textus in *l. 1. §. si vestimenta* in fine. *§. in conducto §. si res deposita, §. vltim. l. fine dolo 20.* cum alijs *ff. depositi, l. 1.* in principio, *ff. si certum petatur, l. 8. §. eum quoque ff. de præcario, l. 1. Cod. hoc titulo, l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commodati, l. contractus, ff. de regulis iuris, §. præterea 3. instit. quibus modis re contrahitur obligatio, cap. ius naturale* in fine. *1. distinctione §. in bonæ fidei inst. de actionibus, l. 1. 2. & 3. titulo 3. partita 5. l. 27. titulo 14. partita 5. l. vltima Cod. de compensationibus Paulus lib. 2. sententiarum titulo de deposito.* Exornant *Azor institutionum moralium parte 3. lib. 7. c. 6. Petrus Greg. 3. parte syntagmatum lib. 23. cap. 3. Petrus Nicolaus Mocius, lib. de contractibus tract. de deposito. Vincentius Carrocius*, eodem tract. *Antonius Gomez 2. tomo cap. 7. num. 2. Conanus lib. 7. comment. cap. 4. Cujacius in posthumis* ad textum nostrum, & *lib. 22. obseruationũ capit. 30. & tract. 7.* ad *Africanum in l. si is apud quem ff. depositi*, & ad *Iulium Paulum sententiarum titulo de deposito, §. in causa depositi Donellus lib. 14. comm. cap. 2. Osualdus*, ibidẽ, *littera F. G. H. & lib. 16. cap. 7. Mascardus de probationibus conclusione 508. Farinacius in praxi parte 6. quæstione 169. num. 37. Mantica de tacitis, & Ambiguis conuentionibus, lib. 10. titulo 10. num. 4. Castillo lib. 3. quotidianorum, cap. 16. num. 11. Bela in repetitione* ad textum in dicta, *l. cõtractus 23. ff. de regulis iuris, cap. 3. num. 9.* cum sequentibus, vbi *Petrus Faber, Pichardus* in dicto *§. præterea 3. inst. quibus modis re contrahitur obligatio*, & in *§. si is, apud quem 16. inst. de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur*, & in *§. actionum 28. de actionibus, quæst. 20. Antonius Faber in rationali* fere per totum titulum, *ff. depositi* nouissime *Doctor Ferdinãdus Arias de Mesa, lib. 2. variarum, cap. 35. num. 2. & lib. 1. cap. 34. numero 12.* cum traditis à *Barbos. in collectaneis*, ad nostrum textum, *numero 5.*

2 Ratio, quare depositarius de dolo prẽsumpto tenetur, ea est: quia depositum bonæ fidei contractus est à lege naturali ad rerum custodiam inuentum. *Exodi 22. cap. ius naturale 1. distinct. l. 1. §. hanc actionẽ*, cum alijs, *ff. depositi. Duarenus*, ad eũdem titulum, *cap. 1.* & cum frequentius in gratiam deponentis fieri soleat, vt eius res custodiatur, ideo, si res pereat, de dolo dumtaxat tenetur dicta *l. contractus, ff. de regulis iuris*, sicuti in commodato gratia commodantis resolutum est in dicto *cap. vnico de commodato*. Tenetur tamen de lata culpa: quia lata culpa dolo comparatur, *l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit, l. magna negligentia, ff. de verborum significatione*, & lata culpa præsumitur, cum saluis rebus proprijs depositæ res amittuntur; qui dolus ex indicijs, & argumentis præsumitur, *l. dolum, Cod. de dolo, l. dolus, Cod. de rei vindicatione.* Notat *Osualdus* ad Donellum, *lib. 16. comment. cap. 7. littera V.* non tamen tenetur, si ex leui, vel leuissima culpa res perierit: quia sibi imputare debet, qui rem suam negligẽti, & parum industrio, vel solicito custodiam commisit. Argumento textus in dicto *§. præterea 3. inst. quibus modis re contrahitur obligatio, §. final inst. de societate. Antonius Gomez 2. tomo variarum, cap. 7. num. 2. Petrus Greg. lib. 23. syntagmatum, cap. 3. num. 17. Conanus lib. 7. commentariorum, cap. 3. Donellus dicto lib. 16. cap. 7. Pichardus in dicto §. præterea, num. 16.* Pro arbitrio enim depositum reuocari potest: quia depositũ ad custodiam tantum proditum est, & inde inuito domino rem depositam detinere nefas esset; & contra bonæ fidei æquitatem, *l. 1. §. penultimo*, & final *ff. depositi, glossa* verbo *reuocare* in præsenti. *Osualdus ad Donellum lib. 15. comment. cap. 29. littera C. & lib. 15. cap. 9. littera D.* Nec compensatio admittitur, ne contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam reducatur, vt ex littera nostri textus deducitur: reduceretur autem, si depositum, quod ad custodiam bona fide datum est, domino inuito compensationis prætextu detineretur. Notat *Abb.* in præsenti *num. 6. Duarenus*, ad titulum, *ff. depositi, cap. 4. Osualdus*, ad Donellũ, *lib. 16. comment. cap. 15.* fere per totũ.

Reliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reliqua, scilicet, quando depositarius se obtulit, vel accepit: quare teneatur de leui culpa, & similia sunt petenda ex his quæ statim dicemus.

3 Primò obstabit dicere, quod nulla lege quis obligatur, vt rebus alienis prius consulat, quam proprijs: quinimo iure diuino, & naturali ad suarum defensionem inducitur, *cap. 2. de homicidio*, cum Charitas bene ordinata à se ipso debeat incipere, *cap. qui vult, de pœnitentia, distinct. 5.* ergo iniuste in præsenti Gregorius cõdẽnat proprias res cõseruare: quãdo depositæ perierint. Sed huic dubio breuiter est respondendum, scilicet, verissimum esse proprias potius, quam alienas res quemlibet à iure naturali defendere debere, si vtrasque non facilè vno eodemque tempore tueri non potuit. Argumento textus in *l. præses Cod. de seruitutibus*, quod in præsenti non negatur: sed tantum asseritur, vt non minorem adhibeat diligentiam in depositis, quam in proprijs rebus adhibere poterat: vt notat *Celsus* in *l. quod Nerua 32. ff. depositi*: quod quidem iudicis arbitrio relinquitur, Notat *glossa* verbo *saluas* in *l. si vt certo 5. §. nunc videndũ, ff. commodati*. Sed si rebus suis saluis, depositas amisserit, cum posset eas similiter saluas habere, dolus, & culpa præsumitur; vt constat ex primis nostri textus verbis, *glossa* verbo, *saluas* in *l. si vt certo 5. §. nunc videndũ, ff. cõmodati*. Notat glossa verbo *de culpa* in dicta *l. quod Nerua Barbos. in collectaneis* ad nostrum textũ, *num. 2. Mascardus de probationibus cõclusione 508 Pichardus* in dicto *§. præterea 3. num. 4. & 27. Hostiensis, Abbas*, in præsenti, *num. 2. Barbacia*. Nec obstabit, si instes, quod dolus non præsummitur, sed de eo constare necesse est, *l. dolum Cod. de dolo, l. dolus 10. Cod. de rescindenda venditione, l. quoties 8. §. qui dolo, ff. de probationibus. Osualdus* ad Donellum, *lib. 15. comment. cap. 40. littera D.* Ergo quamuis proprias conseruet, dolus in depositis non præsumitur: quia respondendum est, quod quamuis de dolo constare debeat, &, si de eo constat, depositarius audiri non debet. Argumento textus in *l. tutor 14. §. non est audiendus, ff. de administratione tutorum*. Tamen, si de eo non constat, de eo inquiritur. Argumento textus in *l. qui seruandarum 15. ff. de præscriptis verbis*, & præsumitur, vt de eo inquiri possit: quando saluis proprijs, depositas amisit: nam dolus etiam ex argumentis, & indicijs manifestis probari potest, dicta *l. dolum*, de quibus debet intelligi textus noster. Notat *Osualdus* dicto *cap. 40. littera D. Menochius* dicto *casu 207. & 208.*

4 Secundò, aduersus textum nostrum in versiculo, *si te ipsum deposito obtulisti*. Ex quo deducitur depositarium, qui se depositi obtulit, de dolo, lata culpa, & custodia teneri; licet non teneatur de casu fortuito, nec de leuissima. Obstabit textus in *l. 1. 9. sæpe ff. depositi*. Ex quo deducitur, quod is, qui se depositi obtulit periculo rei adstrictus est, ita, vt non solum de culpa, verum de custodia teneatur, hoc est de leuissima: nam verba textus in dicto *§. sæp*, versic. *culpam Paulus Castrensis*, ibidem interpretatur *leuem*, & verbũ, *custodiam*, id est leuissimã hoc adeo verum est, quod etiam de periculo, & casu fortuito teneatur iuxta textum in *l. nec quis 4.* versic. *hoc depositum periculo eius est: ff. si certum petatur*, vt sentit *Gothofredus* in *notis* ad eundem textum littera *D.* Sed respondendum est ideo in dicto *§. sæpe* 35. is, qui se obtulit depositi non tantum tenetur de leui, sed etiam de leuissima culpa, hoc est de periculo, & custodia, ex eo videlicet: quia tãrũ pro sua vtilitate depositi se obtulit: cæterũ si absq; eius vtilitate se obtulit, nẽpe solũ ex amicitia, tũc; quia gratia vtriusq; depositũ factũ est tantũ de leui tenetur, vt in textu nostro non vero de leuissima. Ratio differẽtiæ est: quia is, qui se obtulit actui, suspectus præsumitur, *l. quæ omnia 25. §. 1. ff. de procuratoribus, l. scire oportet 21. §. final ff. de tutoribus, & curatoribus, l. culpa 36. ff. de regulis iuris, cap. non est in culpa* eodem titulo *lib. 6.* & quæ leuissima culpa dicatur refert *Osualdus* ad Donellum *lib. 16. comment. capit. 7. littera F.* Tum etiam: quia quando depositum lucri, & gratia depositarij factum est, non vero deponentis depositum illud loco mutui est, cuius natura est, vt periculum in accipientem transire videatur *§. item is. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*: notat *Pichardus* in dicto *§. præterea num. 33. Carroeius de deposito titulo. de culpa depositarij* ex *numero 10.*

5 Tertiò, contra nostrum textum in versiculo, *vel si aliquid pro custodia recepisti*, ex quo constat, quod si depositarius aliquid pro custodia recepit de dolo, & lata culpa tenetur. Obstabit dicere quod de natura depositi est, vt gratis fiat, & inde si aliquid receperit, transit in contractum locationis, *l. 1. §. si quis seruum*, & *§. si vestimenta, ff. depositi, §. item is cui instit. quibus modis re contrahitur oblig, §. final instit. mãdati, l. 2. titulo 3. partita 5.* Ergo non recte in præsenti pro depositi mercedem accipi statuitur. Pro cuius dubij solutione animaduertendum est multum interesse, an is, qui locat operas suas solitus sit eas locare, aut non. Priori casu recepta mercede pro custodia est locatio, si à principio mercedem receperit, & ita obtinent iura supra in argumento adducta, si vero non sit solitus, sed tantum absque conuentione aliquid acceperit in remunerationem depositi pro eius custodia, depositum dicitur, & ita procedit textus noster. Notat *glossa*, in *l. si pecuniam, ff. de conditione causa data. Iason*, ibidem, *numero 10.* & in hac vltima nostri textus specie, si deposita res pereat, depositarius tenetur de dolo, lata, & leui culpa: quia & si non proprie, quodammodo locator conductori assimilatur, & suam industriam tacite videtur locasse. Argumento textus in *§. final instit. de locatione, & conductione. Abbas* in præsenti *Bartolus* in dicta *l. quod Nerua num. 30. Pichardus in dicto §. præterea, num. 32.*

6 Quartò, aduersus nostrum tum in versiculo *vel mora*, obstabit textus in *l. si plures 14. §. final ff. hoc titulo, l. item si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindicatione*. Ex quibus apparet etiam post moram casum fortuitum non imputari depositario: ergo licet mora præcesserit, non impurabitur casus fortuitus, quod contrarium omnino refert textus noster in dicto versiculo, *vel moram*. Pro cuius dubij solutione plures adduci solent sententiæ, & opiniones, quas referre instituti nostri non est, merito breuiter, & verissime dicendum esse censeo, quod cum expræse constat rem peremptam apud depositarium, eodem modo naturaliter perituram apud deponentem etiam post morã non imputari depositario, & ita obtinent iura supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

in argumento adducta, si vero dubium est, an esset peritura nec ne, regulariter etiam post mortem depositarius tenetur, & ita est interpretandus textus noster iuxta textum in *l. item* 14. §. *quod si homo ff. quod metus causa*, *l. quod te mihi* 5. *ff. si certum petatur*, *l. ité si verberatũ* 15. §. *vltimo ff. de rei vindicatione*: notat *Antonius Faber in rationali*, ad eundem textũ, & in dicta *l. quod te mihi*, *Paulus Castrensis*, *Fulgosius*, & *Iason* late in dicta *l. quod te mihi*, *ff. si certum petatur*.

7 Quintò aduersus textum nostrum in versic. *sane depositori licuit*. Obstabit textus in *l.* 1 §. *est autẽ* 22. *ff. depositi*, *l. si oleum* 10. *ff. de dolo*. Ex quibus deducitur depositum semel factum non posse ad libitum reuocari. Sed respondendum est regulariter depositum ad libitum reuocari posse, vt constat ex illis nostri textus verbis, sed plerumque euenire potest, vt depositarius non restituẽdo depositum de dolo nõ teneatur, veluti si non habeat restituẽdæ rei facultatem condemnationis tempore, vt puta si conueniatur Romæ, & res sit deposita in prouincijs, vel in horreis tam clausis, quorum apperiendorum facultas depositario nulla sit, & ita est interpretandus textus in dicta *l.* 2. §. *est autem* 22. *ff.* hoc titulo, vel depositum factum sit sub conditione, quæ nondum extiterit, quod sub conditione fieri potest, vt constat ex texru in dicta *l. oleum* 10. *ff. de dolo*, notat *Antonius Faber in rationali* ad eundem textum in dicta *l.* 1. §. *est autem* 22. *ff. depositi*.

8 Sextò, aduersus textum nostrũ in vers. *cõtra quod cõpensationi*: Ex quo deducitur compensationem in depositi non admitti, *Paulus lib.* 2. *sententiarum titulo de deposito*, *l. Vltim. Cod. de compensationibus*: obstabit dicere, quod compensatio in omnibus bonæ fidei contractibus admittitur, *l. constat*, *l. final Cod. de compensationibus*, §. *in bonæ fidei inst. de actionibus*, sed depositum bonæ fidei contractus est, *l.* 1 §. *hanc actionem*, *ff. de pact.*, *l. contractus ff. de regulis iuris*: ergo in depositi compensatio admitti debet. Sed respondendum est, quod quamuis fateamur depositum esse contractum bonæ fidei, & licet in cæteris bonæ fidei contractibus compẽsatio admittatur, tamen in depositi non admittitur: quia aduersus naturam ipsam, & conuentionẽ depositi esset, & ad perfidiam reuerteretur, si compensatio admitteretur, vt constat ex textu nostro, notat *Osualdus* ad Donellum *lib.* 16. *cõment. cap.* 15. littera *L.* merito exe-cutionem paratam habet, dicta *l. Vltima*, *Cod. de compensationibus*.

9 Septimò, prædictis obstat textus in *l. actione* 23. *ff. depositi*, vbi is, apud quem seruus est depositus cibarium seruo datum compensare poterit cum serui restitutione, argumento textus in *l. sufficit* 56. *ff. de cõditione indebiti*. Cui dubio respondẽdum est textũ in dicta *l. actione* 23. esse intelligendum de depositario, qui seruum restituit: ideoque *Cujacius lib.* 2. *sententiarum Modestini*, ibidem asserit legendum esse *de seruo restituto*, non quomodo legitur *constituto*: merito ibidem non vtitur iuris compensatione, sed tantum vti poterit apud eundem iudicem contraria depositi actione aduersus deponentem ad consequenda, & repetenda cibaria, quæ in seruum depositum impendit: notat *Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. actione* 23. *ff. depositi*.

10 Octauò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes: videlicet com-

cõpensationẽ olim in depositi ante Iustinianum fuisse prohibitam, vt constat ex *Paulo lib.* 2. *sententiarum titulo de deposito*, *l. cum alter* 11. *l. postea quam* 11. *ff. de compensationibus Cujacius*, *lib.* 8. *observationum*, *cap.* 16. Obstabit textus in *l. final* versic. *secundum nostram sanctionem Cod. de compensationibus*, §. *in bonæ fidei* 30. versiculo, *sed nostra constitutio inst. de actionibus*, vbi Iustinianus Imperator asserit illam compensationis prohibitionẽ, nouiter in depositi à se fuisse statutam. Sed respondendum est id nouiter à Iustiniano non fuisse inductũ, sed à Paulo dicto in *lib.* 2. *sententiarum*, *titulo de depositio*, vt constat ex *Cujacio* dicto *lib.* 8. *observationum*, *cap.* 16. Nec contrarium demonstrat Iustinianus in verbis traditis in dicta, *l. Vlt.* & in dicto §. *bonæ fidei*: sed ita scripsit: quia idem Iustinianus contra ius vetus compensationis beneficium extenderat ad omnes actiones dicta *l. Vlt.* in principio, & ideo nominatim excipit compensationem in depositi non admitti, atque ita in illis verbis ostendit se depositũ in illo veteri iure reliquisse, nec in eo naturã eius immutasse, vt recte animaduertit, *Osualdus* ad Donellum *lib.* 16. *comment. cap.* 15. cuius Iustiniani sentẽtiam, etiam sequutus est Greg. 9. in textu nostro in dicto versic. *contra quod*, qui omnino desumptus ex dicta, *l. final*, vt bene animaduertit, *glossa* in præsenti verbo *contra quod*, & mihi placet, licet contrarium senserit, *Antonius Pichardus* in dicto §. *in bonæ fidei inst. de actionibus*, *numero* 47. vbi latè de hac re scripsit, & cõsulto omitto. Pro interpretatione autem ad textum in *l. Lucius* cũ alijs *ff. depositi* vide, quæ late scripsit *Pichardus in* principio *instituti. quibus modis re contrahitur obligatio* ex *num.* 60. cum sequentibus, & in §. *præterea* 3. *inst. eodem*, & *in* §. *sed is*, *apud quem inst. de obligationibus*, *quæ ex delicto nascuntur*, & *in* §. *actionum inst. de actionibus*, *quæst.* 20. per totum, *Donellus lib.* 14. *comment. cap.* 2. *Osualdus* ad eundem littera H.

De emptione, & venditione Titulus, XVII.

Ad textum in cap. placuit 1. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cogit transeuntibus hospitalitatem obseruari, & clarius non vendi, quam in mercato.*
2 *Hospitalitatem erga transeuntes, & peregrinos seruare officium pium est, cuius obseruantia ad Episcopum expectat.*
3 *Clerici officium hospitalitatis præstare debent.*
Interpretatur textus in cap. 1. *de emptione, & venditione.*
4 *Hospitia in Ecclesia, vel domibus clericorum, non sunt assignanda.*
5 *Exponitur textus in l.* 1. §. 1. *vers. culo* non est, *ff. nautæ, caupones, & stabularij, & concilitatur cum l. vnica*, §. *final ff. furti aduersus nautas.*
6 *Opera misericordiæ nisi in extrema necessitate nemo compellitur exercere.*
7 *Iurisdictio Ecclesiastica, & temporalis separatæ sunt.*
Victualium administratio priuatiue ad seculares iudices expectat.
8 *Vendere rem suam nemo cogitur, eius regulæ limitationes ibi ponuntur.*

Inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interpretatur textus in cap. 1. de emptione, & venditione.

9 *Explicatur textus in l. final ff. ad l. Iuliam de annona, l. decuriones, ff. de administratione rerum ad ciuitatem pert.*

10 *Res tantum valet (hoc est) quantũ in iusto pretio vendi potest.*

Voluntati alicuius, quod committitur, non subiacet iuris necessitati.

11 *Contrahentibus licitum est se ad inuicem decipere.*

1 CONCLVSIO. Cogit Episcopus trãseuntibus hospitalitatem, obseruari, & charius non vendi, quam in mercato. Consonat textus in *cap. siquis Romipetas, cap. illi 24. quæst. 3. capit. quiescamus, capit, nulli* cum alijs 42. *distinct. cap. gloria Episcopi* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1, 82. *distinct. cap.* 1. & 2. 87. *distinct. capit. si hæredes de testamentis. clem. ad nostrum de cẽsibus Concilium Trident in sum sessione* 22. *de reformatione, cap.* 3. *authent. omnes peregrini Cod communia de successionibus, l. nauta l. debet* 7. *ff. nautæ cauponer, l.* 1. §. *final ff. furti aduersus nautas, l.* 1. Cod. *de Episcopali audientia, cap.* 2. & *final* 16. *quæst.* 1. *l.* 1. Cod. *de Sacrosanctis Ecclesijs, authent. Omnes peregrini Codice de Episcopis, & Clericis, cap. de Monachis de præbend. cap.* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum, l.* 1. *titulo* 11. *partita* 5. *l.* 27. *titulo* 8. *partita* 5. *l.* 15. *titulo* 13. *lib.* 8. *recopilationis*: exornant Couarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 3. *num.* 5. & *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 5. Menochius *de arbitrarijs casu* 182. *num.* 43. Casaneus *in catalogo gloria mundi parte* 6. *consideratione* 46. Mexia *in tract. tassæ panis cõclus.* 4. *num.* 14. & 21. Rebufus *tom.* 2. *ad leges Galliæ titulo de hospitibus num.* 14. Abendaño *de exequendis mãdatis lib.* 2. *cap.* 8. Paulus Fusius *de visitatione lib.* 2. *cap.* 13. Gutierrez *in practicis lib.* 2. *quæst.* 180. Nauarrus *in capit. nouit de iudicijs notabili* 6. *num.* 57. Acuña ad primam decreti partem in principio 42. *distinctione* Bobadilla *in Politica lib.* 3. *cap.* 3. *numero* 32. littera L. & *cap.* 63. & *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 35. Morla late in *emporio titulo* 9. *quæst.* 1. & 6. per totum cum traditis à Barbos. *in collectaneis* ad nostrum textum, *num.* 2. & 6. Cenedus *in collectaneis ad decretales collectanea* 118. Acebedo *in l.* 7. *titulo* 3. *lib.* 1. *Recopilationis, nu.* 1. & 5. Ximenez *in concordantijs* in textu nostro plures referens.

2 Ratio est: quia hospitalitatem erga trãseuntes, & peregrinos seruare officium pium est, vt colligitur ex Sacræ Scripturæ testimonijs relatis in principio 42. *dist.* & hæc charitas non solum clericis competit, *cap.* 2. & *final* 16. *quæst.* 1. dicto *cap.* 8. Concil. Trident. verum etiam laicis, & inde ad bonum publicum pertinet dicta *l.* 1. Cod. *de Sacrosanctis Ecclesijs*. Vnde fit quod iter agentibus charius vẽdere in humanum, & pietati contrarium sit, dicta *l.* 1. Cod. *de Sacrosanctis Ecclesijs*, & patet ex eo: quia cum hoc ad alimenta pertineat, *l. verbo victus* 43. *ff. de verborum significatione*, pia causa reputatur iuxta communem interpretationem in *l. cum hi ff. de transactionibus*, & cum certum sit ad Ecclesiæ Prælatos, & Episcopos pertinere, vt opera charitatis exerceãtur, & peccata euitentur, *cap. siquis de potentibus* dicto *capit. siquis Romæ* 24. *quæst.* 3. *cap.* 3. *cap. si heredes de testamentis*, quod etiam apud Gentiles obseruabatur, cum ad Pontificem pietatis causæ cognitio deferebatur, *l. hereditas* 53. *in fine ff. de petitione hereditatis*: recte in præsenti in Concilio Balensi definitũ fuit Episcopum admonere debere eos, quibus ex officio incombit hospites recipere, quod humano pretio eisdẽ vendant, quod si non fecerint, posse ad hoc eos compellere ex textu nostro, quinimo non obseruantes eos excommunicare iuxta textum in *cap. siquis* §. *hinc etiam* 42. *distinct.* Notat *glossa* in præsenti, cum in similibus pijs causis Episcopus habeat etiam inter laicos iurisdictionem, notat Tiraquellus *de priuilegijs piæ causæ priuilegio* 49. Couarru. *in cap. relatum de testamentis num.* 2.

3 Primò, obstabit dicere, quod clerici dumtaxat ad hospitalitatem adstringuntur, *cap.* 1. 42. *distinct. cap.* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum cap. de Monachis de præbendis*, cum ad hoc inter alia sint instituta beneficia Ecclesiastica, vt scilicet hospitalitatem exerceant, *cap. mos est cap. aurum, cap. gloria Episcopi* 12. *quæst.* 2. *Concilium Trident. sessione* 25. *de reformatione cap.* 8. ergo non recte in præsenti statuitur dumtaxat laicorum plebem ad eam teneri. In quo dubio diluendo interpretes in varias sententias diuisi sunt. Prima fuit, Hostiensis, & Ioannis Andreas in præsenti asserentes textum nostrum in 1. parte intelligi debere de clericis, qui hospitalitatis officium exercere debẽt. In secunda vero de laicis ne charius vendant, quorum interpretatio conuincitur ex ipsomet textu, cũ onus illud plebi sit in iũctum vt hospitiũ præbeãt: namplebis nomine potius laici, quam clerici continentur, *cap. si sententia de sententia excommunicationis*. Secunda fuit *Archidiaconi* in *cap. hoc ius porrectum* 10. *quæst.* 2. dum asserit textum nostrum esse intelligendum in foro conscientiæ, non vero in foro fori exterioris, sed conuincitur: quia etiam in foro exteriori cum necessitas vrget compellitur quis ad hospitalitatem, *capit. siquis* §. *hinc etiam* 42. *distinct.* Aliter vero Innocentius in præsenti asserit textum nostrum in 1. parte quo ad hospitalitatem loqui de consilio cum verbis precatorijs vtatur, quæ inducunt consilium, non præceptum, *cap. Archidiaconum* 85. *distinct.* in fine, *cap. nec enim* 28. *quæst.* 2. Cæterum in secunda parte loqui de præcepto, cum vtatur verbo illo *iusu*, quod coactionem inducit, *l. siquis ex argentarijs* §. *prætor ait l. veluti* iuncto §. *cogentur, l. prætor ff. de edendo*, sed hæc etiam displicet: quia cum vtrumque membrum sit sub eadem dispositione, non debet diuerso iure censeri, *l. cum, qui ædes ff. de vsucapionibus*, quare his, & alijs omissis verissime est dicendum in textu nostro patribus placuisse Episcopum admonere debere, vt omnes tam clerici, quam laici pij, & hospitalarij sint erga viatores, & trãseuntes, tam in præstando hospitio, quam in vendendis rebus iusto pretio ad iter peragẽdũ necessarijs, & si non obtemperauerint recte ab Episcopo compelli possunt ad hospitium, & iustum pretiũ; cum in hoc pietas, & publica vtilitas consistat: dicto *cap. siquis Romipetas*; quæ interpretatio deducitur ex integra nostri textus, quam restituit *Antonius August.* in notis *ad primam collectionẽ*, hoc titulo *cap.* 2. & quod in vtroque casu possint cõpelli, refert Couarru. *lib.* 3. *variarum, cap.* 14. *num.* 5. cum traditis à Cenedo in dicta *collectanea* 118. *num.* 1.

4 Secundò, prædictis obstat textus in *cap.* 1. *de immunitate Ecclesiarum, l.* 1. *Codic. de Episcopis, & clericis, l.* 8. *tit.* 2. *l.* 7. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilationis* ex quibus deducitur quod in Ecclesia, vel domibus clericorũ nõ sunt assignãda hospitia nec ad id cõpelli possũt, quod est omnino cõtra decisionẽ textus in *Sũma* 42. *d. c.* 2. *de supplẽda negligẽtia Prælatorũ, c. de monachis, de præbẽdis*. Verũ respõdendũ est, iura in argumento adducta esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligendū de hoſpitio præſtando, quod vicem ſeruitutis, & muneris ſuſtinet, *l. 3. §. munus hoſpitij, ff. de muneribus, & honoribus, l. 1. Cod. de metatis, & epidemeticis lib. 12. l. Vnica Cod. de ſalgamo hoſpitibus non præſtando. lib. 12.* quia ab hoc onere immunes ſunt clerici, cæterum de charitatiuo hoſpitio, quod continet officium pietatis non ſunt immunes, vt conſtat ex textu in ſumma ſic intellecto in dicta, *quadrageſsima 2. diſt. glaſſa* verbo *hoſpitalitatem*, in dicto *cap. 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum glaſſa* in dicto *cap. 1.* verbo *hoſpitium de immunitate Eccleſiarum, Math. cap. 25. ad Hebræos, cap. 13. Ioannis cap. 13. cap. offerebatur 32. quæſt. 7. Concilium Trident.* dicto *cap. 8.* plures refert, *Petrus Gregor. lib. 15. ſintagmatum, cap. 8. num. 33. & 37.*

5 Tertiò, obſtat textus, *in l. 1. §. 1.* verſic. *Nam eſt in ipſorum arbitrio ne quem recipiant, ff. nautæ caupones, & ſtabularij*, ex quibus verbis deducitur hoſpitium gratuitum eſſe, nec ad receptionem cauponē, nec nautam compelli poſſe, quod omnino contrarium refert textus in *l. Vnica, §. final, ſ. furti aduerſus nautas*, ex quo conſtat nautas, & ſtabularios compellendos eſſe ad recipiendos hoſpites tranſeuntes, & iter agentes, & eorum iumenta. Cui dubio reſpondendum eſt, quod textus in dicta, *l. 1.* verſic. *nam eſt in ipſorum arbitrio*, eſt intelligendus quando non habet publice officium ſeu hoſpitiū, nec incæpit hoſpites recipere: nam tūc compelli non poteſt, nec per Prętorem, nec per Epiſcopum, plane cū ſemel non poſsint ſe exonerari, niſi conſentientibus his, quibus obligati eſſe cæperunt: nam tunc ad hoſpitium compelluntur: iuxta textum ita intelligendum in *l. 3. §. munus hoſpitij, ff. de muneribus, & honoribus*: quia quod ab initio eſt voluntatis ex poſt facto eſt neceſsitatis, *l. ſicut 5. Col. de obligationibus, & act. l. in commodato 18. 9. ſicut ff. commodati*, notat *gloſſa* verbo *arbitrio* in dicta *l. 1. §. 1. ff. nautæ caupones, & ſtabularij Antonius Faber irrationali*, ad eundē textum, *Couarru. lib. 3. Variarum, cap. 14. num. 1. Menochius de arbitrarijs ca ſu 16. num. 19.*

6 Quartò, prædictis obſtabit dicere quod nemo eſt cogendus ad opera miſericordię exercēda, neq; ad elemoſinā, & hoſpitalitatē, *c. 1. & 2. c. quieſcamus 42. diſt.* iūcta *gloſſa*, ibidem verbo *poſtulat*, cum iuribus ab ea relatis, & *Nauarro, in Manuali, cap. 4. num. 7.* Ergo non ſunt cogendi ad hoſpitalitatem, quod dubium vt diluatur, petit vt illam inſignem quæſtionem breuiter prout moris eſt diſcutiamus, ſcilicet an dare elemoſinam, & exercere operam piā, ſeu miſericordiæ, ſit omnino præceptum, vel conſilium, & ſane in duobus caſibus præceptū eſſe obligans ad lethale reatum omnes conſentiunt. Primus eſt in extrema, vel quaſi extrema neceſsitate, *capit. paſce 86. diſtinct. capit. immolans 14. quæſt. 5. l. necare, ff. de liberis agnoſcendis.* Secundus eſt, quando pauperes ſunt in neceſsitate communi, & non extrema: nam tunc tenemur illis elemoſinā dare de ſuperfluis, & non de neceſſarijs, *cap. 1. in ſumma 42. diſtinct.* Argumento textus in *cap. non ſatis 86. diſtinct.* Vnde ſi hoſpitium neceſſarium eſt, eum denegare peccatum erit, & plura de neceſsitate elemoſinæ, & an officiū ad eam elargiendam à diuitibus ſe rilitatis tempore implorari poſsit tradunt *Beniſcas in tractat. de pauperta te queſt. 7.* in principio in 5. *ſpecie in dictis num. 17. Tiraquellus de pœnis temporalibus cauſa 44. num. 10. Mexia in tracta*

tract. taſæ panis concluſione 1. num. 5. Surdus de alimentis titulo 3. quæſt. 3. num. 27. cum traditis à *Barb. in colle Elaneis* ad noſtrum textum *num. 3. & 4.* Qua quidē quæſtione ſic breuiter perpēſa facile iam apparebit ſalutio ad dubium ſupra in argumēto adductum.

7 Quintò, aduerſus noſtrum textum in verſic. *& non charius vendat* obſtabit dicere, quod iuriſdictio Eccleſiaſtica, & temporalis ſeparatæ ſunt, *cap. quoniam 10. diſt. cap. nouit de iudicijs*: ſed victualiū adminiſtratio ad ſeculares pertinet, *l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfecti Vrbis*; ergo ad Epiſcopum pertinere non poterit. In cuius textus difficultate omiſſa gloſſæ interpretatione, quā reprehēdit, *Abb.* in preſenti *n. final Antonius de Butrio, n. 8. Imola* 11. veriſsima eſt, quæ colligitur ex ratione decidendi ſupra adducta: nā licet taſationes mercium victualiū iuſtis pretijs pertineant ad ſeculare Principem ex dicta *l. annonam ff. de extraordinarijs criminibus* cum traditis à *Gutierrez in practicis., lib. 2. quæſt. 180.* tamen quando interuenerit pietatis ratio, & correctio peccati etiam pertinet ad Epiſcopum, & eſt quaſi mixti fori: & ſic ſecularem iuriſdictionem, quam Epiſcopus his in caſibus habet in habitu, & potentia iuſta ſubſiſtente cauſa, hoc eſt peccati poterit ad actum reducere. *Cap. nouit de iudicijs*: notat *Abb.* in præſenti, *num. 12. Couarru. in regula peccatum 2. parte §. 9. num. 2.* Vnde cum in hac ſpecie peccatum conſiſtat, vt diximus in ratione decidendi recte Epiſcopus poterit ratione peccati laicos ad id coercere; vt conſtat ex textu noſtro, nec repugnat ſpecialiter hoc ad laicos pertinēre ex dicto *§. cura carnis*: quia reſpondendum eſt in textu noſtro nihil eſſe ſublatum ſeculari iuriſdictioni: quia Epiſcopis commulatiue tantum, non priuatiue hæc poteſtas conceſſa eſt, vt ſimiliter patet in *cap. final de foro competenti, lib. 6.* Quo fit vt iudex hoc in caſu ex vi iuriſdictionis ordinariæ cognoſcere poſsit, & Epiſcopus ratione pietatis, & peccati, quomodo eſt intelligendus textus in dicto, *§. cura carnis*, & textus in *l. final, §. item Epiſcopi, ff. de muneribus, & honoribus*

8 Sextò, his omnibus obſtabit dicere, quod nemo cogitur rem ſuam vendere, *l. inuitum 11. Cod. de contrahenda emptione, l. poſſeſſores 12. Cod. de fundis patrimonialibus lib. 11. l. nemo 8. Cod. de Iudeis, l. nec emere, Codice de iure deliberandi* cum traditis à *Barboſ. axiomata iuris littera V. num. 10. Morla in empoeio titulo 9. quæſt. 1.* fere per totam, *Oſualdo, ad Donellum lib. 9. comment. capit. 9. littera G. & lib. 26. cap. 9. littera F.* Ergo in præſenti non poterunt cogi vendere tranſeuntibus. Sed reſpondendum eſt, quod licet fateamur (generaliter loquendo) neminem inuitum cōpelli poſſe ad rei ſuæ venditionem cæterum ea regula pluribus modis limitatur, vt notat *Couarru. lib. 2. Variarum, cap. 3. num. 5. Antonius Gomez 2. tomo Variarum, cap. 2. num. 51. Gregor. Lopez in l. 3. titulo 5. partita 5.* & præcipue limitatur vbi adeſt publica, pia, & religioſa cauſa: nā tunc vēdere quis cōpellitur, *l. 1. Cod. de Epiſcopali audientia, l. 15. tit. 13. lib. 8. Recopilationis*, merito in textu noſtro poſſunt compelli rem ſuam diſtrahere certo, & æquo pretio ſibi cōſtituto viatoribus conſulere: quia non ſolum pium eſt hoſpitium tranſeuntibus præſtare dicto *capit. ſiquis Romipetas. cap. illi 24. quæſt. 3.* ſed etiā ad bonum publicum expectat, & ad hoc compelli poſſunt iuxta textum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in *l. nauta l. debet, ff. nautæ caupones, & stabularij*, & de hac necessitatis causa est interpretandus textus noster, quod adeo verum est, quod si iudex deficiat, poterit iter agens necessaria capere præsentibus duobus vicinis iusto pretio oblato, vel depositio eo casu, quo dominus vendere recusauit iuxta textum in *l. 15. titulo 13. lib. 8. Recopilationis.*

9 Septimò, prædictis obstat textus in *l. final ff. ad legem Iuliam de annona, l. decuriones, ff. de administratione rerum.* Ex quibus deducitur, nec ad tasam compelli posse rem suam vendere, quod dubium distinctione adhibita dilues: nam aut quis rem venalem exposuit victui necessariam, aut non exposuit. Primo casu omnino cogitur vendere tasato pretio per Prætorem, vel decuriones, & sic procedit textus in dicto §. *cura carnis, l. 1. & 2. ff. ad legem Iuliã de annona, l. annonam, ff. de extraordinarijs criminibus*. Secundò vero casu non compellitur vendere tasato pretio, & ita est interpretandus textus in dicta, *l. final, ff. ad legem Iuliam de annona*, nisi in casibus supra adductis, & in specie nostri textus, quem ita accepit *Butrius* in præsenti *num. 4. Imola 12. Abb. 6. Barbacia 10. Couarru.* vbi supra *Barb. in collectaneis*, ad nostrum textum *num. 9. Morla in emporio titulo 9. quæstione 1. num. 12.* Nec obstat, si obicias textum in dicta *l. final* & in dicta *l. decuriones*, agere de frumentaria ad victum necessaria, & viliori vendere pretio, quam exigit annona iniquum dicitur: quia respondẽ dum est iura illa non negare in pretio iusto rem vendendam esse, sed inuiliori, vt sentit *glossa*, ibidem *Mexia in Pragmatica frumentaria* in principio, num. 3.

10 Octauò, aduersus nostrum textum in versic. *Quam in mercato vendere possunt*, obstabit principium illud, quo docemur, quod tantum valet res, quantum vendi potest, *l. si seruus la segunda, ff. de conditione furtiua, l. quærebatur, ff. ad legem Falcidiã. Gloßa* in *cap. in ciuitate de vsuris*, sed quod committitur alicuius voluntati non subiacet iuris necessitati, *l. non quidquid 4. ff. de iudicijs*: ergo non sunt cogendi vendere in mercato. Qua in difficultate omissis plurimis interpretationibus traditis à *Couarru. lib. 2. variarum, cap. 3. num. 4. Matiençio in l. 1. glossa 2. titulo 11. lib. 5. Recopilationis. Soto de iustitia & iure lib. 6. quæst. 2. art. 3.* Verius dicendum est regulam supra adductam esse intelligendam iuxta nostri textus sententiam: hoc sensu adhibito, scilicet, vt res tantum valeat, quantum vendi possit, hoc est in iusto pretio, quod in mercato cõmuniter reperitur, & ad hoc celebris reputatur textus noster in verbis illis, *quam in mercato vendere possunt, l. 15. titulo 13. lib. 8. Recopilationis*, ibi, *segun que alli en la comarca suelen valer*, notat *Abb.* in præsenti *num. 3. Mexia*, vbi supra *conclusione 4. numero 26. Matiençio*, vbi supra *Morla in Emporio titulo 9. quæst. 6. num. 6.*

11 Nonò, hucusque resolutis obstabit dicere, quod contrahentibus licitum est, Se se ad inuicem decipere, *l. in causæ 17. §. idem Poomponius, ff. de minoribus, l. item si pretio §. final ff. locati, l. 2. Cod. de rescindenda venditione, cap. cum dilecti, capit. cum causa*, hoc titulo vbi vltra dimidiam decepto actio denegatur: ergo transeuntes in pretio recte decipi poterunt intra dimidiam. Verum respõdendum est, iura supra in argumento adducta locum habere in venditione iam facta, & rescindenda: at vero

vero textus noster loquitur de venditione, nondum facta parte contradicente, quæ petere potest, præcipue si viator fuerit ne in iniusto, sed humano pretio res sibi vendatur. Notat *Antonius de Burgos* in præsenti *num. 1.* de qua re plura dicemus in *capit. cum dilecti*, infra hoc titulo.

Ad textum in capit. vt mensuræ 2. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Fraudans pondera & mensuras triginta diebus in pane, & aqua pœniteat.*
2 *Fraus in mensuris omni iure prohibita est.*
3 *Pœnitentia aduersus fraudantes mensuras, pendet ex sacerdotum arbitrio.*
Pœnitentia olim pro quolibet peccato certa; hodie vero incerta est, & arbitrio sacerdotis relinquitur.
4 *Fraudans pondera, & mensuras, l. Cornelia de falsis coerceretur.*
Fraudans mensuras reo, parti, & reipublicæ fraudem facere videtur, & ideo omnibus satisfacere debet.
5 *Exponitur textus in l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione cap. ex parte de censibus.*
Mensuræ cum sunt diuersæ, partium conuentio attenditur.
6 *Fraudis nomine, vt quis teneatur, nihil interest an ignorantia, vel calliditate id fiat.*
7 *Refertur ratio ad textum in l. si quis à me 32. ff. de actionibus empti.*

1 CONCLVSIO. Fraudans pondera, & mensuras triginta diebus in pane, & aqua pœniteat. Consonat textus in *cap. omnis qui 45. distinct. cap. nõ auferamus 20. 24. quæst. 1. cap. 1. ne clerici, vel monachi Concilium Turonense 4. cap. 45. Arelatense, cap. 15. Toletanum 3. cap. 16. Deuteronomij, capit. 25. Leuitici, cap. 19. Prouerbiorũ 10. 16. & 20. Matth. 6. Ecclesiastic. 20. Pauli 1. ad Thessalonicenses, cap. 4.* Comprobari etiam potest ex textu in *l. annonam, ff. de extraordinarijs criminibus, l. modius, & final. Cod. de susceptionibus lib. 10. l. 1. Cod. de põderatoribus auth. de collatoribus, §. eos, collatione 9. l. in dardanarios 37. ff. de pœnis, l. penult. ff. ad legem Corneliam de falsis, l. si vxori 53. §. si maiora. ff. de furtis, l. 7. titulo 7. partita 7. l. 1. titulo 10. lib. 3. fori, l. 2.* cum sequentibus, *titulo 13. lib. 5. Recopilationis*, exornant *Mexia in tract. tasa panis conclusione 5. num. 30.* cum sequentibus *Matiençus in l. 2. glossa 5. & 6. titulo 13. lib. 5. Recopilationis, & l. 1. glossa 9. titulo 14. lib. 6. Recopilationis Martha de iurisdictione 4. parte, casu 3. num. 16. & 17. Salas de legibus disput. 14. sectione 9. num. 106. Diana resolutionum moralium parte 1. resolutione 76. Maranta de ordine iudiciorum 4. parte dist. 11. titulo iudicij secularis, & Ecclesiastic. ex num. 44. Guido Papa decisione 490. Mascardus de arbitrarijs casu 21. Azevedus in dicta l. 1. titulo 13. libro 5. Recopilationis, Petrus Gregor. lib. 36. sintagmatum, cap. 1. num. 13. & lib. 15. cap. 12. num. 37. Cenedus in collectaneis ad decretales collectaneæ 9. num. 1. Barb. in collectaneis* ad nostrum textum, *num. 3. & in Rubr. de crimine falsi num. 11.*

2 Ratio est: quia hoc crimen omni iure diuino, naturali, canonico, ciuili, & Regio prohibitum, & execrabile est: diuino *Deuteronomij cap. 15. Prouerbiorum, cap. 16. & 10. ad Thessalonicenses 1. cap. 4.* cum supra traditis: naturali: quia naturæ æquũ est neminem locupletari cum alterius iactura, *l. nam hoc naturæ 14. ff. conditione indebiti, capit. locupletari de regulis iuris, lib. 6.* ciuili, *l. annonam, ff. de extraordinarijs criminibus, l. modius,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dios, & final Cod. de susceptoribus, & arcadys: Pontificio ex textu nostro, *cap. non afferamus 24. quæst. 1. Regio l. 7. titulo 7. partita 7. l. 1.* cum sequentibus *titulo 13. lib. 5. Recopilationis*, cum igitur omni iure in foro exteriori crimen illud acriter puniatur, iusta de causa Sancti Patres in textu nostro in Concilio Lugdonieñ decreuerunt ita delinquentes pœnitentia triginta dierum in pane, & aqua quo ad Deum pœnitere debere, quæ pœnitẽtia vti æqualis delicto similiter in alijs criminibus imponi solet in *capit. siquis sacerdos 30. quæst. 1. cap. presbyter 82. distinct.* notat *Hostiensis in summa titulo de pœnitentijs, §. quæ pœna Diuus Thomas 2. 2. quæst. 67. articulo 2. ad secundum Sotus lib. 6. de Iustitia & Iure, quæst. 3. artic. Vlt. Menochius de arbitrarijs cassu 317.*

3 Primò, obstabit dicere, quod pœnitentia aduersus fraudantes põdera, vel mensuras debet pendere ex sacerdotis arbitrio iuxta textum in *cap. tẽpora 2. cap. de his 32. 6. quæst. 7. cap. in actione 83.* cum sequentibus *de pœnitentia dist. 1. cap. Deus qui de pœnitentijs, & remissionibus.* Ergo non debet astringi intra triginta dies. Augetur difficultas ex eo, quod quilibet pro mortali crimine septem annos pœnitere debet, *cap. hoc ipsum 33. quæst. 2.* sed fraudans mensuras graue crimen committit: ergo illa triginta dierum pœnirentia non æqua pœna dicitur contra regulam textus in *cap. non afferamus 21. 24. quæst. 1.* In qua difficultate Ioannes Andreas in præsenti asserit verisimum esse pœnitentiæ impositionem ex arbitrio sacerdotis pendere dicto *cap. tempora 2.* cum alijs 26. q. 7. sed affirmat omnes Canones pœnitentiales de quibus mẽtio habetur in fine decreti imponẽtes pro criminibus certã & destinatam pœnitentiã, vt in textu nostro, & in dicto *cap. hoc ipsum* de quo mẽtio habetur in *Canone Apostolorum*, in fine decreti *Canone 24. & 25.* loqui de iure antiquo. Verum hæc interpretatio aperte cõuincitur: quia licet hodie non sit necessarium imponere pœnitentias in dictis canonibus insertas; tamen sacerdos illas imitari debet, & ideo illi imponitur obligatio sciendi canones pœnitenciales, *cap. quæ ipsis 38. dist.* quare verius dicendum est quod licet antiquitus pœnitẽtia pro quolibet peccato mortali imponi soleret imo, & pro veniali graues pœnitentiæ imponi solerent, vt refert Doctor *Balboa in cap. omnis vtriusque sexus*, versic. *fideliter de pœnitencijs, & remissionibus n. 54. Belarminus lib. 4. de pœnitentia, cap. 11.* versic. *sextum argumentum Barbos. in collectaneis*, ad nostrũ textũ, *n. 5.* tamen hodie omnes pœnitẽtiæ sunt arbitrariæ, & arbitrio sacerdotis relinquũtur. Cum maiorẽ, vel minorẽ posit imponere iuxta qualitatẽ criminis, & dispositionẽ pœnitentis, *c. quæsitũ, c. Deus qui de pœnitencijs, & remissionibus, c. tẽpora c. de his 26. q. 7 c. mensuram de pœnitentia, dist. 2.* notat *Rebufus* in dicto, *c. omnis vtriusque sexus*, versic. *in iustam pœnitentiã Nauarrus in Manuali, c. 26. n. 18. Doctor Balboa*, vbi supra *num. 54.* nam licet verũ sit prædictos Canones pœnitenciales esse imitandos, qui omnes habentur in fine decreti: tamen ex prudentia cõfessoris sunt moderandi, & augẽdi, in pœnitentiam iuxta debitas circũstantias, sicuti pœnæ per leges statutæ in foro exteriori mitigari, & minui possunt per iudicem secularem iuxta textũ in *l. quid ergo §. pœna grauior, ff. de his qui notantur infamia, l. & si seuerior Cod. ex quibus causis infamia irrogetur, l. respuendum 11. l. hodie ff. de pœnis*, notat *Antonius Faber in rationali* ad textum in dicta *l. quid ergo §. pœna grauior, Couarru. lib. 2. Variarum, cap. 9. num. 8. Abendaño in cap. prætorij 2. parte, cap. 16. num. 3.* Ita similiter in foro pœnitentiæ minui poterunt, prout ratio expostulauerit, vt supradiximus, & refert *Barb. in collectaneis*, ad nostrum textum, *num. 5.*

4 Secundò, prædictis obstabit dicere, quod is, qui fraudat mensuras, & põdera lege Cornelia de falsis coercetur, *l. annonam, ff. de extraordinarijs criminib⁹, l. in dardanarios 37. ff. de pœnis, l. penult. ff. ad legẽ Corneliam de falsis.* Imo & furti tenetur, *l. siquis vxori, §. si maiora, ff. de furtis*: ergo non debet tam leui pœna puniri. Sed respondendum est fraudãtes pondera, & mensuras Deo, parti, & Reipublicæ fraudem facere, ideo omnibus satisfacere debere, & sic pœna seu pœnitentia in præsenti imposita procedit in foro interiori animæ quoad Dei satisfactionem, vt prædiximus: at vero iura in argumento adducta procedunt in foro omnino exteriori pro punitione iniquitatis ponderum, & mensurarum in humanis comercijs de quo crimine dupliciter agi potest Ciuiliter, vel criminaliter, & in quolibet casu diuersæ sunt statutæ pœnæ notat *glossa* in *l. arbitrio, §. de dolo verbo traderetur Matienço in l. 2. glossa 6. titulo 13. Recopilationis*: nã si ciuiliter fuerit actum: quia fraus, & dolus interuenit in pondere, vel mensura, tunc agitur ad id quod plus datum est per conditionem indebiti dicta *l. arbitrio, §. de eo*, vel actione ex empto seu vẽdito, *l. 2. §. causa, ff. de ædilicio edicto*, quod si is qui fraudauit in pondere, vel mensura non est soluẽdo datur actio de dolo contra dantem iniqua pondera, & mensuras dicto *§. de eo l. siquis vxori, §. si maiora, ff. de furtis*, nili in agrimẽsore, in quo seruatur dispositio *legis si duobus §. competit ff. si mensor falsam modum dixerit Couarru. in præticis, cap. 3. Menochius de arbitrarijs cassu 317.* si vero agitur crimina liter tunc locum habet decisio textus in *l. penult. ff. ad legem Corneliam de falsis*, vel de furto dicta *l. siquis vxori §. si maiora, ff. de furtis*, vel extra ordinem punitur, *l. in dardanarios, ff. de pœnis, l. annonam* in principio, *ff. eodem* hodie tamen per *legem 2. titulo 13. lib. 2. Recopilationis*, pro prima, & secũda vice imponitur pœna pecuniaria, & pro tertia, pœna falsi, & insuper quod pondera, & mensuræ falsæ frangrantur, & appovantur in publico, quod etiam iure communi erat dispositum in *l. item quæritur, §. siquis mensuras, ff. locati*, vt recte explicat *Matienços*, & *Azebedus* in dicta *l. 1. & 2. titulo 13. lib. 5. Recopilationis Bobadilla in Politica 2. parte lib. 3. cap. 4. numero 80. Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. item 13. §. siquis mensuras 8. ff. locati.*

5 Tertiò, hæc omnia impugnantur ex eo, quod in arbitrio contrahentium situm est, quibus põderibus, vel mensuris vti debeant, *l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione, cap. ex parte de censibus*: ergo puniri non debent. Cui dubio respondendum est, iura in argumento adducta obtinere vbi diuersæ sunt mensuræ: nam tunc partium conuentio obseruari debet, notat *glossa* in dicta *l. Imperatores 71. Matieço ad legem 1. tit. 13. lib. 5. Recopilationis glossa 1. num. 2.* & ita est interpretandus textus in *l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo*, argumento textus in *l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris*: quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod tamen locum non habet, quando taxa, vel mensura data à Principe, vel republica imposita est quorum est, huiusmodi taxas imponere in mensuris, libris, & ponderibus, *l. modios Cod. de fusceptor. lib. 10. l. 2. Cod. de frumentis*: nam hoc in casu non licuit alijs ponderibus, vel mensuris contrahere, vt in hoc Regno. dicta, *l. 1. & 2. titulo 13. lib. 5. Recopilationis*, vbi *Matienços glossa 1. num. 2.* si vero non constat de qua mensura conuenerint contrahentes, & plures sunt mensuræ, tunc si destinatus est locus vbi mentiendum, vel appendendum sit seruatur mensura illius loci vbi destinatur traditio, *l. vinum. 22. ff. si certum petatur*, *l. si prædium Cod. de prædijs minorum*, *cap. ex parte de censibus. Clemen. 2. de decimis Alciatus consilio 697.* Si vero nihil dictum sit de loco vbi appensio, vel mensuratio fieri debet intelligitur de mensura loci contractus, argumento textus in *l. si fundus, ff. de euictionibus*, *l. quod si nollit §. quia assiduo, ff. de edilitio edicto* dicta, *l. semper in stipulationibus*, notat *Ocauianus decisione Pedamontana 114. Petrus Gregor. lib. 36. sintagmatum, cap. 1. Matienço* vbi supra *glossa 2. num. 3.*

6 Quartò, aduersus textum nostrum in versic. *lucri causa* obstabit dicere, quod vt quis fraudis nomine teneatur nihil interest, an ignorantia, vel calliditate id fiat, *l. 1. §. causa, ff. de edilitio edicto*, *l. sed adest 19. §. siquis dolea, ff. locati*: ergo licet non lucri causa fraudauerit pœnitentiam agere debet. Verum respõdendum est iura in argumento adducta procedere in foro exteriori, quo ad partis damnum, vel interesse, à quo non excusat ignorantia: at vero textus noster procedit in foro interiori quo ad Deum, in quo si non lucri causa, nec dolo id fecerit, tunc cum cesset peccatum, debet etiam pœnitentia cessare. Et ita sunt interpretanda iura canonica supra in confirmationem nostri textus adducta. Notat *Sotus de iustitia, & iure, lib. 5. quæst. 3. art. 3. Couarru. lib. 1. Variarum, cap. 3. num. 12. Mexia* in dicta *Pragmatica conclusione 2. idem Couarru. in regula peccatum 3. parte, num. 3.*

7 Quintò, obstabit textus in *l. siquis à me, 32. ff. de actionibus empti, cap. per tuas de donationibus*, vbi apparet quod is, qui mensuris, vel ponderibus fraudatur poterit ad supplementum ex empto agere: ergo supplementũ absque vlla pœnitentia satisfaciet, sed respondendum est, quod & si ad supplementum ex empto agi possit, *l. 2.* dicta *l. siquis à me, ff. de actionibus empti*, & si reus non sit soluendo actio de dolo detur contra tertium dantem iniquam mensuram dicto §. *de eo*, & contra agri mensorem onoraria in factum, *l. 1. §. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit.* dicto *cap. per tuas de donationibus*, tamen ex inde Dei satisfactio non aufertur, & ideo pœnitentia iniungitur, vt supra resolutum est.

Ad textum in cap. cum dilecti 3. cap. cum causa 6. hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Venditio tenet, licèt in ea interuenerit deceptio vltra dimidiam iusti pretij; poterit tamen deceptus agere, vt vel res restituatur, vel pretiũ suppleatur.*

2 *Ven-*

2 *Venditionis substantia consistit in consensu, re, & pretio.*
Venditionis contractus bonæ fidei est vtro, citroque obligatorius.
Emptionis contractus est institutus ad hominum commercia conseruanda.
Plus petere quãdo quis dicitur, ibi exponitur.
3 *Venditio Ecclesiastica ex solemnitatis defectu nulla est.*
Interpretatur textus in cap. cum dilecti 3. de emptione, & venditione.
4 *Merita rei suæ quisque scire præsumitur.*
Venditor, qui tempore contractus iustum rei valorem sciebat, an possit agere remedio l. 2. C. de rescindenda venditione, ibi exponitur, & iura plura pro vtraque parte ad concordiam reducuntur.
5 *Expenditur textus in l. & ideo 23. ff. locati, & conciliatur cum l. 22. §. vltimo eiusdem tituli.*
Locatio emptioni similis est.
6 *Interpretatur textus in l. à Diuo Pio §. si pignora 3. ff. de re iudicata.*
7 *Interpretatur textus in l. siquis cum aliter 36. ff. de verb. oblig.*
8 *Ratio redditur ad textum in l. in bona fide 54. ff. de contrahenda emptione.*
9 *Interpretatur textus in l. si res æstimata, §. si mulier versic.* enim vero *ff. de iure dotium.*
10 *Species ponitur ad textum in l. Lucius 39. ff. familiæ erciscundæ.*
11 *Refertur ratio ad textum in l. 1. §. siquis infraudem 12. ff. si quid infraudem patroni iuncto §. sed si emerit eiusdem legis.*
12 *Textus in l. sed si vir 31. §. si duo ff. de donationibus inter, conciliatur cum. l. si sponsus 5. §. circa vẽditionem, ff. eodem.*
13 *Contrahentes se se ad inuicem decipere possunt, cum circumventio in foro exteriori non puniatur, & à iure gentium permittatur.*
14 *Ratio redditur ad textum in l. siquis 16. C. de rescindenda venditione.*
Vnusquisque rei suæ sine alterius iniuria arbiter, & moderator est.
15 *Ecclesia enormiter læsa habet remedium restitutionis in integrum contra alienationem rei suæ factam.*
Interpretatur textus in cap. cum dilecti 3. de emptione, & venditione.
Ecclesia neminem fraudare debet.
16 *Venditio rescinditur, vel mensura suppletur quoties deceptio in mẽsura, & quãtitate etiã intra medietatem iustæ mensuræ consistit.*
Deceptio in pretio differt à deceptione in mensura, vel quantitate, & ratio differentiæ redditur.
17 *Vnum si est in obligatione, illud recte petitur, quod est in obligatione; licet alter habeat facultatẽ illud vel alterum soluendi, & quomodo libellus concipiatur ibi exponitur.*

1 CONCLVSIO, tenet venditio licet in ea interuenerit deceptio vltra dimidiam iusti pretij: Poterit tamen deceptus agere, vt vel res restituatur, vel pretium suppleatur, aliàs si alterum præcisse petit sucumbit cõ tonat textus in *l. 2. l. si voluntate, l. quisquis 15. l. siquidem 16. Cod. de rescinda venditione*; *l. 1. l. si maior factus, l. supersticte Cod. de dolo, l. si ita scripta, Cod. soluto matrimonio, l. siquidem 11. Cod. de prædijs minorũ, l. maioribus 3. Cod. communia vtriusque iudicij, l. in omnibus, Codic. ex quibus causis maiores, l. iure fucursum 6. l. si res 18. ff. de iure dotium, l. Lucius, ff. familiæ erciscundæ, l. 1. §. sed si emerit 13. iuncto §. antecedenti, ff. si quid infraudem patroni, l. 56. titulo 5. l. 4. titulo 7. lib. 5. ordinamenti, l. 5. titulo 11. lib. 5. Recopilationis*, exornant *Pinelus* in dicta *l. 2. 1. parte cap. 1. Cod. de rescindenda venditione Cujacius* in presenti. & in dicta *l. 2.* & in *l. 1. Cod. si maior factus Cunanus lib. 7. cap. 9. Antonius Gabriel lib. 3. communium titulo de emptione, & venditione conclusione 1. Faquineus lib. 2. controuersiarum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiarum, cap. 16. cum sequentibus *Mantica de tacitis lib. 4. tit. 12. Antonius Gomez 2. tomo variarum, cap. 3. num. 22. Covarru. lib. 2. variarum, cap. 2. 3. & 4. Gaspar Rodriguez titulo 1. de annuis reditibus, quæst. 11. Abendaña de censibus lib. 1. quæst. 35. Sotus lib. 6. de Iustitia, & Iure, quæst. 3. articulo 1. Nauarrus in cap. nouit de iudicijs notabili 6. num. 46.* cum sequentibus, *Antonius Faber in rationali*, ad textum in *l. in causa 2. §. 2. ff. de minoribus*, idem de *erroribus decade 8. errore 7. Donellus* late in dicta *l. 2. Cod. de rescindenda*, & in *l. 1. Coace. si mator factus Osualdus ad eundē lib. 21. c. 13.* litera M. *Morla in emp. tit. 9. quæst. 8. & 18.* cum sequentibus *Pariadorius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 16. Gutierrez lib. 2. practicarum, quæstionum, quæst. 134. Ceuallos communium obtra cōmunes, quæst. 171 Fernandus Arias de Messa lib. 3. variarum cap. 14. num. 1.* cum traditis à *Cenedo* in *collectaneis* ad Decretales *collectanea 158. num. 1. 2. & 4.*

2 Ratio primæ partis est: videlicet venditionem valere, licet deceptio sit vltra dimidiam iusti pretij: quia non deficit in substantia siquidem consistit in consensu, re, & precio, quæ omnia in emptione desiderantur, vt constat ex eius diffinitione communiter à Doctoribus in Rubrica huius tituli recepta. Cū contractus bonæ fidei sit vltro, citroque obligatorius, qui consensu re, & precio perficitur, *l. in venditionibus 9.* cum alijs, *ff. de contrahenda emptione, l. 2. C. eodem l. 6. 8. 20. & 21. titulo 5. partita 3. l. nec emptio 8. l. domum 57. ff. de contrahenda emptione. l. exempto 11. & 13. ff.* eodem. Secundæ partis ratio ea est: scilicet venditorem vltra dimidiam iusti precij deceptū agere posse vt emptorem restituat vel pretium suppleat: quia emptionis cōtractus est institutus ad hominum commertia conseruanda maxime necessarius, & frequentissimus bonæ fidei est, cuius bonæ fidei contractus natura est, vt æquitas obseruetur, *l. si dolo, l. dolus, Cod. de rescindend. l. contractus, ff. de regulis iuris, l. bonam fidem, Cod. de actionibus, & obligationibus, cap. bona fides de deposito*, ac proinde propter huius contractus frequentiam magnas deceptiones arcere, & decepto consulere, æquitatis, & humanitatis ratio postulat: quare nouum remedium ex eadem ratione ab Imperatoribus proditum est in dicta *l. 2. Codic. de rescindenda*, & ab Alexandro III. in præsenti, & ab Innocentio III. in dicto *cap. cum causa 6. hoc titulo*, cū similibus. Tertiæ partis ratio est: scilicet, quia si vnum præcisse circumuentus petat, succumbit in cæteris, cum plus petere videatur, & Decani sententia in præsenti reuocatur ab Alexandro III. & comprobatur ab Innocencio III. in dicto *capite cum causa*: quia plus petit, quam ei debitum erat: nam sicut plus petit is, qui maiorē quantitatem, vel ante diem, vel alio in loco petit, *l. 2. §. final ff. de eo quod certo loco §. siquis agens institut. de actionibus, l. vnica, Codic. de plus petitionibus, cap. vnico*, eodem titulo vbi plura diximus, ita similiter plus petit is, cui aliquid in genere tibi, vel sub alternatiue debetur, & specialiter petit vt optimum exemplum refert Gregorius in dicto, *cap. vnico de plus petitionibus*. Vnde cum alternatim in dicta *l. 2.* & in præsenti remedium sit editum alternatim petendum est, vt nouiter exponendo textum in dicta *l. 2. Codic. de rescindenda*, Alexander III. in præsenti decreuit, & Innocentius in dicto *capite cum causa 6.* hoc titulo.

3 Pri-

3 Primò, obstabit dicere quod venditio Ecclesiastica ex solemnitatis defectu nulla est. *Capit. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. nulli de rebus Ecclesiæ* cum alijs ibidem à me traditis, sed consensus capituli est de solemnitate dicto *capit. sine exceptione, capit. 1. de his quæ fiunt à Prælato*. Ergo in præsenti venditio, quæ ignorante capitulo fuit facta vt ex littera textus constat, ibi, *ignorante capitulo* nulla erit ipso iure. Verum huic dubio omissa interpretatione *glossæ* in præsenti verbo *reddendam Hostiensis, Ioannis Andreas, Innocencij, Imolæ numero 12. Abbatis 4. Barbaciæ 9. Veroij 3.* verissime est dicendum quod licet fateamur venditionem rei Ecclesiasticæ absque debitis solemnitatibus celebratam ipso iure nullam esse dicto *capite sine exceptione*: tamen Alexander III. nō annullauit contractum venditionis; sed potius infirmauit sententiam Decani ex eo, quod venditionem illam nullam esse pronunciauit, cum canonici coram ipso Decano non egissent, vt venditio declaretur nulla propter defectum formæ, & consensus Capituli, sed principaliter tantum egissent, vt rescinderetur venditio propter læsionem, licet nullitatis remedio ex defectu solemnitatis agere possent, atque ideo ipse Decanus de re non petita non potuit pronuciare merito non debuit declarare venditionem nullam esse, quæ mero iure valebat: nec condemnare nisi de eo, quod petebatur, *cap. cupit dilectus. de oraine cognitionum*: quia sententia debet esse conformis libello, *capite. licèt eli de simonia, l. final Codice de fidei commissarijs libertatibus*, merito cum canonici de nullitate venditionis non egissent, nec ipsam in iudicium deduxissent iusta de causa Decani sententia vt nulla fuit de declarata ab Alexandro III. in præsenti, salua quæstione canonicis super deceptione precij vel consensu capituli in venditione non habito, vt in fine nostri textus apparet, vt notat *Cujacius* ibidem.

4 Secundò, nostri textus decisio difficilis redditur ex eo, quod quisque rei suæ merita scire præsumitur, & sic eius rei pretia nosse, nec creditur si dicat eius æstimationem ignorasse, cum eam vendidit, *l. quis quis Codic. de rescindenda venditione*, & sic pro minori pretio vendens donare videtur id, quod amplius erat argumento textus in *l. Campanus, ff. ae operis libertorum, cap. final de solutionibus*, ac per consequens venditionis cōtractus præ textu deceptionis rescindi non debet, argumento textus in *l. cū donationis, Cod. de cōtrahenda emptione*, igitur minus recte Alexander III. in præsenti decreuit venditorē decep tum agere posse ad rei venditæ repetitionem, vel supplementū iusti pretij. Quod dubiū vt diluatur exposcit, vt breuiter discutiamus illā difficilē quęstionē vtrū, scilicet vē ditor, qui tēpore contractus iustum rei valorem sciebat, possit agere remedio nostri textus, & fere omnes interpretes cōmuniter resoluūt venditorem ita à principio scientē remedio illo agere non posse, quos refert *Couarru. lib. 2. variarum, cap. 4. Pinellus* in dicta *l. 2. 1. parte c. 1. n. 11.* iuuatur nāque ex iuribus supra in argumento adductis: tū etiā: quia scienti venditori non fit iniuria, nec dolus, *l. nemo videtur, ff. de regulis iuris, cap. scienti*, eodem titulo *lib. 6.* ergo cum venditor non sit læsus hoc remedio vti nō poterit cū solū

læsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

læsis sit concessum ex dicta *l.* 2. cũ similibus, sed contrariam sententiã Christianis moribus veriorem esse putamus, scilicet remedium hoc non negari læsis vltra dimidiam, & si probetur eos fuisse conscios iusti pretij, quæ probatur ex generalitate nostri textus & dictæ *legis* 2. *l. si voluntati*, *Cod. de rescindenda*, quæ cũ generaliter absq; distinctione sciẽtiæ vel ignorantiæ æstimationis loquantur, sic nec nos distinguere debemus, *l.* 1. §. *generaliter*, *ff. delegatis præstandis*, suadetur etiam hæc sententia exeo quod æquitatis ratio, qua nititur remedium illud etiam militat in eo, qui verum rei suæ valorem sciebat, cum potuisset se moueri ad venditionem illam propter necessitatem, vel aliam iustam causam. Deinde quia iura semper succurrere volunt hominibus dissipantibus bona sua: præterea quia si prima sentẽtia vera esset, fere nunquã locus esset remedio nostri textus, cũ regulariter vnusquisq; sciat rei suæ valorem dicta *l. quisquis Cod. de rescindenda*. Quibus fundamẽtis hãc sentẽtiam amplectitur *Pinellus*, vbi supra *num.* 10. cũ sequentibus *Morla in emporio* dicto *titulo* 9. *quæst.* 24. *Couarru.* dicto *cap.* 4. *num.* 16. cum multis ab eodẽ relatis. Cui sentẽtiæ non obstat fundamẽtũ pro cõmuni opinione supra adductũ: quia respõdetur, quod licèt ius præsumat venditorem rei vẽditæ pretium scire; illa tamen præsumptio eliditur, & confunditur ex alia fortiori præsumptione argumẽto textus in *cap. literas de præsumptionibus*, *l. diuus*, *ff. de in integrum restit.* *l. non solum ff. de ritu nuptiarum*. *Menochius de præsumptionibus lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 1. cum sequẽtibus, & ex eo orta: quia quis non præsumitur proprium iactare patrimonium, *l. cum de in debito* 25. *ff. de probationibus*, cum in dubio non est præsumenda donatio, dicta *l. cum de in debito* 25. §. *si vero*, *l. final. Cod. de nouationibus*, *l. Campanus*, *ff. de operis libertorum*: nam licet venditor fuerit in culpa ignorando pretium rei suæ, emptor tamen ita enormiter eum decipiendo, præsumitur in dolo fuisse: dolus enim, & iniquitas præponderatur culpæ læsi: ideòq; scientia læsi tollerari non debet, hoc remedium docent post *glossam*, in dicta *l. quisquis Albericus*, in dicto *cap. cum causa* 6. *num.* 4. *Pinellus*, vbi supra *num.* 13. Nec obstat textus in dicta *l. cum donationis*, *Cod. de contrahenda emptione*: quia procedit eo in casu, quo venditor in contractu ipso id, quod amplius est donat emptori, seu ei remittit: nam eo ipso, quod id fecit, satis huius beneficij actionem remisit: ac pro inde nec eo vtitur, cum per inde habeatur, ac si id, quod deficit, ab emptore ac cepisset; cum satisfactio illa pro solutione habeatur, *l. satisfactio*, *ff. de solutionibus*. Notat *Donellus in dicta l.* 2. *Cod. de rescindenda num.* 9. licèt aliter senserint *Panormit.* in dicto *cap. cum causa* 6. hoc titulo *num.* 4. *Couarru.* vbi supra *Morla* dicta *quæst.* 24. *num.* 7.

5 Tertiò, obstat textus in *l. & ideo* 23. *ff. locati*: nam cùm in §. vlt. legis antecedentis Paulus diuisset in locationis contractu licitum esse quod plus est minoris conducere, vel quod minoris est pluris locare, statim in *l. & ideo* 23. Ermogenianus Consultus asserit prætextu minoris pensionis, si nullus dolus aduersarij probetur, locationem rescindi non posse, siquidem verba illius textus *minoris pretij*; similiter etiam reperiuntur in dicta *l.* 2. ibi, *maioris*, & ibi, *minoris*, & similiter asserit locationem non posse rescindi ob

ob læsionem vltra dimidiam, ergo verũ nõ est dicere rescindi vẽditionem cum lęsione vltra dimidiam celebratum, cum locatio emptioni simillima sit *l.* 2. *ff. locati*, §. 1. *Instit. de locatione, & conductione*, atq; ideo læsionis prætextu rescindi non poterit. Cui difficultati respondendum est nostrum textum, & dictæ *legis* 2. remedium nouiori iure Imperatorum Diocletiani, & Maximiniani inuentum esse, & tempore Iuris Consultorum fuisse incognitum: constat primo ex verbis textus dictæ *legis* 2. ex quibus apparet remedium hoc solum æquitate, & humanitate fundari; Vnde non obscure significant diuersum ius antea fuisse, iuxta ea, quæ antea scripta erant, scilicet nullum remedium læsis in pretio competere: Argumento textus in *l. placuit Codice de iudicijs*, *l.* 1. *Codice de legibus*. Præterea: quia in Iuris Consultorum responsis nullum extat verbum, quo certa læsionis quãtitas distinguatur, quod apud Cęsares, & Pontifices distinctum est, vt apparet in dicta *l.* 2. & in nostro textu cum similibus, nec in toto titulo, *ff. de rescindenda venditione* vllum huius rei vestigium reperitur. Cum ergo Imperatores nouiter hoc ius & remedium, seu beneficium introduxissent, mirum non est Ermogenianũ in dicta *l.* [illegible] *ideo* 23. *ff. locati* sentire locatorem prętextu minoris pensionis rescindi non posse cessante aduersarij dolo, cum suo tempore remedium hoc non vigisset, vt bene animaduertit *Pinellus* in dicta *l.* 2. *Cod. de rescindenda* 1. *parte*, *cap.* 2. *num.* 2. cum sequentibus, *Antonius Faber in rationali* ad textum in dicta *l. & ideo* 23. *ff. locati*.

6 Quartò, obstat textus in *l. à Diuo Pio* §. *si pignora* 3. *ff. de re iudicata*: vbi verbis geminatis traditur creditorem non posse circumuentionem, vel exceptionem pignorũ pro re, vel quantitate sibi debita, etiam si longe minus acceperit petere, vt constat ex verbis illius textus, ibi, *non posse eum, quod amplius sibi debetur petere*: quę verba aperte probant lęsum vltra dimidiam creditorẽ in pignorum acceptione, quæ ipsi in solutum datæ fuerunt remedio nostri textus su currẽdũ esse. In cuius textus difficultate, *Iason*, ibidẽ, *n.* 3. *Socinus regula* 236. *&* 436. Asserũt beneficiũ dictę l. 2. locũ nõ habere, quãdo res creditori adiudicatur; & in ea adiudicatione speciale ius esse ob auctoritatem iudicis in eo actu interueniente. Sed verius est dicendum Vlpianum Iuris Consultũ non fuisse assequutuum nouum remedium dictæ *legis* 2. Cum apud illos incognitum esset: potuit etiam in specie illius textus remedium illud creditori denegari: quia cum non inuitus, sed volens rem in solutum accepisset post discussionem, & alia solemnia residuum debiti, velut pacto transegisse, & remisse videtur. Argumento textus in *l. si intra*, *ff. de pactis* docet *Pinellus*, vbi supra *num.* 5.

7 Quintò, prædictis obstat textus in *l. siquis cum aliter* 36. *ff. de verborum obligationibus*: nam cum in prima textus parte Consultus egisset de stipulatione, dolo, & calliditate stipulantis cõcepta, qui dolus tempore inhiti contractus interuenit, doli mali exceptione summouetur. In secunda vero parte Consultus subdit idem iuris esse, & si nullus dolus stipulantis interfuerit, si res ipsa in se dolum habeat, ex quo Vlpianus respexisse videtur ius, & remedium

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictæ *legis* 2. cum ob læsionem vltra dimidiam rescindi stipulationem illam affirmet, quam læsionē appellat dolum re ipsa ad differentiam doli ex maquinatione: igitur ætate, & temporibus iuris consultorum cognitū extat remedium dictæ *legis secundæ*. Cui difficultati omissa interpretatione *glossæ*, ibidē verius respondendum est iuris consultum in ea lege de remedio *legis secundæ* locutum non fuisse; quod aperte ostenditur in secunda parte dictæ *legis siquis cum aliter* dum in ea apparet dolum illum tempore conuentionis non fuisse, sed solum versari cum postea ex ea stipulatione agitur, quod manifeste indicāt verba Cōsulti in dicta, *l. siquis*, quæ ad decisionem, & remedium dictæ *legis secundæ* nullatenus applicari possunt, cum in ea fraus, & læsio nō attendatur, nisi tempore contractus, *l. si voluntate, Cod. de rescindenda*, merito verior sensus dictæ *legis siquis cum aliter*, is est, quod in vtraque eius parte agens in dolo erat: in prima parte fuerat dolus à principio conuentionis: in secunda vero tempore iudicij: ideoque pariter doli exceptio aduersus agentē datur, exemplum autem secundæ partis extat in *l.* 2. §. *circa*, *ff. de doli exceptione*. Cum ergo Consultus in dicta *l. siquis cum aliter* de remedio dictæ *legis* 2. nihil sentiat consequens est, eam decisionem superioribus traditis non repugnare.

8 Sextò, prædicta solutio impugnatur ex textu in *l. in bona fide* 54. *ff. de contrahenda emptione*, vbi Paulus Cōsultus affirmat rem bona fide venditam propter minimā causam non rescindi: ergo videtur Cōsultus distinguere inter modicam, & magnam læsionem in pretio quasi diceret ob modicam læsionē, venditionē non rescindi, propter magnam vero hoc est vlta dimidiā iusti pretij rescindi posse: igitur ætate, & temporibus Pauli huius remedij ratio habebatur. In qua difficultate omissa *glossa* interpretatione ibidem, quam sequitur *Conanus lib.* 7. *comment. cap.* 9. Verius respōdendum est textum illum accipi nō posse de venditore in pretio læso: nam verbum illud *causam* pretio applicari non potest, *l. siquis donationis* 38. *ff. de contrahenda emptione*: nam ibi nulla mentio habetur certæ quātitatis, nec electionis, de quibus specialiter loquitur textus noster, & textus in dicta *l.* 2. quare verior illius textus sensus est; quod ibi nullatenus fuerat dolus ex parte venditoris, emptor autē volebat emptionem irritare ob leuem causam, quod ei denegatur: quia cessante dolo venditoris non rescinditur cōtractus, sed tantum datur actio quāto minoris, *l. quoties* 61. *ff. de ædilitio edicto*, *l. Iulianus* 14. *ff. de actionibus empti*, vt constat ex inscriptione dictæ *legis in bona fide*, quæ est Pauli *lib.* 1. ad edictum ædilium Curuliū: itaque illius textus sensus est vendi tionem rei bona fide celebratam ex edicto ædilio non rescindi propter leuem aliquam causam docet *Pinellus* vbi supra *num.* 9. *Antonius Faber in rationali*, ad eundem textum vbi plura refert.

9 Septimò, supra dicta impugnantur ex textu in *l. si res æstimata* 13. §. *si mulier*, versic. *enim vero*, *ff. de iure dotium*, vbi si mulier, quæ dotem marito constituit dixerit se circumuentā & minoris seruum æstimasse, in ea specie Vlpianus distinguit, quod si mulier non tantū in minori serui ęstimatione circūscripta est, sed in eo quoque, quod seruū dedit, aget mulier ad serui restitutionem,

tionem, si vero in ęstimationis modum circumuenta fuerit, in arbitrio mariti est iustam æstimationem, vel seruum præstare; si seruus viuit: si vero mortuus est ęstimationē, quæ facta fuerit, præstabit maritus, ex qua specie colligitur mulierē, quæ res æstimatas in dotem marito tradidit, & consequenter ipsas vendidit ex *lege plerumque* cum vulgatis, *ff. de iure dotium*, si in venditione læsa sit agere posse ad rei venditę restitutionem, vel ad iustę ęstimationis supplementum, eiusque rei electionem marito emptori præstare: igitur aperte textus ille probare videtur decisionem nostri textus, & dictę *legis* 2. *Cod. de rescindenda* ætate consultorum cognitam omnino fuisse. Cui difficultati omissis varijs interpretationibus traditis à *glossa in l. iure succursum* 7. *ff. de iure dotium*, & in dicta, *l. si res*, §. *si mulier* verisime est respondendum textum illum in hac læsione vltra dimidiam iustæ partis dotis intelligi nō posse. Cum iuris consultus, ibi nihil de certa quantitate læsionis distinguat, sed specialiter procedit in causa dotisin, qua nulla læsio maior, vel minor, quæ in æstimatione dotalium inueniatur, debet emendari, nec tanta læsio requiritur, vt aperte probare videtur consultus in dicta, *l. si res*, §. 1. *ff. de iure dotium*. Tum etiam: quia simpliciter emendatur lęsio, nulla adhibita distinctione, an magna vel modica sit: atque ideo Iurisconsulti verba non sunt accipienda de lęsione vltra dimidiam iuxta regulam textus in *l. de pretio*, *ff. de publiciana*. Deinde: quia causa dotis æquitati, & beneficio minoris ætatis ęquiparatur; vt constat ex eodem textu, ibi, *& in minori circumuenta*, sed minori viginti quinq; annis succurritur in minori læsione non expectata hac vltra dimidiam deceptione, vt omnes agnoscunt cum *glossa* in *l. in causæ*, 9. *idem Pomponius*, *ff. de minoribus*, *l. scio* 4. *ff. de in integrum restitutione minorum*. Igitur non obscure sentit consultus æstimationem rerum dotalium emendandam esse non solum maximam læsionem, sed etiam modicam obtinentem, quod etiam in dote obseruatur, merito coniugi læso in æstimatione rerum dotalium semper succurrēdum est, non solū vbi lęsio excedit dimidiam iustæ ęstimationis, sed etiam vbi minor læsio est, cuius specialis iuris ratio maximam æquitatem habet: nam quoties res ęstimata in dotem datur, non simplex venditio fit, sed dotis causa, *l. quoties* 17. *ff. de iure dotium*, in qua multa ex sinceritate, & bona fide, inter cōiuges in causa dotis occurrūt iuxta regulā text⁹ in *l. eas. obligationes* in fine, *ff. de cap. deminutis glossa*, in *authentica de æquitate dotis* verbo *negociatione* docet *Pinellus* vbi supra, *num.* 10. cum sequētibus. Eodemque modo est interpretandus textus in *l. iure succursum* 7. §. *si in dote*, *ff. de iure dotium*. Vbi Pomponius affirmat, quod si in dote circūuentus sit alteruter, etiam si maior viginti quinque annis reperiatur, ei succurritur: quia bono & æquo non conuenit aliquem lucrari cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro, cuius textus decisio remedio dictę *legis* 2. minime congruit: nec secundum eam intelligi potest: quia non probat coniugem in æstimatione rerum dotalium vltra dimidiam læsum hoc remedio agere posse cum nullam læsionis quæstionem exprimat, cum de dote ad alias species extensio iuridica non sit: procedit ergo illius textus sententia in causa dotali in

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua speciale, & singulare ius seruatur propter æquitatem supra resolutam, quæ facit, vt omnis læsio in ea rerum dotalium æstimatione interueniens emendari debeat, vt docet *Pinellus*, vbi supra *num.* 13.

10 Octauò, prædictis obstat textus in *l. Lucius* 39 *ff. familiæ erciscundæ*, vbi cum duo fratres à patre emancipati curatores accepissent, & hi bona singulis administrarent, ea que diuiserũt, post distributionẽ soror fratri suo quæstionẽ mouit, quasi amplius accepisset, quam ipsa acceparat, in hac specie quæsitum fuit an sorori aduersus fratrem actio competat. Respõdit Paulus nullam sorori aduersus fratrem actionem competere, si frater non amplius ex redditu prædiorum communium accepit, quam pro hereditaria portione ei competeret. Idem respondit, si iudex fratribus alimenta decreuerit, & ex decretis alimentis frater amplius, quam soror accepisset: non tamen vltra partem dimidiam, ex qua specie manifeste deprehenditur, quod si fratres ex hæreditaria causa communia bona habentes diuiserint, frater, qui amplius, quam dimidiam partem accepit, potest ab altero fratre conueniri, vt insinuant illa textus verba ibi: *non tamen vltra partem dimidiam sed diuisio bonorum vicem emptionis obtinet, l. 1. Cod. communia vtriusque iudicij*: igitur & ætate Consultorum læsis vltra dimidiam subuenitur, & consequenter remedium dictæ *legis* 2. eo tempore iam cognitum erat. Sed respondendum est illius textus sentẽtiam ad decisionem dictæ *legis* 2. referri non posse, atque ideo eius expositio facilis erit, si seriem, & contexturam legis attente inspiciamus: loquitur ergo Consultus de fratre, & sorore communia bona habentibus, frater autem ad alimenta aliquid plus accepit: respondit ergo Consultus non ideo actionem dari aduersus fratrem, si is non vltra dimidiam partem acceperit, id est nõ vltra redditus suę partis, quę dimidia erat ad eum etiam fructus expectant, atque bonorum pars pertinet, *l. non ambiguum, Cod. familiæ erciscundæ*, igitur cum de remedio dictæ *legis* 2. non tractetur superiorem animaduersionem non perturbat: notat *Pinellus* vbi supra *num.* 20.

11 Nonò, hucusque resoluta turbari videntur ex textu difficili in *l.* 1. §. *siquis in fraudem* 12 *ff. si quid in fraudem Patroni*, vbi si libertus in fraudẽ Patroni rem vendiderit Vlpianus dubitat quale sit arbitrium iudicis, respondit que conditionem emptori deferri debere, vtrum malit rem emptam iusto pretio habere, an vero pretio recepto à re discedere, ex qua Vlpiani decisione aperte colligitur, quod si libertus, qui fraudãdi sui Patroni causa rem vendidit, & in pretio læsus sit arbitrium, & electio emptoris est, vtrũ malit emptionem ratam esse iusto, & legitimo pretio, an vero ab emptione discedere pretio, quod dedit, recepto, quod omne decissum est in dicta: *l. 2. Cod. de rescindenda*: ergo remedium dictæ *legis* 2. Vlpiani temporibus fuit obseruata. Augetur difficultas, ex §. *sed si emerit* statim sequenti, vbi si libertus in fraudem Patroni rem magno pretio emerit, ipsi emptori electio nõ est, an vellit ab emptione discedere, sed venditori, vtrum mallit de pretio remittere, an potius rem, quam vendidit, soluto pretio recipere: quod est omnino contra ea, quæ proxime tradiderat, & contra nostri textus decisionem, in qua electio non venditori, sed emptori potius tribuitur:

buitur. Cui difficultati respõdẽdũ est Vlpianũ in dicto §. *siquis in fraudẽ* 12. loquutũ nõ fuisse de remedio dictæ *legis* 2. cũ eius decisio maxime differat à Cęsarũ constitutione in dicta, *l.* 2. Nã Vlpianus loquitur eo casu, in quo libertus in frudẽ Patroni dolo malo rem vendidit, & in pretio læsus est nulla læsionis, seu deceptionis quãtitate expresa: tũc enim venditio rescindi non debet, quasi dolo malo liberti celebrata: ne emptor, qui fraudis, vel doli cõscius non fuit, precio suo fraudetur: nã licet alienationes dolo malo factæ actione Fabiana omnimodo reuocẽtur, *l. si alienatio.* 1. *ff. si quid in fraudẽ patroni*, tamen hoc procedit in alienationib⁹ lucratiuis, gratiſue factis, nõvero in onerosis; veluti emptionis, & venditionis; in quibus receptũ est eũ, qui rẽ à liberto in fraudem Patroni dolo malo venditam bona fide accepit pretium, quod dedit amittere non debere; sed Patronus reddere tenetur; cum tractet de lucro captãdo, vel emptori cõditio defertur, vtrũ mallit rem emptam iusto pretio accipere, an vero à re discedere pretio recepto: quæ electio ei tribuitur: quia bona fide emit & de dolo eius nõ disputatur, sed de dolo liberti, vt cõstat ex dicto, §. *si quis* in fine: at vero in §. sequenti liberto, qui in fraudem Patroni rem magno pretio emit, cõditio nõ defertur, sed venditori: quoniã ipse libertus dolo malo rem emit, & ne ex dolo suo cõmodũ cõsequatur amittit eligẽdi facultatẽ, an velit ab emptione discedere. Venditor vero, qui bona fide vendidit, & dolo caruit, ideo ei datur electio, vtrũ mallit pretium remittere, an pot⁹ rẽ, quã vẽdidit, recipere pretio soluto. Imperaratores vero in dicta *l.* 2. *C. de rescindẽda* loquũtur de vẽditione bona fide facta, quę in se læsionẽ cõtinebat, eaq; expressa, & determinata statutum est, vt, si dimidiam iusti pretij partem excedat, contractus rescindi possit, vel quod iusto pretio deest suppleri debeat. Igitur Vlpianus de remedio huius legis minime tractat: & consequenter resolutioni supra adductæ nõ obstat.

12 Decimò hucusq; tradita dubia reddũtur ex textu in *l. sed si vir* 31. §. *si duo ff. de donationibus inter.* Vbi si duo mãcipia fuerint, singula quinis digna, set vtrũque vnis quinque donationis causa à viro, muliere, vel è cõtra venierint, respondit Paulus cõmunia esse mãcipia proportione pretij, nec expectãdũ esse quãti mãcipia sint, sed quãtũ ex pretio donationis causa sit remissũ: ex qua decisione, desumitur vẽditionẽ minori pretio inter virũ, & vxorẽ celebratã, nõ valere, ex dicta *l.* 2. *C. de rescinda*, quę statuit irritari posse vẽditionẽ ob lęsionẽ, & deceptionẽ vltra dimidiã iusti pretij: ergo iã vigebat Pauli tẽporibus. Augetur difficultas ex textu in *l. si spõsus* 5. §. *circa vẽditionẽ, ff.* eodẽ; vbi si maritus animũ vẽdẽdi nõ habẽs id circo in vẽditionẽ cõuent⁹ fit vt donaret vxori nullius momẽti venditio est, sed si vẽdẽdi animum habẽs expretio ei remiserit vẽditio valet, remissio autẽ hactenus nõ valet, quatenus locupletior facta est: itaq; si res quindecim valens, venit quinque, nũc autẽ sit decẽ, quinque tãtũ præstanda sunt: quia in hoc locupletior videtur facta vt ipsis met verbis Vlpianus scribit. Ex qua specie manifeste deducitur venditionẽ maiori pretio inter coniuges factã validã esse: pretij vero remissionem non valere, quatenus locupletior redditur vxor. Sed respõdendũ est, tex. in dicta, *sed si vir* 31. §. *si duo* de, remedio dictæ *legis* 2. non tractare nec ibi inualidare venditionẽ: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

venditor vltra dimidiam læsus esset, cum nulla ibi huius læsionis mētio fiat: nec de certa deceptionis quantitate exprimatur, sed huius venditionis nullitas alia diuersa ratione nitatur, quę ex eo petēda est: cùm maritus mancipia digna quindecim, quinque vendidit, & sic minori pretio vxori donationis causa vendidit, quæ donatio cùm locupletiorem redderet vxorem, ipso iure non valet ex regula textus in *l.* 1. cum sequentibus, *ff. de donationibus inter.* At vero in dicto, §. *circa* maritus pretio legitimo rem vxori vendidit, licet postea donationis causa aliquid ei ex pretio remiserit. Vnde mirum nō est validam, & ratam venditionem manere; remissionem vero, ex qua vxor locupletior efficitur non valere ex regula textus in dicta *l.* 1. cum sequentibus, *ff. de donationibus inter*, & sic quinq; sunt præstanda: quia in hoc vxor locupletior facta est. Vnde constat Consultum in dicto, §. *si duo*, non agere de remedio dictæ *legis* 2. Nam si ex empto ibidem tradito loqueretur, decem vxori præstanda esse affirmaret: quia res quindecim digna, quinque tantum venit, nec expectaretur pretium rei tempore iudicij cępti, vt affirmat Consultus in ea specie.

13 Vndecimò, adhuc textus noster difficilis redditur ex illo iuris principio, quo docemur licitum esse contrahentibus se se ad inuicem decipere, *l. in causæ* 17. §. *idē Pomponius, ff. de minoribus, l. ité pretio* 9. *final ff. locati*: ergo remediū deceptionis vltra dimidia in specie nostri textꝰ locū habere non potuit. Cui dubio omissis pluribꝰ interpretationibus quas refert, *Pinellus* in dicta *l.* 2. 1. *parte cap.* 1. *n.* 35. Verius dicendum est circumuentionem in pretio in foro exteriori licitam esse, idest, non inhonestā, vel iniustam, sed humano iure non puniri, cùm naturaliter permissa sit hoc est iure gētiū: nam secundum exactissimam illam priorem æquitatem naturalem, nō licebat contrahentibus in vicem se se in pretio, nec in alia re circumueniri: cū secundū eā naturalē rationē omnes homines cognationis, & dilectionis lege cōtinebātur, *l. vt vim ff. de iustitia, & iure l. iure succursum* 7. §. final ff. *de iure dotium*, sed postea humana ratione gentium iudicio compertum est permittendam esse eam læsionem in pretio, ne ex nimia æqualitatis obseruatione commercia turbarentur, cum aliàs venditio nulla secura permaneret quo ad Reipublicę tranquilitatē, & magis consentaneum fuit, merito cum venditio illa à minori facta valeret, iusta de causa restitutio in integrū eis fuit necessaria; secus vero erit dicendum si vltra dimidiam iusti pretij lęsio fuerit etiam apud maiores facta: nam tunc licet venditio valeat, ramē rescinditur ex nostri textus sententia, & ex dicta, *l.* 2. notat *Antonius Faber* in *rationali* ad textum in dicta, *l. in causæ* 17. 9. *idem Pomponius. ff. de minoribus*, de qua ré plura refert, *Diuus Thom.* 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. *Soto de Iustitia, lib.* 6. *quæst.* 2. *art.* 3.

14 Duodecimò, prædictis obstat textus in *l. si quos* 16. *Cod. de rescindenda Venditione*: vbi si exactor, qui à fisco præfectus est in tributis, & alijs publicis præstationibus exigendis, si propter publicas pensitationes res debitorum fisci ob cessationem tributorum sub actione, seu sub astatione publica non iusto pretio, sed viliori rem illam distraxerit, recta venditio non est, nec dominium in emptorem transfertur, sed actiones dominis integræ seruantur: ergo venditio rescindi potest, etiam si res viliori pretio vendita sit: & etiam si intra dimidiam iusti pretij deceptio appareat. Sed respondendum est, nostri textus decisionem ad eas solum venditiones pertinere, in quibus quis rem suā, aut pro sua vendit, non vero ad venditionem rerum priuatarum, quas fiscus de bonis debitorum suorum vendidit, ob cessationem tributorum, vel aliarum functionum publicarum: nam in huiusmodi venditionibus æstimanda est qualitas rei venditę, & quantitas fructuum, & secundum hæc iustum pretium statui debet, aliàs autem, si aliter res venditæ fuerint, venditio non valet: Et ratio exprimitur in fine illius textus, ne plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio consequatur. Ratio diuersitatis, quare in vēditionibꝰ fiscalibꝰ exigitur potius, vt res iusto pretio vendatur, quam cum veri domini res suas vendunt, ea est: quia vnusquisque de re sua statuere potest sine alterius iniuria, *l. in re mandata Cod. mādati*, cum vnicuique liceat conditionem suam deteriorem facere, non alienam, *l. soluēdo ff. de negotijs gestis*, quæ ratio cessat in re pro fiscali debito minori pretio vendita, siquidem aliena negocia exacto, & diligentiori officio sunt gerenda, vt late refert *Donellus* in dicta, *l. siquos* 16. *Cod. de rescindenda.*

15 Decimotertiò, aduersus nostrum textum obstabit dicere quod Ecclesia enormiter lęsa habet remedium restitutionis in integrum contra alienationem suæ rei factam, *cap.* 1. *de in integrum restitutione*, *cap. ad nostram de rebus Ecclesiæ*: ergo rectè pronunciauit Decanus venditionem illam non teneri, & consequenter videtur minus rectè ab Alexandro III. reuocatam fuisse, sed omissis plurimis interpretationibus verissimè respondendum est ideo in præsenti Decani sententiam fuisse ab Alexandro III. reuocatam, nec in integrum restitutionis beneficiū locum habere potuisse: quia in specie nostri textus restitutio in integrum aduersus contractum non fuit petita, vt ex littera textus constat: nam si petita fuisset optimè Decanus pronunciasset rem restitui; fuit tamen in præsenti intentatum remedium dictæ *legis* 2. *Cod. de rescindenda*: atque ideo, cùm venditio illa mero iure valeret, vt diximus in ratione decidendi, merito non rectè Decanus iudicauit venditionem illam propter læsionem nullā fuisse. Nec obstabit, si instes ex illo iuris principio, quo docemur Ecclesiam neminem fraudare debere, *cap. per tuas de donationibus, cap. de iudicys* 17. *quæstione* 1. *capit. constituit.* 20. *quæst.* 3. *glossa in cap. hoc ius porrectum*, verbo *vt plus* 10. *quæst.* 2. *cap. cum dilecti de his quæ vi*: ergo cum in præsenti Monasterium decepisset, debuit cōtractus rescindi, etiam si lęsio fuisset intra dimidiam: quia respondendum est, id verum esse in foro interiori, ita vt Ecclesia teneatur iustū pretium supplere ei, quem deceperit etiam intra dimidiam. Notat *Veroius* in præsenti, *num.* 20. *Mattença*, in dicta *glossa* 8. *num.* 11. Verū hæc sententia licet æqua, & rationabilis sit in foro interiori, tamen in contentioso recipi non potest, ex nostri textus decisione, & ex dicto *capite cum causæ*, hoc titulo, cum decisio textus in dicta *l.* 2. sit approbata à Iure Canonico ex nostri textus decisione. Notat *Pinellus* in dicta, *l.* 2. 1. *parte*, *cap.* 2. *num.* 34. *Mattença*, vbi supra *num.* 10. liquidem ratio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio, quæ Imperatores mouere potuit vt venditio valeret, etiam si infra dimidium deceptio fuisset, scilicet ne multiplicentur lites, ea etiam procedit de iure Canonico iuxta textum in *cap. finem litibus* cum vulgatis *de dolo, & contumacia.*

16 Decimoquartò, solutio supra ad lucta impugnatur ex eo, quod quoties deceptio contingit in mensura, & quantitate, etiam intra medietatem iustæ mensuræ, & quantitatis venditio rescinditur, vel mensura suppletur, *cap. per tuas de donationibus, l. si secundum §. si modus, ff. de actionibus empti, l. si in emptione, ff.* eodem *l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrahenda emptione, l. si seruus, §. qui quinque ff. delegatis* 1. ergo & idem in pretio admitti debet. In qua difficultate *glossa*, verbo *inuenerunt* in dicto *cap. per tuas, de donationibus* asserit discrimen versari inter deceptionẽ in pretio, & inter deceptionem in quantitate, vel mensura ita, vt in precio vsque ad dimidiam sustineatur: si vero in quantitate, vel mensura deceptio fuerit, omnino suppleri debeat ex dicto *cap. per tuas* cum similibus supra adductis, sed rationem differentiæ assignare difficile est vt refert *Couarru. in practicis quæstionibus, cap. 3. num. 8.* Sed veriorem esse existimo, quam refert *Pinelius* in dicta *l. 2. 3. parte cap. 2. num. 2.* dum affirmat eam esse: quia cum deceptio in precio contingit, vterque contrahẽs satisfacit in his, quæ conuenta sunt: nam venditor rem integram tradit, & emptor precium conuentũ, ideoque non ita facile læsis in precio subuenitur: at vero cũ res in quantitate minor, vel maior inuenitur, non satisfactsiest conuentioni, nec contractui, & ita minor deceptiõ sufficit, vt succurratur, cum maior deffectus substantiæ, vel quantis, quam pretij censeatur. Argumento textus in *l. de mum, ff. de contrahenda emptione.* Et pro interpretatione ad textum in *l. si superstite 5. Cod. de dolo*, versic. *Sane si læsa est immodico* iunctο versic. *propter paternam reuerentiam.* Videndus est *Pinellus*, vbi supra 1. *parte, capit. 4. num. 22.* videndus est etiã textus in *l. 3. Cod. si vendito pignore agatur*, & *l. si seruus, §. quod si seruus, ff. de ædilitio edicto.*

17 Decimoquintò, impugnatur nostri textus decisio ex illo iuris principio quo docemur, quod si vnũ est in obligatione, & alterũ in solutione illud rectè petitur, quod est obligatione, & licet alter habeat facultatem, illud, vel alterũ soluendi iuxta textum in *l. miles, §. decem, ff. de re iudicata, l. item veniunt 22. §. eodem rectè, ff. de petitione hæreditatis.* Sed in præsenti in obligatione erat rem restituere, vt docet *glossa*, verbo *iudicis* in *l. 1. Cod. de rescindenda*: argumento textus in *l. si ex legati causa ff. de Verborum obligationibus, l. si res æstimata, §. 1. ff. de iure dotium.* Ergo rectè potuit peti res, & Decanus iudex pronunciare eam restitui, licet ipse reus haberet electionem soluendi alterum. Cuius dubij solutio pendet ex illa difficili quæstione: vtrum, scilicet rei restitutio sit in obligatione; supplementum autem pretij in solutione, an vero vtrumque sit in obligatione; cum multum intersit ad id, scilicet, vtrum re peremptа cessет huiusmodi capitis remedium: nam si vtrumque est in obligatione, etiam re peremptа adhuc ad pretiũ agi poterit, *l. si in emptione, §. si emptio, ff. de contrahenda emptione, l. Sthichum, aut Pamphilum, ff. de solutionibus.* In qua quæstione non nulli affirmant vtrumque esse in obligatione,

ne, tam rei restitutio, quam pretij suplementum. Ita sentiunt, *Couarru. lib. 2. Variarum, cap. 4. num. 13. Pinellus*, vbi supra 3. *parte, cap. 3. numero 2. Veronus* in præsenti, *num. 73.* & 79. Sed verissima est, quam referunt, *Baldus, Bartolus, & Salicatus*, in dicta, l. 2. dũ asserunt solam rei restitutionem esse in obligatione: at vero supplementum pretij tantum in solutione. Quæ doctrina suadetur ex textu in *l. si res æstimata, §. 1. ff. de iure dotium*, & sic re peremptа emptor non tenetur ad supplemetum pretij, & secundum hãc sententiam est interpretandus textus in dicta, *l. si ex legati, ff. de Verborum obligationibus, l. illud aut illud ff. de constituta pecunia*, quam sententiam magis placuit, *Couarru.* vbi supra *Matienço* dicta *glossa 5. num. 2.* Atq; ita libellus in hac actione rectè concipitur cum petitione rei sine electione, vt notat *Baldus* in dicta *l. 2. num. 19. Matienço* dicta *glossa 5. num. 2.* licet cõsultius sit petere rem, vel supplementum pretij: notat *Gregorius Lopez in l. 56. titulo 5. partita 5. glossa* verbo *quæ culpa Antonius Gomez* dicto 2. *toma cap. 2.* Nec obstat textus nostrer vbi contrarium videtur decissum, quia licet libellus simpliciter formetur petendo rem, tamen sententia debet esse alternatiua hoc est ad rem, vel pretium, vt seruetur forma nostri textus argumento textus in §. 1. *Inst. de officio iudicis* merito hac de causa ab Alexandro III. in præsenti fuit Decani sententia reuocata, notat *Veronius* in præsenti *num. 79. Antonius de Burgos, num. 62.* (?)

Ad textum in cap. peruenit 4. hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Vxori, si ex mariti bonis potest consuli, rem propter nuptias sibi donatam, eaque consentiente venditam, non poterit postea repetere ab emptore triginta annis possidente, maxime si pretium in communes vsus versum fuit.*
2 *Dos, sicut soluto matrimonio ad vxorem redire debet, ita ad maritum, vel eius successores donatio propter nuptias.*
3 *Exponitur textus in authentica siue ame C. ad S. C. Velleianum.*
Maritus prædia dotalia in æstimata neque alienare, neque pignorare poterit.
5 *Impedito agere non currit præscriptio.*
Eius est nolle, cuius est velle.
6 *Marito pertinet matrimonij onera subire, atque ideo rerum dotalium, & earum fructuum dominus dicitur.*
7 *Perfectum vnũ ex plurimis imperfectis fieri non potest.*
8 *Solemnitas extrinseca non præsumitur, sed specifice probanda est.*

1 CONCLVSIO. Si ex mariti bonis potest Consuli vxori, rẽ propter nuptias sibi donatam, eaque consentiente venditam non poterit postea repetere ab emptore triginta annis possidente, maxime si pretium in communes vsus versum fuit. Quæ conclusio cõprobari potest ex textu in *Cap. & si necesse, cap. nuper, cap.* final *de donationibus inter cap. Sanctorum, cap. nauiganti de præscriptionibus, authent. dos data, l.* final *Cod. de donationibus propter nuptias authent. æqualitas, l. morte Cod. de pactis Conuentis authent. & immobi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia in principio collationes 5. authent. siue ame, Cod. ad Veleianum, l. cum cæterum, l. si absponso, Cod. de donationibus propter nuptias, l. 2. & 3. titulo 11. partita 4. l. 3. titulo 15. partita 6. l. 52. Tauri l. 4. titulo 2. lib. 5. Recopilationis, l. 1. titulo de las Arras, lib. 3. fort exornant Mascardus de probationibus conclusione 1371. Mãtica decisione 101. Seraphinus decisione 1125. num. 3. & decisio. 2307. num. 7. Surdus decisione 231. num. 19. Suarez titulo de las Arras, num. 44. Barb. in l. 1. ff. soluto Matrimonio parte 5. num. 50. Couallos, quæst. 717. num. 47. Iulius Clarus §. donatio, quæst. 11. Aplicatis decisio. 313. Montanus titulo de las Arras, num. 2. Baeza de non meliorandis filiabus, c. 29. nu. 4. Antonius Gomez in l. 50. Tauri num. 9. Couarru. in 4. 2. parte cap. 3. §. 7. num. 12. idem in cap. quãuis pactum 2. parte §. 1. num. 10. & in practicis, cap. 12. num. 7. cum ame tra ditis in cap. cũ cõtingat 28. de iure iurando Oſuald. ad Donellium, lib. 14. cõment. cap. 9. littera A. Barb. in collectaneis, ad noſtrum textum, num. 2. & 3.

2 Ratio quare Celeſtinus III. pro emptrice iudicauit ea eſt, Prima: quia alienationis tempore maritus erat ſoluendo, & pretium in communes vſus fuerat verſum, & per triginta annos poſſederat, vt conſtat ex textu noſtro in verſic. *ſi vera ſunt, quæ proponuntur*, quæ ſingulæ rationes & ſi videntur exiguę perſe, multum tamen coaceruatæ, & connexæ proficiunt emptori: notat *Cujacius in poſthumis*, ad noſtrum textum. Cum rationi conſenta-neũ ſit nepoſt illud antiquiſsimum tempus poſſeſſores inquietentur, *cap. Sanctorum cap. nauigantes de præſcriptionibus*. Deinde, quia mulier illa donationem propter nuptias lucrare nõ poterat. Nã ſicut dos ſoluto matrimonio debet redire ad vxorẽ, ita, & donatio propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes, *l. penul. & vltim. Cod. de pactis Cõuentis ſuper dote*. Rurſus præcipua, & vera ratio eſt: quia ex tanti temporis curſu, & eius mora præſumitur ſolemnitas extrinſeca. Argumento textus in *cap. cura de iure Patronatus*, *l. ſi filius C. de petitione hæreditatis*, notat gloſſa, in præſenti verbo *fatigari* in fine *Abb. num. 7.* apud finem *Barb. in collectaneis*, ad noſtrum textum, *num. 2. Maſcardus de probationibus concluſ. 1371. num. 92. Couarru.* in dicto *cap. quanuis pactum num. 10.* & in *practicis* dicto *cap. 12. num. 7.*

3 Primò, obſtabit textus in *authentic. ſiue ame, Cod. ad Senatus Conſultum Veleianum*. Vbi alienatio rei propter nuptias donatæ non tenet niſi poſt viennium mulier conſenſerit: ſed in præſenti non conſtat de ſecundo conſenſu à muliere poſt viennium interpoſito. Ergo alienatio nulla erit, ac per conſequens vxor repetitionem habebit. Pro cuius dubij ſolutione ad notandum eſt prædia dotalia inæſtimata virum alienare, vel pignori obligare non poſſe, nec conſentiente quidem muliere, *l. 1. §. & cum lex 5. Codice de rei vxoriæ actione*, & ideo liberum eſt mulieri, vt vel ea vindicet retenta vindicatione, quaſi ſua, vel hypothecaria, quaſi aliena idemque dicendum eſt in prædijs propter nuptias à marito donatis, vt nec conſentiente muliere obligari, ſeu alienari poſſint, niſi iterum, ſeu ſemel poſt viennium mulier conſenſerit, dum modo ex alijs mariti bonis poſsit ſatisfieri, vt conſtat ex *Nouella Iuſtiniani 61.* vbi late *Cujacius*.

4 Secundò, prædictis obſtat textus in *authentica ſi qua mulier, Codice ad Senatus Conſultum Veleianum Nouella 134.* vbi apparet, quod etiam ſi poſt biennium multories

vbi

vxor in alienatione conſenſerit, adhuc ei ſubuenitur: ſed reſpondendum eſt, iura illa procedere in fidei iuſsione pro marito, in qua etiam multiplicatus conſenſus, non impedit Veleiano, at vero textus in dicta *authentica ſiue ame*, & dicta *Nouella 62.* obtinet in donatione propter nuptias, & ita eſt interpretãdus textus in dicta *authentica*, vt *immobilia*, §. 2. *collatione 5.* verſiculo *conſenſus*, notat *Rodericus Suarez* vbi ſupra *numero 43. Cujacius* in dicta *Nouella 61.* Apud medium. Quo ſuppoſito omiſsis plurimis interpretationibus traditis à *gloſſa* verbo *fatigari* in præſenti *Barbacia*, *Suarez*, & *Couarruuias*, vbi ſupra. Verius eſt dicendum textum noſtrum nihil contrarium ſtatuiſſe contra textum in dicta *authentica ſiue ame*, ſiquidem Iuſtinianus à Celeſtino III. in præſenti explicatur, dum aſſerit idem eſſe obſeruandum in conſenſu præſumpto poſt longiſsimum tempus vt mulier, quæ ita poſt longum tempus tacite conſenſit nõ audiatur, ſi ex mariti bonis ſatisfieri poterit, quæ eſt vera noſtri textus ſententia.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit dicere, quod impedito agere non currit præſcriptio, *authentica niſi triennali Codice de bonis maternis capit. 1.* cum alijs *de præſcriptionibus, cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ*, ſed vxor conſtante matrimonio impedita eſt: ſiquidem actio ei non competit niſi ſoluto matrimonio, *l. in rebus Codice de iure dotium capit. 1.* & final *de donationibus inter virum*: ergo non recte triennalis præſcriptio conſtante matrimonio contra vxorem allegatur. Augetur difficultas: quia eius patientia non potuit operare tacitum conſenſum: ſiquidem eius eſt nolle, cuius eſt velle, *l. 3. ff. de regulis iuris, l. pater Seuerinã 100. ff. de cõditionibus, & demonſtrationibus*, ſed vxor conſtante matrimonio nõ potuit contradicere cum agere, non poſsit, vt ſupradiximus. Ergo tacendo non videtur acquieſcere, ſed reſpondendum eſt, quod licet verum ſit impedito præſcriptionem non currere ex dictis iuribus *Menochius de arbitrarijs caſu 118.* & *caſu 153.* tamen textus noſter non diſputat de præſcriptionis curſu, ſed de conſenſus præſumptione ex tempore, & alijs adminiculis conficienda: qui quidem tacitus conſenſus præſumitur ex illa temporis diuturnitate, vt non poſsit agere, notat *Abb.* in præſenti *num. 8.* præcipue in decimo.

6 Quartò, obſtabit dicere, quod ad maritum pertinet matrimonij onera ſubire, *l. ex annuo, l. ſi ſtipulata, §. 1. ff. de donationibus inter l. pro hæredibus, Codice de iure dotium, capit. ſalubriter de vſuris*, atque ideo maritus rerum dotalium, & earum fructuum dominus dicitur, *capit. 1. de donacionibus inter.* Ergo fruſtra contra vxorem allegatur pretium in communem vſum verſum fuiſſe, cum tantum in mariti lucrum verſum videatur. Sed reſpondendum eſt, quod id etiam ſimul cum alijs circunſtantijs attenditur ſiquidem ex pretio illo mulier allatur, & ex eo lucra conſtante matrimonio adquiſita augeri poterant, præcipue quia in præſenti de eo non agitur niſi de ſecundo cõſenſu, quẽ Celeſtinus III. præſumit vxorem ex illis tribus requiſitis præſtitiſſe, ſiquidem tempore alienationis maritus alia bona habebat: & quia pretium in communes

vſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsus versum fuit, tum etiam ex illo longissimo temporis transcursu, ex quibus omnibus omnia solemniter facta præsumuntur, vt constat ex *Mascardo, & Barb.* locis supra citatis.

7 Quintò, prædictis obstabit principium illud quo cauetur ex plurimis imperfectis vnum perfectum fieri non posse, *l. Spadonem, §. qui iura ff. de excusationibus tutorum, capit. quorumdam 23. distinct.* Ergo etiam si simul concurrant illa tria imperfecta mulier condemnari nõ poterat. Sed respondendum est in præsenti non fieri perfectum vnũ, sed ex illis inducitur præsumptio ad defendendum contractum ad alternationem sufficientem, sicut iure nostro ex probationibus imperfectis conficitur vna sufficiens, *l. ad monendi 31. ff. de iure iurando, cap.* final eodem titulo, *cap.* final *de probationibus*: notat *Iulius Clarus in praxi, quæst. 63. num. 9. Menochius de arbitrarijs casu 87. num. 66.* Ita similiter ex illis tribus imperfectis motus fuit Celestinus ad præsumẽdum secundum consensum vxoris in alienatione illa interuenisse.

8 Sextò, prædicta solutio impugnatur ex eo, quod extrinseca solemnitas, non præsumitur, sed specifice probanda est, *l. quæcunque ff. de publiciana, cap. sine exceptione 51. 12. quæst. 2. cap. solicite de restitutione spoliatorum*: ergo si in præsenti non fuisset expræse illa alienationis rei dotalis solemnitas probata, mulier condemnari non poterat. Sed respondendum est, quod ex illo longissimo temporis cursu, non solum probatur intrinseca solemnitas, *l. is qui 6. §. sed & si ff. de adquirenda hæreditate, l. si filius, Cod. de petitione hæreditatis*, verum etiam extrinseca, cum ex illo longissimo temporis cursu omnia solemniter facta præsumantur, quod etiam in alienatione rerum Ecclesiæ obseruatur, notat *Barb.* plures referens in *Collectaneis* ad nostrum textum *num. 3. & 4.*

Ad textũ in cap. ad nostram 5. hoc Titulo.

De huius textus materia plura diximus in *cap. 1. cap. debitores, cap. ad nostram 7. de iure iurando*, & infra dicemus in *cap. illo vos 4. de pignoribus*, & plura de eo refert, *Cenedus in collectaneis ad Decretales Collectanea 28.*

Ad textum in capit. cũ causa 6. hoc Titulo.

Quo ad huius textus sententiam sunt repetenda ea omnia, quæ supra retulimus in *cap. dilecti 3.* hoc titulo.

Ad textum in capit. si venditori final hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Euicta re contra venditorem agit emptor, nisi fuerit in nunciatione negligens, vel sententia ipsius contumatia, vel iudicis iniuria fuerit lata.*

2 *Emptionis, & venditionis contractus ad conseruandam politicam hominum societatem à iure gentium est institutus.*

Contractus emptionis, & venditionis est vltro, citroque obligatorius.

3 *Euictionis actio, vt emptori competat, requiritur, vt omnino res, & possessio ab eo auferatur, neque sententia condemnatoria sufficit.*

Exponitur textus in l. vtique 16. ff. de rei vendicatione.

4 *Interpretatur textus in l. Stipulatio 36. §. si quis forte, ff. de verborũ obligat.*

5 *Expenditur textus in l. si emptori 30. ff. de euictionibus, & conciliatur cum l. 4. ff. de actionibus empti.*

6 *Euictionis actio emptori competit, etiam si de ea nihil actum sit, sed ex stipulatu induplum non competit, nisi de ea mentio sit habita.*

Exponitur textus in l. 2. C. de euictionibus.

7 *Euictionis actio ante testium publicationem proponenda est.*

Interpretatur textus in l. qui Concubinam 29. §. si hæres, ff. de legatis 3.

Iudicium multoties pro sententia accipitur.

8 *Refertur ratio ad textum in l. Herennius 63.* in principio, *ff. de euictionibus.*

9 *Euictione nunciata tam emptor, quam venditor tenetur rem defendere.*

10 *Exponitur textus in l. exceptione 67 ff. de fidetussoribus.*

11 *Incidatur textus in l. sed & si 25. §. item rem, ff. de petitione hæreditatis.*

1 CONCLVSIO. Re euicta contra venditorem agit emptor nisi fuerit in nunciatione negligens, vel sententia ipsius contumacia, vel iudicis iniuria fuerit lata. Consonat textus in *l. serui 5. l. si per imprudentiã 51. l. si ab emptore 49. l. Iunius 53. §. 1. ff. de euictionibus, l. actore 7. l. emptore l. si controuersia 9. l. si cum quo 19. l. si ideo 55. Cod. de euictionibus, l. 1. Cod. de pericul. & commodo rei vendictæ, l. 33. & 36. titulo 5. partita 5.* exornant, *Couarru. lib. 3. variarum, cap. 17.* per totum, *Antonius Gomez 2. tomo variarum, cap. 2. Dueñas regula 242. Gutierrez de iuramẽto Confirmatorio 1. parte, cap. 61. numero 3. Fequineus lib. 2. controuersiarum, cap. 35.* cum sequentibus, *Caualinus de euictionibus, §. 1. 2. & 3. Gratianus 2. tomo disceptationum, cap. 205. Caldas Pereira de emptione, cap. 31. Donellus, lib. 13. comm. cap. 2. Osualdus*, ibidem fere per totum cum traditis à *Pichardo in §. finium regundorum 6. inst. de officio iudicis, cap. 10. num. 127.* cum sequentibus, *Barbos. in collectaneis* ad nostrũ textum, *num. 2. 5. 7. & 16. Conradus in collectaneis ad Decretum collectanea 37 num. 8.* idem ad *Decretales collectanea 141.*

2 Ratio quare venditor re euicta de euictione tenetur ea est: quia cum hic contractus emptionis, & venditionis ad conseruandam ciuilem, & politicam hominum societatem à iure gentiũ sit institutus, *l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, l. iuris gentium 7. ff. de pactis* similiter ex eisdem iuribus, & rationibus euictio consistit, cum inutile esset contractum celebrare nisi eius securitas, & veritas tuta esset. Id circo deprimeua, & originali actionis exempto naturã euictionem esse docemur in *l. in vendendo 66. l. pacta 62. ff. de contrahenda emptione l. 1. l. exempto 11. l. Titius 43. §. final ff. de actionibus empti. l.* cum sequẽtibus, *ff. de euictionibus*: siquidẽ vtraque pars cum effectu contractum adimplere debet: quod equidem ex æqualitate conuentionis resultat: cum emptionis, & venditionis contractus vltro citroque sit obligatorius, *l. Labeo 19. ff. de verborum significationes*; & emptor soluere pretiũ teneatur, *l. exempto, §. & in primis, ff. de actionibus empti*, venditor vero tenetur rem tradere ita, vt, si dominus sit, transferat dominium sin mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus vsu capiẽdi cõditionẽ præstet, *l. Cauibus* 74. *ff. de contrahẽda emptione*, merito his omnibus decausis receptũ est, vt re euicta, & ablata vẽditor emptorẽ præstet indẽnẽ: alias actio ex empto emptori aduersus vẽditorẽ dabitur, *l. vẽditor* 8. *l. si vẽditione*, *l. euicta* 70. cũ alijs, *ff. de euictionibus*, non tamen venditor tenebitur de euictione ex defectu nunciationis, iuxta textum in *l. emptor* 8. *Codice de euictionibus*: quia cũ in euictione agatur de maximo venditoris periculo, qui vt supradiximus tenetur emptorem indemnem præstare, merito ipsa defensionis ratio postulat vt in ius pro sua defensione vocetur argumento textus in *l. de vnoquoque* 47. *ff. de re iudicata*, *c.* 1. *de causa possessionis, & proprietatis Clement. Pastoralis*, §. *cæterũ* cũ vulgatis *de re iudicata*: nã cum emptor suum tutamẽ principaliter adipiscatur, ex iure venditionis merito ne de eo parũ instructus ad iudiciũ veniat ad venditorẽ recurre re debet, vt causam defendat, qua nũciatione omissa tã subtilitas Ciuilis quã Pontificia æquitas exposcit vẽditorem non teneri, cum non ex iuris defectu, sed ex propria culpa emptorem succubuisse videatur, seu præsumatur, quæ venditori damnosa esse nõ debet, *l. si prædo fundo* 53. §. 1. *ff. de euictionibus*, *l.* 6. §. *vltim. ff. de actionibus empti.* Notat *Antonius Gomez* 2. *tomo variarum cap.* 2. *num.* 19. Similiter etiam emptor, qui tempore sententiæ contumaciter adfuit de euictione agere non potest, *l. emptor Codice de euictionibus*, *l. si ideo* 55. in principio, ff. eodem. Ratio est: quia vẽditor tũc demum de euictione tenetur cum res emptori euincitor ex iuris defectu, *l. si non iniuria*, *Cod. de euictionibus*. Sed cum contumacia emptoris non sit defectus iuris in ipsa re, sed in persona emptoris eius defectus, nõ debet vẽditori imputari. *Cap. nõ non debet de regulis iuris lib.* 6. sed ipsi emptori, cuius est delictũ, & culpa, *l. cõtumacia*, *ff. de re iudicata*, *c.* 1. *de iudicijs*, cum culpa dumtaxat actorem compræhendat, *l. Sanctimus* 22. cum vulgatis. *Cod. de pœnis*, quod si emptor diligentissimus, & præsens fuerit adhuc mouetur Pontifex in 3. nostri textus parte de euictione agere non valere, si per iniuriam, aut errorem iudicis condemnatus sit, vt constat ex textu in *l. Serui* 5. *l. si per imprudentiam* 51. *ff. de euictionibus*, *l.* 15. *Cod.* eodem. Ratio est: quia cum iudicis iniuria inter casus fortuitos enumeretur, *l. ad eos*, *ff. mandati*, venditori non debet nocere cum hoc periculum ad emptorem tantum pertineat, *l. necessario* 8. cum similibus, *ff. de periculo, & commodo rei vẽditæ*: notat *Abbas* in præsenti, *Conanus*, *lib.* 3. *Variarum cap.* 7. *num.* 9. *&* 10. *Gomecius* supra *num.* 39. *Antonius Pichardus*, plura, & plures refert in dicto, §. *si finium regundorum Inst. de officio iudicis*, *cap.* 10. *num.* 123. cum sequentibus.

3 Primò, aduersus communem Doctorum sententiam in præsenti communiter receptam, videlicet, quod ad hoc vt res euicta dicatur omnino requiritur, vt possessori auferatur, eique cũ effectu adimatur, *l. qui rẽ* 3. *l. si cũ* 17. *Cod. de euictionibus*, *l. si plus* 74. §. *mora*, *ff.* eodẽ *l.* 4. in fine principij, *ff. de contrahenda emptione*, qua propter nec sufficit emptorẽ condemnatũ esse cum omnino effectiua executio, non vero iudicis sententia desideretur, vt res euicta dicatur. Notat *Gomecius*, vbi supra *cap.* 2. *num.* 39. *Cujacius in l. si stipulatio* 38. *ff. de verborum obligationibus*. Obstabit textus in *l. vtique* 19. *ff. de*

ff. de rei vindicatione, vbi si lis cum emptore possidente seruum, fuerit cõtestata etiam si seruus fuerit mortuus. Paulus asserit ferendã esse sententiam de proprietate serui, & si alienus pronunciatus sit, stipulatio euictionis cõmittitur. Ecce speciẽ vbi tantum post sententiam euictio locum habet, quod fieri non poterat, siquidem res perempta euinci non possit, cum res quæ non est in rerum natura auferri nequeat argumento textus in *l. si stipulor.* 35. *l. si homo* 69. *ff. de verborum oblig.* Cui difficultati respondendum est omnia supra in argumento adducta vera esse, si omnimodo res non extaret: at vero in dicta, *l. vtique* 16. *ff. de rei vindicatione*, quãuis seruus decessisset, & in natura amplius non extaret, tamen cum per litis contestationem reus morosus efficiatur, *l. sed & si* 15. §. *si ante ff. de petitione hæreditatis*; & per contestationẽ actio perpetuetur, *l. si ex legati* 25. §. *si ante*, *ff. de petitione hereditatis*, ideo iusta de causa quodammodo quodam iuris intellectu seruus stare præsumitur cum peti possit, *l. si seruum* 91. §. *effectus*, *ff. de verborum obligationibus*. Ex quo euenit, vt de proprietate serui eo tempore mortui iam lata sententia per inde habeatur, ac si staret, vnde nihil mirũ si contra vẽditorem detur regressus, & euictionis actio committatur, vt in dicta, *l. vtique* 16. *ff. de rei vindicatione*, *l. si seruus* 11. *ff. iudicatum solui*: emptor vero qui possidebat immunis reseruatur: quia cum initio iuste litigasset moram fecisse non videtur, *l. si quis solutione*, *ff. de vsuris*: notat *Donellus lib.* 20. *comm.* c. 1. siquidem euictionis conseruandæ causa iuste litigari poterit, docet *Paulus in l. si seruus* 11. *ff. iudicatum solui.*

4 Secũdò, solutioni obstat textus in *l. stipulatio* 38. §. *siquis forte*, *ff. de verborum obligationibus*, vbi eo ipso quod controuersia emptori mota sit non expectata rei oblatione, nec cõdẽnatione stipulatio ob euictionẽ cõmittitur. Sed respondendũ est cõtrouersiã ibi cũ effectu ita esse accipiendã, vt nõ solũ ea, nec lis imo nec sententia, sed simul cum illis effectiua rei euictio desideretur, vt stipulatio euictionis locũ habeat. Ita sentit *Accursius*, *Paulus de Castro*, *& Cujacius* in dicto §. *siquis forte Donellus in l. si cũ tibi* 22. *Cod. de euictionibus*. Argumẽto textus in *l. euictio* 35. *ff.* eodem.

5 Tertiò, prædictis obstat textus in *l. si emptori* 30. *ff. de euictionibus*, vbi probatur re iudicio non euicta stipulationem euictionis incipere, sed satisfacies, si dixeris duplicẽ esse duplæ stipulationẽ vna de euictione, quę vt supra retulimus, dari nõ potest nisi re iã euicta, dicta *l. nõ tamẽ* 24. *ff. de euictionibus*; alia vero dicitur de vitijs, aut noxijs rei vẽditæ in qua venit duplũ eius, quanto minoris res est ob id, quod aliquo morbo, noxa, vitio ve in ædicto cõprehẽso laboret, *l.* 3. *l. Lucius* 11. §. *vlt. l. euicta*. 16. §. *vlt. l. si ita* 31. *ff. de euictionibus*, hæc equidẽ cõmittitur etiã re nõ euicta, dũ modo verũ sit seruũ noxijs, furtiue solutũ nõ fuisse, & de ea est accipiẽdus textus in dicta, *l. si emptori* 30. *ff. de euictionibus*. Notat *Cujacius tract.* 6. *ad Africanũ* in dicta *l. nõ tamẽ* 24. *ff. de euictionibus*. Nec hæc interpretatio turbatur ex vltimis textus verbis in dicta *l. si emptori*, ex quibus deducitur, quod vt hæc secunda stipulatio cõmittatur necessarium est, vt etiã aliquid emptori abesse videatur: quia verba illa fuerunt addita, vt eniteretur scrupulus: scilicet quomodo potuit interesse pro furtis, & noxis serui æstimari iuxta textũ in *l. euicta* 16. §. *si seruus* in fine *ff. de euictionib⁹*, si in

Universidad de Deusto
Biblioteca

si in illa specie propter confusionem actoris, & rei, scilicet emptoris nullum immineret periculum, ideo subiunxit hoc æstimari, tanquam si heres alij seruũ tradidisset, eo quod ob eã rem minor ad eum hereditas peruenisse intelligitur, *l. si ei* 41. §. 2. *ff. de euictionibus*. Nec me latet textus prima facie contrarius in *l.* 4. *ff. de actionibus empti*: nam ibi de stipulatione primæ euictionis agitur, nõ de secunda nuper tradita. Notat *Cujacius* in dicta, *l.* 4 *ff. de actionibus empti*.

6 Quartò, aduersus ea, quæ in præsenti notant Doctores omnes: videlicet actionem ex empto contra venditorem competere, si res euicta fuit, etiam si nihil de ea dictum sit iuxta textũ in *l. exempto* 11. in principio, *ff. de actionibus empti*, *l. non dubitatur* 6. *Cod. de euictionibus*. Similiter actionem ex stipulatu dari in simplum, triplum, vel quadruplum, pro vt conuentum est, si res euincatur; iuxta textum in *l. euicta* 16. *l. si dictum* 56. *ff. euictionibus*, *l. si donatæ* 36. *ff. de donationibus inter*. Sed differunt: quia prima actio exempto ex cõtractu nascitur, etiã si nihil expressum de ea caueatur, dicta, *l. non dubitatur* 6. *Cod. de euictionibus*, cum supra traditis: actio vero ex stipulato, vt competat necessarium est, stipulationem specialiter interponi, *l. si tibi* 27. versic. *ex causa stipulationis*, *ff. de euictionibus*. Notat *Voesembequius impraticabilis*, ad eundem titulum. *Caldas de emptione, cap.* 31. *num.* 34. *Cujacius, tractat.* 6. *ad Africanum in l. non tamen* 24. *ff. de euictionibus*, & in *Cod.* ad eundem titulum, *Donellus in l. si tibi* 25. *Cod.* eodem, *num.* 77. obstabit textus in *l.* 2. *ff. de euictionibus*, vbi probatur duplam deberi etiam si dupla non sit promissa. Verum respondendũ est textum illum esse intelligendũ de emptore agente ex empto, vt vẽditor duplam ei promittat: & si venditor recusauerit condẽnandus est, vt dupli caueat, ad quod tenetur, *l. quod si nollit*, §. *quia assidua*, *ff. de ædilitio edicto*, & si cõtumax fuerit, statim duplum emptori præstabit, argumento textus in *l. locum*, §. *condemnato*, *ff. de tabulis exhibendis*. Notant *Acursius*, *& Bartolus* in dicta *l.* 2. *ff. de euictionibus Donellus in l. si tibi* 25. *Cod.* eodem, *num.* 12. *& in l.* 5. *ff. de verborum obligationibus*, *numero* 27.

7 Quintò, aduersus ea, quæ in præsenti notant Interprẽtes omnes, scilicet hanc denuntiationem tempore congruo fieri debere. Idest tẽpore, in quo exceptiones proponi, & probari possunt hoc est ante testium publicationem iuxta textum in *l. si rem* 29. §. *Vltim. ff. de euictionibus*, *l.* 36. *titulo* 5. *partita* 5. Obstabit textus in *l. qui Concubinam* 29. §. *si hæres*, *ff. de legatis* 3. vbi constat legatariũ cui de seruo legato facta fuerit controuersia, debere ante litem contestatam denunciare heredẽ, vt liti assistat. In cuius textus difficultate communiter dici solet diuersam esse causam emptionis, & legationis: nam in emptione re tradita incipit res, & causa emptionis esse, *l.* 1. §. *impropria*, *ff. quando appellandũ sit*, cùm commodum, & incommodum rei ad illum pertineat, §. *non solum inst. de emptione*, *& venditione*: quo circa, si ei quæstio moueatur, suo iure vtitur, si causam prosequatur; dum modo defensionem integram venditori ante sententiam relinquat. Alia autem est causa legatarij, qui titulum lucrationum habet, cuius nullum periculum agitur, cum prò re nihil ei affuerit, merito ideo tota causa hæredi relinquitur, vt à principio eam suo arbitrio defendat, cum integrum periculum ad eum pertineat ita sentit *Bartolus* in dicta *l. qui Concubinam*, §. *si hæres*, *ff. delegatis* 3. *Donellus* in dicta *l.* 8. *Cod. de euictionibus*, *num.* 11. Qua subtilissima interpretatione admissa non reijcimus, nec impugnamus, quam refert Acursius in *l. hæres* 58. *glossa Vlt. ff. de euictionibus*, & in dicto §. *qui hæres*, qui existimat verba illa, *prius quam iudicium incipiatur, deberi denunciari*, intelligenda esse, id est, antequam sententia pronuncietur, cum insolens in iure non sit iudicium pro sententia accipi dicta, *l.* 8. *Cod. de euictionibus*, à qua non differt *Cujacius in l. ex his* 5. in fine eiusdem tituli *Pacius Centuria* 9. *quæst.* 72. si vero res empta in plures successores singulariter transierit, quilibet suo immediato actori controuersiam debet nunciare, & aduersus illum agere poterit, nisi actiones contra primum ei cessæ fuerint *l. si res* 59. *ff. de minoribus*. Mortuo vero venditore, si plures hæredes reliquerit, singulis denunciatio facienda est *l. in executione* 55. §. *in solidũ ff. de verborum obligationibus*: nam cũ obligatio defendẽdi emptorem in facto cõsistat: & quod indiuidua sit, in solidum pro ea heredes promissoris, aut venditoris obligantur, *l. si nal ff. de seruitutibus*, *l. ea, quæ* 192. *ff. de regulis iuris*. Quam subtilem iuris disputationem omittimus: quia de ea plura scripsit, *Antonius Pichardus in* §. *si finium regundorum Inst. de officio iudicis*, *cap.* 10. per totum.

8 Sextò, supradictis obstabit textus in *l. Herenius* 63. in principio, *ff. de euictionibus*, vbi venditor etiam sine nuntiatione de re euicta tenetur. Verum respondendum est nunciationem illam, de qua textus noster loquitur, & iura similia cessare, quoties pacto à venditore fuit remissa. Notat *Rebuffus* 3. *tomo titulo de dilationibus*, *numero* 5. siquidẽ remittentibus actiones non datur regressus, *l. quæritur*, §. *si venditor*, *ff. de edilitio edicto*, *l. final ff. de remissi. pignorũ*, *cap. extransm. de renunc.* notat *Couar. lib.* 2. *var. c.* 4. *n.* 1. quod verũ est licèt aliter senserit, *Cauellinus de euictionibus*, §. 3. *n.* 114.

9 Septimò, hucusque resoluta turbari videntur ex sequenti consideratione, videlicet, si nunciatio sufficeret, sequeretur emptorem rei defensionem in venditorem transferre, vt significat textus noster in versiculo illo, *vt rem tibi venditam defenderet*, sed defensio ad emptorem pertinet iuxta textum in *l. si ideo* 55. *ff. de euictionibus*: ergo frustranea est nunciatio; ac perconsequens similiter frustranea erunt illa nostri textus verba. Sed respondendum est, quod licet emptor teneatur euictionem nunciare venditori, vt de euictione teneatur, non tamen ex inde sequitur in venditorem ex nunciatione illa in totum fuisse translatum onus defendendi: quoniam, & si ipse teneatur defendere, similiter etiam, & emptor defendere debet cum possideat rem *l.* 1. *Codice de euictionibus*, atque ideo similem diligentiam, & procurationẽ addibere debet. Notat *Cauellinus de euictionibus*, §. 3. *numero* 147. *Couarruuias*, dicto *lib.* 3. *Variarum cap.* 17. *numero* 9. idem *in practicis*, *capite* 15. *numero* 4. Cum venditor emptori teneatur litis expensas soluere: notat *Fachineus lib.* 2. *controuersiarum*, *cap.* 38. *Donellus in l. si status* 18. *Codice de euictionibus Gomecius*, *lib.* 2. *Variarum*, *cap.* 2. *num.* 38. *idem Donellus lib.* 13. *comment. cap.* 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to Octauò, aduersus vltimam nostri textus partem, quatenus in ea Gregorius IX. asserit emptorem de euictione agere non posse, nec venditorem de ea teneri, si per iniuriã, aut per errorem iudicis fuerit condemnatus, vt constat ex textu in dicta *l. Serui* 5. *l. si per imprudentiam* 52. *ff. de euictionibus.* Valde obstabit textus in *l. exceptione* 67. *ff. de fide iussoribus*, vbi apparet, quod, si fideiussor iniuriã iudicis fuerit condẽnatus non sufficit, vt ei mandati actio denegetur: sed necessarium etiã est, vt simul illius culpa interueniat. Quæ difficultas adeo torsit *Cuiacium tract. 6. ad Africanum* in dicta *l.* 24 *ff. de euictionibus*, vt affirmet vltima verba dictę legis, *exceptione* 67. delenda esse tanquam ab aliquo perperam adiecta, concluditque solam iniuriam iudicis contra fideiussorem sufficere, vt ei mandati actio impediatur: quæ interpretatio antea fuit *Acursij* in dicta *l. exceptione*: qua omissa verius respondendum est, diuersam causam esse emptoris, vel fideiussoris: nã emptione contracta omne periculum ad emptorem pertinet: ac per consequens iudicis iniuria ei nocebit, non venditori: at vero fideiussor, vel quilibet alius, qui cum mandato alienum negocium gerendũ suscipit, culpam tantum, & diligentiam, vt in re aliena præstare debet, *l. contractus* 23. *ff. de regulis iuris*, qua propter sola iniuria iudicis ei nocebit *l. si fine* 22. *§. cum autem, ff. rem ratam haberi*: notat *Paulus de Castro* in dicta *l. exceptione*. *Donellus in l. emptor* 8. *num.* 18. *Cod. de euictionibus.*

11 Nonò, generalis nostri textus sententia impugnatur ex textu in *l. sed, & si* 25. *§. item rem ff. de petitione hæreditatis*, vbi apparet bonæ fidei possessorem, qui rem hæreditariam distraxit, nec de pretio quidem emptori teneri si res euincatur. Sed respondendum est Vlpianum ibi tantum docuisse rebus à bonæ fidei possessore venditis ita, vt non sit factus locupletior non posse petitorem res ab emptoribus vindicare, si ipsi ad bonæ fidei possessorem regressum habent, ne obliquę fiat prę iudicium petitioni hereditatis, cum directo bonæ fidei possessor in ea specie non teneatur *l. verum* 23. *ff. de petitione hæreditatis*: merito enim cũ ille bonę fidei possessor hæreditatis sine dolo consumpsisset ita, vt ex eo non sit factus locupletior nec teneatur de pretio, etiam si res euicta sit: de qua re plura congerit, *Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta, *l. sed & si §. item. ff. de petitione hæreditatis. Donellus lib. 19. comment. cap. 14. Osaldus* ad eundem, *littera S. Paulus Centuria 7. quæst.* 100. *Picharius*, plura refert in dicto *§. si plurium regundorũ* 6. *Inst. de officio iudicis cap.* 10. per totum.

De locato, & conducto Titulus XVIII.

Ad textum in capit. ex rescripto 1. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Magistri, & Scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conduxunt hospitia aliorum Magistrorum, vel Scholarium, sine eorũ consensu excommunicantur.*

2 *Magistris, & Scholasticis est fauendum, vt ad studia exercenda, & ad scientias adipiscendas excitentur.*

3 *Scholastici possunt domum pro eodem pretio, etiam finito conductionis tempore habere, & laicis præferuntur.*

Exponitur textus in l. neque cui C. de locato, & conducto.

Dominus domus finito locationis tempore potest inuito inquilino alteri, cui voluerit locare.

4 *Expenditur textus in l. congruit, & l. final, C. de locationę prædiorum fiscalium.*

Interpretatur textus in l. locatio 9. §. 1. ff. de publicanis, & vectigalibus.

CONCLVSIO. Excommunicati sunt Magistri, & Scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum Magistrorũ, vel Scholarium sine eorum consensu. Consonat textus in *cap. final de Magistris, l. congruit, & l. final, Cod. de locatione prædiorum fiscal. lib.* 11. argumento textus in *l. neque cui licebat Cod. de locato, & conducto, l.* 2. *titulo* 9. *partita* 1. *l.* 5. *titulo* 31. *partita* 2. & *in statutis*, huius nostræ Salmantinæ Vniuersitatis id priuilegium Scholaribus obseruatur, vt constat ex *cõstitutione* 25. & 26. & ex *Priuilegio Caroli Regis Hispaniarum* relato in eo dẽ statutorũ *libro folio* 358. Exornãt hãc conclusionẽ *Sylbester in Summa*, verbo, *excommunicatio illatione* 9. *n.* 8. *Suarez de censuris disput.* 23. *sect.* 3. *num.* 3. *Bonacina de censuris extra Bullam disput.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 37. *Antonius Gomez* 2. *tomo Variarũ cap.* 3. *num.* 5. *Rebufus de priuilegijs Scholarium priuilegio* 9. *Paz in praxi* 3. *tomo folio* 95. *num.* 11. *Cuiacius in posthumis* ad nostrum textum, *Nauarrus in Manuali cap.* 27. *num.* 114. *versic.* 4. *Vincentius Carocus in tract. de locato parte* 2. *titulo de sententia excommunicationis*, cum traditis à *Barb. in collectaneis ad Decretales collect.* 36.

2 Ratio est: quia Magistris, & Scholaribus est fauendum, vt ad studia exercenda, & ad scientias adipiscendas excitentur, ac in ciuitatibus, & locis vbi studia publica sunt, quieti degant, & interse pacifice gerant, cum Bononiæ vigeat studium generale, ad quam Vniuersitatem ex diuersis mundi partibus Scholastici perueniunt, & cum ibi sæpe in præiudicium Magistrorum Scholarium inhabitantium alij Magistri, & Scholares ante tempus cõductionis lapsum, conducebant illorum hospitia, & ex improuiso illis expellebant. Vt constat ex littera textus ideo iusta de causa ob euitandũ præiudicium illud fuit imposita pę na excommunicationis contra Magistros, & Scholares, ibi hospitia aliorum Magistrorum, vel Scholarium habitãtium conducentes, nisi prius constiterit tempus conductionis esse elapsum, vel inquilini in hoc præstiterint suum fauorem, & consensum: notat. *Abb.* in præsenti *num.* 10.

3 Primò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet, quod Magistri, & Scholares conductores possint rem seu domum pro eodem pretio etiam finito tempore conductionis habere, seu retinere iuxta textum in *l.* 5. *titulo final partita* 2. notat *Barb.* in præsenti *num.* 2. *Gomecius tomo* 2. *Variarum, cap.* 3. *numero* 5. obstabit textus in *l. nec cui Cod. de locato, & conducto*: vbi expresse constat dominum domus finito locationis tempore posse inuito inquilino alteri, cui voluerit locare. Sed huic dubio respondendum est textum nostrum specialiter esse intelligendum in Vniuersitate Bononiensi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nienſi in qua priuilegium illud eſt conceſſum propter rationes ſupra in decidendi ratione adductas, & id intelligendum eſt quando antiquus Scholaris vult præferri nouo conductori non Scholari; ſecus quando antiquus, & nouus conductor ſunt Scholares: quia tunc poterit dominus eandem locare ei, cui voluerit. Notat *Cariotus de locato parte 3. titulo de libertate* ſuper materia dictæ *legis*, *nec cui Cod. de locato, quæſt. 1. num. 15. Barb. in collectaneis* ad noſtrum textum *num. 2.*

4 Secundò, obſtat textus in *l. congruit*, & *l.* final *Cod. de locatione prædiorum ciuilium lib. 11.* Vbi habetur, quod conductor prædiorum fiſcalium poteſt alteri præferri in eis pro eodem pretio. Sed reſpondendum eſt id eſſe ſpeciale in illis conductoribus: quia aliquando inuiti detinentur in conductione: vt docent DD. omnes in dicta *l. cõgruit*, & *l.* final præcipue *Gomecius* dicto *2. tomo Variarum, cap. 2. num. 5.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtat textus in *l. locatio 9. §. 1. ff. de plubicanis, & vectigalibus.* Ex cuius textu deciſione expreſſe deducitur, quod finito tempore conductionis poterit fiſcus ei, cui voluerit locare. Quod dubium dilues, ſi dixeris textũ in dicto §. 1. non afferere, quod conductor vectigalium finito tempore pro eodem pretio non poſſit vectigal retinere: ſed tantum aſſerere, quod eo inuito non poterit finito tempore ei fiſcus relocare; cum tunc eo conſentiente poterit fiſcus locare, nec compellitur primus locator fundum ſuſcipere, niſi maximos fructus publicanus fecerit, & poſtea tantidem vectigal locari nõ poſſit: nam tunc etiam finito tẽpore rellocare compellitur iuxta textum in *l. eotem ferro 11. §. vltim. ff. de publicanis, & vectigalibus.* Notat *Cuiacius lib. 5. ſententiarum Pauli* in dicta *l. locatio 9. Pacius Cẽturia 6. quæſt. 79.* reliqua, quę ad hũc textum trahi poterãt, ſunt petenda, ex his, quę inferius dicemus in *cap. propter ſterilitatem 3. §. verum* hoc titulo, & ex his, quæ refert *Morla* in *Emporio titulo de locato quæſt. 2.*

Ad textum in cap. veſtra 2. huius Tituli

De materia huius textus ſupra diximus. in cap. caoſamque 7. de præſcriptionibus, quæ omnia in præſenti repeti poterunt.

Ad textũ in cap. propter ſterilitatem 3. hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Conductori propter grauem ſterilitatem ſine ſua culpa contingentem pro rata remittitur penſio, niſi poſſit cum vbertate præcedentis, vel ſequentis temporis compenſari.*

2 *Locatio, & conductio bonæ fidei contractus ſunt, vltro citroque obligatorius.*

Contractus ex conuentione legẽ accipiunt.

Commodum, qui ſentit, etiam in commodum ſentire debet.

3 *Locatio eſt quaſi emptio, & eiſdem fere regulis celebratur, atque ipſa emptio.*

Emptione perfecta omne periculũ ad emptorem expectat.

Locatio, in quo differat ab emptione ibi exponitur.

Emptio, & venditio eſt titulus habilis ad tranſferendum dominium.

4 *Expen-*

4 *Expenditur textus in l. ex conducto 15. §. ſi vis 2. verſic.* idem dicendum *ff. locati.*

5 *Ratio redditur ad textum in l. penultima §. nauem, ff. locati, & cõciliatur cum l. ex conducto, §. item cum quidam ff. eodem.*

6 *Interpretatur textus in l. penul. Cod. de conditione ob cauſam data.*

7 *Ratio redditur ad textum in l. ex conducto §. cum quidam 5. ff. locati.*

8 *Remedium legis 2. Cod. de reſcindenda non conceditur, niſi læſo in initio contractus; non verò ſi ex poſt facto læſio contingat.*

9 *Declaratur textus in l. quicumque Codic. de fundis patrimonialibus, lib. 11.*

10 *Expenditur textus in l. ex conducto 15. §. Papinianus aliàs l. ſi vne 17. verſiculo* hoc idem *ff. locati.*

11 *Exponitur textus in l. ex conducto 15. §. ſi vis verſiculo* ſi qua tamen *ff. locati.*

Laudatur D. D. Franciſcus Ramos del Mançano.

12 *Ratio redditur ad textũ in l. mercet 25. §. vis maior, ff. locati.*

13 *Textus in l. cum certus 15. ff. de tritico, vino, vel oleo legato, conciliatur cum l. ex eo ff. eodem.*

14 *Colono quando caſus fortuitus renunciauit, ſi poſtea caſu fortuito fructus perierint, non fit penſionis remiſio.*

Contractus formam accipiunt ex conuentione.

Remiſiue ponitur textus in l. licet 8. Cod. locati.

2 CONCLVSIO. Propter ſterilitatem grauem cõductori ſine culpa ſua contingentem remittitur pẽſio pro rata, niſi poſſit cum vbertate præcedentis, vel ſequentis temporis cõpenſari. Conſonat textus in *l. ex cõducto. 15. §. 1. l. ſi merces 25. §. ſi vis mator l. Item quæritur §. exercitu, ff.* hoc titulo *l. licet 8. l. excepto. 18. Co dic.* codẽ *l. 1. ff. de iure emphyteutico, l. 22. & 23. titulo 8. partita 5.* Exornant. *Antonius Faber in rationali* ad textum in d. *l. ex conducto* cum ſimilibus, *ff. locati Morla in Emporio titulo 10. quæſt. 1. Couarru. in practicis, cap. 30. Menochius de arbitrarijs centuria 1. quæſt. 76. 78. & 80. Menchaca quæſtionum vſu frequentiũ lib. 3. cap. 14. Garcia de Expenſis, & melioratiõnibus, cap. 13. num. 19. Maſcardus de probationibus tomo 3. concluſione 1339. Surdus manuductione 326. Rimin aldus, Conſilio 282. Ceuallos communium opinionum, quæſt. 57. Acebedo in l. 3. titulo 9. lib. 9. Recopillationis, Cujacius lib. 15. obſeruationum, cap. 26. Fachineus lib. 1. controuerſiarum, cap. 89. Donellus, lib. 13. comment. cap. 7. Oſualdus,* ibi dẽ *littera A. & B. Amaya lib. 3. obſeruationum cap. 3. Pichardus* plures referens in *§. actionum Inſt. de actionibus, q. 17. n. final Cened. in collectaneis* ad Decretales, *collectanea 116. Barb. in collectaneis,* ad noſtrum textum *num. 2.*

2 Ratio de promitur ex eo: quia locatio, & conductio ſunt contractus bonæ fidei, *§. actionum Inſt. de actionibus:* vbi late *Pichardus quæſt. 1.* vltro citroque obligatorius, *l. iuris gentium 7. ff. de pactis*, in quo negocium mutuum geritur, cum alter alteri obligetur propter eam mutuã, & reciprocam obligationẽ, & præſtationem, quam vnuſquiſque aduerſus alterum præſtat: vt res ſibi ex bona fide geratur, & omnia ſecundum æqui, boniquę regulas fiãt: vt, quod quiſque ab alio deſiderat, & ipſe teneatur exibere, *l. 1. ff. quod quiſque iuris*, & hoc eſt, quod docet textus in *l. bona fides 31. ff. depoſiti*: itaque cum hic contractus iuxta bonam fidem procedat, ideſt æquitatem, & æqualitatem cõtineat, *l. & ſi quis 14. §. hæc actio, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, l. mandato 22. §. Iulianus, ff. mandati l. 2. §. 1. ff. de precario*, naturæ æquum eſt, vt colonus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui fundum antea conduxit, vt inde fructus perciperet, & ea mente ad pensionem soluendam se obligauit, quod si nulli percipiantur absque propria culpa. Sed fatali, & maiori vi, vt eidem remittatur solutio. Notat *Cassiodorus lib. 2. Variarum Epist. 38. & 50.* quod maxime conuenit æquitati illi naturali, & bonæ fidei, quæ in contractibus locationis desideratur dicta *l. ex conducto, ff.* hoc titulo siquidem in contractibus bonæ fidei multa veniùt, de quibus nec dictum, nec cogitatum fuit, *l. 2. glossa* final *Cod. de actionibus empti*; si vero conductor fuerit in culpa non fit illa remissio: quia quando culpa præcedit casum, ille casus imputatur culpæ. *Cap. Vnico de commodato, l. si vt certo*, & ibi, *glossa ff. de commodato.* Nec fit deductio, quãdo conductor recipit in se periculum *l. licet Codice*, hoc titulo. Ratio est: quia contractus ex conuentione legem accipiunt, *cap. contractus de regulis iuris lib. 6. l. siquis fundum, ff.* hoc titulo, cessat autem remissio, si cum vbertate præcedentis, vel sequentis temporis damnum compensari possit: quia in negocijs lucrum damno est compensandum, *l. si negotia, ff. de negotijs gestis*, & qui sentit commodum sentiat in commodum, & è contra, *cap. qui sentit de regulis iuris lib. 6.* siquidem ita facta compensatione nullum notabile dãnum conductor patitur: notat *glossa* in dicta *l. licet Codice* hoc titulo.

3 Primò, obstabit dicere, quod locatio est quasi emptio: nam conductor alias emptor dicitur cum eisdem fere regulis celebretur locatio, & conductio, atque emptio, & venditio *l. 1. & 2. §. 1. l. sicut 20. ff.* hoc titulo *principio institutionum*; eodem sed post perfectum contractum emptionis, & venditionis periculum ad emptorem non ad venditorem pertinet: etiam si maiori vi fundus venditus perierit, *l. id quod 7. l. si post 9. §. Vltim.* cum *l.* sequenti, *ff. de periculo, & commodo rei venditæ, §. eum autem inst. de emptione, & venditione*: quæ difficultas diluitur ex eo: quia licet locatio, & conductio in quibusdam cũ emptione, & venditione conueniant, in quibusdam tamen differunt; conueniunt enim in exemplis traditis in *d. l. 1. & 2. ff.* hoc titulo cum similibus adductis, sed in pluribus differunt: & præcipuum discrimen est, quod emptio, & venditio est titulus habilis ad tranferendum dominium, *l. numquam nuda ff. de adquirendo rerum dominio*: Nam quamuis non statim fiat dominus nisi traditio sit secuta, *l. traditionibus, Cod. de pactis*, & pretium soluatur, vt satisfactum fuerit, vel fides habita de pretio, *l. quod si 19. ff. de contrahenda emptione, §. venditio inst. de emptione, & venditione.* Tamen in potestate emptoris est, vt querat dominium quandocumque oblato pretio *l. Iulianus 13. §. offerre, ff. de actionibus empti.* Vnde euenit, vt re perempta periculum ad emptorem expectet dicta *l. id quod 7. ff. de periculo, & commoda*, cum similibus supra adductis. Cum in eius potestate sit oblato pretio dominium revenditę cõsequi dicta *l. Iulianus 13. §. offerri, ff. de actionibus empti*: at in locatione, & conductione diuersum ius seruatur: nam locatio non transfert dominium rei locatæ, *l. locatio 29. ff. locati, l. item si pretio 22. §. insulam l. in nauem, ff.* eodem: ergo nec fructuum dominium transferri potest, cum fructus percipiantur, non iure seminis, sed iure dominij, *l. qui scit 25. §. 1. ff. de Vsuris*, & ideo colonus eos percipere

pere non potest nisi voluntate domini, *l. si seruus 61. §. locatio ff. de furtis*, quibus addo, quod in venditione soluitur pretium pro re, quæ contractus tempore præsens est: At in locatione non promittitur pensio pro repræsenti, sed potius tamquam pretium rei futuræ, scilicet, vsus, vel fructuum percipiendorum: nec id agitur, vt dominium in conductorem transferatur, *l. non solet 39. ff.* hoc titulo, atque ideo ad dominum locatorem periculum, & sterilitas expectat: vt constat ex nostri textus decisione iuxta textum in *l. item quæritur 13. §. exercitu 7. ff.* hoc titulo vbi apparet, quod si fundus locatus ab ingrediente exercitu fuerit deuastatus, ita, vt à colono prohiberi non possit, damnum hoc ad locatorem expectare Iurisconsultus affirmat.

4 Secundò, huic sententiæ valde obstat textus in *l. ex conducto 15. §. si vis 2.* versic. *idemque dicendum si exercitus prætereus per lasciuiam aliquod attulerit ff. locati.* Ex quibus verbis iuncto versiculo præcedenti apparet damnum hoc non ad dominum, sed ad colonum pertinere. In cuius textus difficultate omissa interpretatione Acursij ibidem, dum atterit textum illum esse intelligẽdum de modico dãno, quod semper expectat ad colonum iuxta textum in dicto *§. vis maior*, & ita intelligit illud Vlpiani verbum *aliquid*, idest *paruum damnum*, cuius sententia nõ admittitur: atque ideo verius dicendum est Vlpianum, ibi potius voluisse etiam hoc in casu damnum domini esse, & non coloni, vt ex casu præcedenti, & sequenti apparet: nam deceptus fuit Acursius dum verba illa, *itemque dicendum*, ad primum versiculum præcedentem refert, & adaptat: siquidẽ verba illa nõ sunt cum inmediate præcedentibus iungenda, sed cum superioribus in versiculo, *sed si vero* ita, vt sensus sit, quemadmodum, ad dominum pertinet quod vredine aut solis feruore, non assueto acciderit, ita id quod exercitus substulerit. Notat *Antonius Faber inrationali*, ad textum in dicta *l. ex conducto 15. §. si vis* infra, cui addo in iure non esse nouum, vt posteriora verba referantur ad superiores casus, & non ad proxime præcedentes. Argumento textus in *l. nouatio 21. ff. de nouationibus*, vbi, *Acursius*: notat *Antonius Faber in iuris prudentia titulo 2. principio 5. illatione 3. Osualdus*, ad Donellum, *lib. 6. comment. cap. 2. littera F.*

5 Tertiò, prædictis obstat textus in *l. penult. §. nauem* in fine, *ff. locati*; vbi Iure Consultus Scebola asserit, quod casus fortuitus contingens non ad locatorem nauis, sed ad conductorem pertinet. Siquidem dominus vecturas, quas conuenit secundum locationem nauis exigere poterit, quod omnino contrarium refert *Vlpianus* in dicta *l. ex conducto 15. §. item cum quidam ff.* hoc titulo vbi siquis nauem locauerit, vt merces in ea illatæ transuehantur, & fortuito casu acciderit, vt nauis amissa sit, & munere vehendi functa nõ sit nauis, cõductor repetit receptã mercedẽ, quia ex regula nostri textus casꝰ fortuitus contingens non ad cõductorẽ, sed ad locatorem pertinet, in quoru iuriũ contrarietate respondendum est multum interesse, an ipsius nautæ culpa acciderit, vt vehedi munere functa nõ sit, an vero culpa ipsiꝰ cõductoris: nã in primo casu cõductor mercedẽ reperit & ita

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est interpretandus textus in dicta *l. ex conducto §. item cum quidam ff.* hoc titulo. Secus vero dicendum est, si culpa ipsius conductoris: vt in dicta, *l. penult. §. nauem* siquidem conductorum culpa nauis non fuit munere vehendi functa, qui eas illi cite, & contra prohibitionem legis contulerant, *l. cotem ferro 11. §. dominus, ff. de publicanis, & vectigalibus*, qua propter recto iure pretium mercedis locator à conductore petit: quam solutionem refert, *Acursius* in dicto §. *nauem*, & in dicto §. *item cum quidam Antonius Faber, in rationali* in dictis iuribus, *Iulius Pacius Centuria 5. quæst. 18.*

6 Quartò, his omnibus obstat textus in *l.* penult. *Cod. de conditione ob causam data*; vbi apparet, quod cũ causa ob quam pecunia data est fortuito casu non est secuta, repeti non potest: sed in specie textus in dicta *l. ex conducto §. item* casu fortuito naue amissa, factum est ne nauigare tur: ergo pecunia nauigandi causa data à conductore repeti non poterat. Cuius solutio pendet ex eo, quia in dicto §. *item* tractatur de cõtractu nominato locationis: at vero in dicta *l.* penult. agitur de contractu innominato: tum etiam quia in dicta *l.* penult. *Cod. de conditione ob causam data* casus fortuitus contingit ob causam dantis pecuniam: at vero in dicto §. *item* extitit ob causam nautæ, qui pecuniam accepit, & nauem amisit, vt ratiocinatur *Iulius Pacius in* dicta *centuria 5. quæst. 18.*

7 Quintò, his omnibus obstat textus in dicta, *l. ex conducto §. cum quidam 5. ff.* Hoc titulo vbi generaliter est assertum, quod etiã, siquis de exiguitate fructuum queratur, non est ei subueniendum in remissione pensionis. Quod dubium dilues si dixeris multum referre, an quis queratur de exiguitate fructuum, an vero de eorum sterilitate: quia sterilitas remissioni mercedis locum facit, cum iniquum, & contra bonam fidem esset, vt conductor nullus omnino fructus perciperet, nec eo minus tamen totam locationis mercedem solueret: Argumento textus in *l. exempto. 11. §. Vlt. ff. de actionibus empti* cũ locator præstare debeat conductori vt fruatur, quod in casu sterilitatis nullo modo potest: nam vis maior impediri non potest: dicta, *l. ex conducto. 15. §. si vis tempestatis, ff.* hoc titulo: at exiguitas fructuum non impedit fruitionẽ, nec is, qui locat se obligat ad certam fructuum quantitatem: sed sub incerto futuri euentus ita contrahit, vt nec lucrum certũ sperare conductor debeat, sed si magnum damnum sit, & intolerabile: veluti vltra dimidiam, tunc æquitatis ratio suadet, vt conductori cõsulatur, & vt remissio pensionis fiat: iuxta textum in *l. si merces 25. §. vis maior, ff.* hoc titulo. Argumento textus in *l. 2. Cod. de rescindenda vẽditione*: vt late ratiocinatur, *Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. ex conducto. 15. §. cum quidam 5. ff.* hoc titulo, *Conarru. in practicis, tomo 2. cap. 30. Corrasius de locato, & conducto 3. parte titulo de remissione pensionis, quæst. 1. Antonius Pichardus* plures referens in §. *Actionum Inst. de actionibus quæst. 17. num. final Pinellus.* in dicta *l. 2. Cod. de rescindenda venditione 1. parte num. 21. Barbos. in Collectaneis*, ad hunc textum, *numero 3.*

8 Sextò, huic doctrinæ obstabit dicere, quod colonus remedio dictæ *legis 2. Cod. de rescindenda*, non poterit sibi consulere: quia remedium illud non cõceditur nisi læso in initio contractus, non vero quando læsio contingit ex post facto: notat *Couarruuias in practicis*, dicto *cap. 30. num. 2. Pinellus* in dicta, *l. 2. Cod. de rescindend. 1. parte cap. 3. & num. 21. & 34.* Cui difficultati respondẽdum est cum Paulo de Castro in dicta *l. ex conducto §. si vis num. 4. ff.* hoc titulo, & cum *Gomecio de contractibus cap. 3. num. 8.* scilicet emptionem, & venditionem simul atque de pretio, & re conuentum fuerit perfici, & instãti certam esse: *l. empti perfici, & instãti certam esse: l. empti fides 9. l. id circo 12. Cod. de emptione, & venditione, l. in venditionibus 9. l. 1. §. final ff. de contrahẽda emptione, principio institutionum* eodem, ita initium contractus inspicitur, vt læsus iudicetur, sed cõtractus locationis, & conductionis habet contrarium successiuum, & est, quasi venditio facultatis, & iuris percipiendi fructus cuiuscumque anni, & pẽsio est, quasi pretium fructuum percipiendorum; qui si non omnino percipiãtur sine colono, ex bona fide est vt cesset pensionis solutio ad instar emptionis fructuum futurorũ, quæ emptio resolui tur; si non nascantur: iuxta textum in *l. lanæ emptio 8. ff. de contrahenda emptione*, & per consequens, si nonnulli percipiantur, & non sufficiant ad soluẽdam dimidiam pensionis partem, poterit colonus vti remedio dictæ legis 2. qua si læsus in contractu locationis ipsius anni.

9 Septimò, his omnibus obstat textus in *l. quicumque* iuncta *glossa*, verbo *desertas Codice de fundis patrimonialibus lib. 11.* in quo apparet, quod etiam si sterilitas magna sit non excusat emphyteutam à solutione integræ pensionis, & tamen contractus emphyteuticus idem cũ locatione, & conductione iudicatur, §. *adeo Instit. de locato*: ergo colonus similiter propter sterilitatem, vt emphyteuta excusari non debet. Qua in difficultate respondendum est fatendo in contractu emphyteutico remissionem pensionis non admitti propter sterilitatem, nisi tota res penitus extinguatur, *l. 1 Codice de iure emphyteutico, §. adeo Inst.* Hoc titulo, in quo sicut in pluribus differt à locatione ex cõgestis à *glossa* in §. *adeo Instit. de locato; Iasson in l. 1. Cod. de iure emphyteutico num. 7. Balascus de iure emphyteutico, quæst. 20.* Et ratio presentis differentiæ ea est: quia in contractu emphyteutico pensio venit soluenda in recognitionem dominij directi remanentis penes dominum dantem in emphyteusi potius, quam in recompensationem fructuum, & sic fere semper pensio præstatur; non æquiualens fructibus percipiendis: quæ recognitio etiam re emphyteutica diminuta, vel fructibus nõ collectis remanet, & necessaria est, quod secus est in locatione: vt in textu nostro apparet. Notat *Balascus*, vbi supra, *quæst. 27. num. 6. Iasiõ* in dicta *l. 1. Cod. de iure emphyteutico num. 17. Morla in emporio titulo 10. quæst. 1. num. 22. Pichardus in §. adeo* hoc titulo.

10 Octauò, solutioni traditæ ad textum in dicta *l. quicumque Cod. de fundis patrimonialibus lib. 11.* valde obstabit textus in *l. ex conducto. §. Papinianus*, alias *l. si vno 17.* versic. *hoc idem ff.* hoc titulo vbi scriptum est regulam remittendæ pensionis propter sterilitatem nisi cum fertilitate pensetur, admittendam etiam esse in damno vectigalis, & tamen vectigalis fundus emphyteuticarius dicitur: vt constat ex Rubrica, & *l. 1. ff. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur l. sciendum 15. §. 1. ff. qui satisdare cogantur*, in cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

textus difficultate omissa interpretatione Cuiacij, & Giphani in dicta, *l. 1. & 2. Cod. de iure emphyteutico*, quam probat *Balaseus de iure emphyteutico* dicta *quæst. 17. num. 8.* alia *Paquineti lib. 1. controuersiarũ, cap. 89.* quorum omnium interpretationes cõuincũtur ex textu in hoc tractatu à nemine excogitato in *l. 1. §. qui fideiusserit, & §. final ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium*: quare his, & alijs omissis verius est dicendum textum in dicta *l. ex conducto 9. Papinianus*, versic. *hoc idem* alias *l. si vno* non tractare de fundo vectigali, seu emphyteutico, sed potius de redditibus, & de damno fortuiti casus, quo redditus publici vectigalis, seu tributi grauiter minuuntur, aut consumuntur, quo casu condictori vectigalis pensionem remittendam esse, nisi postea alio euentu redditus augeantur Papinianus respondit, exemplo, scilicet sterilitatis prædiorum, à quibus ad vectigalia argumentari solet. *l. 3. §. 1. ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium*, ita præsensit, *Bartolus* in dicta *l. eorem ferro 11. §. qui maximos, ff. de publicanis, & vectigalibus*, quæ remissio propter damnũ in omnibus tributorum conductoribus obseruatur, *l. forma §. illam, ff. de censibus*: notat *Bocius titulo de remissione mercedis publicanorum, Narbona in l. 7. glossa vnica, num. 73. titulo 4. lib. 2. Compillationis.* Hodie vero eo iure vtimur, vt conductores vectigalium, & omnium Regiorũ reddituum numquam pensionis remissionem petere possint, etiam si fortuito casu bellis à Principe motis damnum patiãtur, *l. 2. titulo 9. lib. 9. Compillationis*, late *Castillo lib. 3. controuersiarum, cap. 3. ex num. 46. Gutierrez de gabellis, quæst. 136.*

11 Nonò, aduersus textum nostrum in versic. *Vitio rei* dum ibi no tant omnes iustam remissionis pensionis causam esse vitium rei, & sic inter casus fortuitos connumerari, & vitium rei dicitur in animalibus mors: *l. contractus 23. ff. de regulis iuris*, in rebus inanimatis, si vinum coacuerit, si frumentum putrescat, si fruges nimia vbertate pereant. Obstabit textus difficilis in dicta *l. ex conducto 15. §. si vis*, versic. *si qua tamen*, ff. hoc titulo, ex cuius decisione manifeste apparet damnum propter vitium rei non ad locatorem, sed ad cõductorem potius pertinere. In quorum iurium contrarietate omissa emendatione, quam refert *Cardinalis* in præsenti, dum asserio textum nostrum intelligendũ esse cum negatione, hoc est, *non vitio rei*, & *Cuiacij* in præsenti dum existimat esse legendum *vitio cœli* omissa, etiam interpretatione, quam refert *glossa* in præsenti verbo *vitio rei*, quam sequitur *Gregorius Lopez in l. 22. titulo 8. partita 5. glossa* final. *Morla in emporio titulo 10. num. 23.* Veriorem esse existimo, quam refert Doctissimus *Amaia lib. 3. obseruationum, cap. 3. num. 23.* dum asserit Iure Canonico, & Ciuili certum esse sterilitatis causam committi: quando damnum ex ipsa re oritur nulla coloni culpa interueniente, veluti si pecora, quæ quis conduxit, moriantur: dicta *l. contractus, ff. de regulis iuris*: vel si vuæ ita putrierunt, vt minime ad fructum possint prodesse, vel si viribus, aut oliuis scabies contingat, vel inarescant. Nam his in casibus absque dubio est, sterilitatem causari, & consequenter remissionem dandam esse: quia huiusmodi vitia naturalia, & interna non minus inducunt sterilitatem, accidentalia, & extrinseca, & sic de eo vitio, & morbo est intelligendus tex-

textus noster, in quo nulla culpa ex parte coloni interuenit, & ideo in sequenti versic. recte dixit Pontifex *sine culpa coloni*: quia licet morbus ex ipsamet re potuit oriri, causari quoque potuit culpa ipsius coloni: veluti si in vineis male suggesserit, vel negligenter egerit; secus vero est dicendum si culpa coloni sterilitas prouenerit: nam tunc remissio pensionis fieri nõ debet iuxta quam sententiam est interpretandus textus in dicta, *l. ex conducto §. si vis*, versic. *si qua tamen*: quia generaliter non est accipiendus, sed tantum secundum subiectum exemplum, ibi positum, *si vinum coacuerit*, in qua specie recte ait coloni damnum esse, vt diserte de hac re plura scripsit in his, quæ discipulis recitauit in *l. licet 8. Cod. de locato*, eruditissimus *Doctor D. Franciscus Ramos del Mançano*, olim in hac nostra Salmantina Vniuersitate Iuris Cæsarei Primariæ Cathedræ dignissimus Antecessor; nunc in Supremo Italiæ, & Cameræ Regens, & Consiliarius dignissimus, qui (vt speramus) propter eius maximam virtutem, prudentiam, ingenijque præstantiam ad maiora culmina breuiter perueniet, *Doctor Amaia* dicto *lib. 3. obseruationum, cap. 3. num. 23.* cum sequentibus, videndus est etiã textus in *l. conducto 15. §. cum quidã 3. l. opus 36. & 37. ff.* hoc titulo. Cum *l. si alius 7. §. est & alia ff. quod vi aut clam.*

12 Decimò, aduersus textum nostrum in versic. *nisi cum vbertate præcedentis*, ex quo deducitur, quod si sterilitas vnius anni cum vbertate aliorum compensari possit, tunc remissionem pensionis fieri non debere: iuxta textum in *l. ex conducto 15. §. Papi. l. si vno 2. ff. hoc titulo, l. legatum 17. §. 1. ff. de annuis legatis, l. ex eo 13. ff. de tritico, vino, vel oleo legato, l. 23. titulo 8. partita 5.* Quod verum est siue compensari sterilitas possit cum vbertate anni proxime præcedentis, vel subsequentis, aut prioribus etiam interpolatis, & longe distantibus: dum modo sint eiusdem locationis, non diuersorum. Notat *Balaseus de iure emphyteutico, quæst. 27. nnm. 48. Carrocius de locato, titulo de remissione mercedis, quæst. 8. num. 47. Morla titulo 10. quæst. 1. num. 18. Antonius Faber in rationali*, ad textũ in dicta *l. ex conducto §. si vno ff.* hoc titulo idem de *erroribus decade 8. numero 6.* cum traditis à *Barb. in collectaneis*, ad hunc textum, *num 28.* Obstabit textus in *l. merces 25. §. vis maior, ff.* hoc titulo. Vbi scriptum est lucrum immodicum perceptum à colono ei auferendum non esse, & consequenter pensionem non augeri propter fructuum vbertatem: ergo nec propter sterilitatem pensio remittenda est, nec propter vbertatem compensanda erit cum sterilitate: cum lucri, & damni ratio semper sit habenda, *l. vnica §. prosecundo Cod. de caducis tollendis, l. si non fuerit 29. §. Vltim. ff. pro socio*. Sed vt paucis hanc rem explicemus, fatendum est ex iuris ratione pensionem non augeri, etiam si immodicum nimis lucrum ex fructibus capiat colonus, siue id eueniat ex industria meliorem fundum faciente: vt in *l. 2. Cod. de prædijs nauicularioru lib. 11. l. 2. Cod. de fundis rei priuatæ lib. 11. l. 3. Cod. de alluuionibus, l. penult. Cod. de omni agro deserto*, siue contingat veniunitate insolita cœli, & Solis, siue alio extrinseco fortuito casu: vt generaliter docet textus in *l. merces 25. §. vis maior, ff.* hoc titulo, nec ad rem pertinet regula æqualitatis lucri, & damni, quam expendimus: nam regula illa cessat, quoties diuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersa inter vtramque ratio est: vt in quæstione nostra in qua propter sterilitatem pensionē remitti æquissimum est: quoniam inopinata colono, & improuisa fuit ea calamitas: contra vero pensionis augmentum non recte petitur propter fecunditatem: quoniam ea tam locatori, quam colono optata sperata, atque prouisa fuit: vt considerat. *Cujacius lib. 2. obseruationum, cap. 33.* Tum etiam quia vt notat *Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. si merces*, §. *vis maior* in casu vbertatis vterque certat de lucro captando: in casu vero sterilitatis solus colonus de damno vitando.

13 Vndecimò, supra traditis obstabit textus in *l. cum certus* 5. *ff. de tritico, vino, vel oleo legato*, vbi apparet, quod si legatus fuerit certus numerus amphorarum vini, quod ex fundo productum esset, & minus ex fundo colligitur, non plus debetur, quam quod natum, seu perceptum fuerit: quod omnino contrariū refert textus in *l. ex eo ff.* eodem titulo. *l. legatum* 17. §. *vini ff. de annuis legatis, l. Lucius* 18. *ff. de alimentis, & cibariis legatis*: ex quibus omnibus deducitur, quod tota quantitas debetur ita, vt quo minus ex vno anno sit perceptum ex redditu aliorum annorū suppleatur; quæ iura ita ad concordiam reduces, si dixeris multum referre, an legatū in singulos annos sit relictum, an vero semel tantum in vno anno: nam in hoc secundo casu tantum debetur, quod natum est, nec ex cæteris suppletur, cum ita testator sensisset, nisi contrarium expræserit: & ita est interpretandus textus in dicta *l. cum certus* 5. *ff. de tritico, vino, vel oleo legato*: secus si in singulos annos legauerit: nam tunc id, quod deficit ex superstitibus redditibus suppletur, cum testator non vnius anni fructus respexisset, sed omnes, & ita ex omnibus legatum deducitur, & quod vno anno deest ex alteris suppletur: notat *glossa*, in dicta *l. cū certus*, *Cujacius lib. 2. obseruationum, cap. 12. Osualdus ad Donellum lib. 8. Comment. cap. 19. littera C. Iulius Pacius Centuria 6. quæst. 34.*

14 Duodecimò, his omnibus obstat text⁹ in *l. siquis domū* 9. §. *Iulianus* alias, *siquis fundum* 10. *l. item quæritur* 13. §. *si gemma, ff.* hoc titulo, *l. licet* 8. *Cod.* eodem, *l.* 13. *titulo* 8. *partita* 5. in quibus omnibus iuribus apparet, quod etiam si casu fortuito fructus perierint colono non fit remissio. Verum respondendum est iura illa procedere, quando colonus ipse casus fortuitos renunciauit, & periculum in se suscepit: nam tunc etiā si fructus pereāt non fit pēsionis remissio. Ratio est: quia nihil magis bonæ fidei congruit, quam seruare quod inter contrahentes cōuentum est, *l. Lucius* 24. *ff. depositi l. exempto* 11. §. 1. *ff. de actionibus empti*; contractus enim formam accipiunt ex conuentione: *l. inconuentionalibus* 52. *ff. de Verborum obligationibus*: Ergo si conductor periculum in se susceperit, & casibus fortuitis renunciauerit, periculum ad eum pertinebit, cum hęc conuentio non sit contra bonos mores, nec contra leges, & ea ratione: quia periculū in se suscepit videtur viliori pretio conduxisse: notat *glossa in l. sed siquis* §. *quæsitum ff. siquis cautionibus*, *Paulus de Castro*, & *Alexandro*, ibidem, *Antonius Faber in rationali*, ad textū in dicta, *l. item quæritur* §. *si gemma*, *Menchaca controuersiarum illustrium, lib. 3. cap. 54. num. 5. Barb. in Collectaneis*, ad hunc textum, *num. 7.* & pro interpretatione ad textum in dicta *l. licet. 8. Codice*, hoc titulo in

uersic. *si tamen expressum non est*, videndus est, *Cujacius in l. certi. Cod.* eodem, & *lib. 16. obseruationū, cap. 24. Gisanius in l. si olei* 21. *Cod.* eodē *Osualdus ad Donellum lib. 13. cōment. cap. 7. littera C. Morla* dicto *titulo* 10. *quæst. 1.* per totam.

§. Verum.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus, etiam inuitus ante tempus locationis finitum multis de causis licite expelli potest.*
2 *Locationis cōtractus est bonæ fidei, in quo tacite in est, ne inquilinus possit domino refectionem domus impedire.*
Dominus si vellet domum habitare potest inquilinum expelere.
Habitatio est pars alimentorum.
Inquilinus si male domum tractat, vel per biennium à solutione cessauerit potest ante tempus expelli.
3 *Textus in l. æde Cod. locati conciliatur, cū l. quæro* 54. §. *inter locatorem, ff. locati.*
4 *Expenditur textus in cap. quærelam* 10. *de Iureiurando.*
5 *Redditur ratio ad textum in cap. constitutus 6. versiculo*, cum non quadraginta annos *de Religiosis domibus.*
6 *Emptor rei locatæ potest ante tempus conductionis colonum expellere.*
Successor alicuius compellitur stare locationi antea factæ.
7 *Species ponitur ad textum in l. filio familias* 25. §. *final. ff. soluto matrimonio.*
8 *Exponitur textus in l. si tutelæ 9. ff. de administratione tutorum.*
Minor finita tutela recedere non potest à locatione facta per tutorem.
9 *Species redditur ad textum in l. final ff. de iure fisci.*
10 *Exponitur textus in l. siquis domo 9. §. 1. ff. locati.*

1 CONCLVSIO. Inquilinus etiam inuitus ante tempus locationis finitum multis de causis licite expelli potest. Cōsonat textus in *cap. potuit* 4. hoc titulo *cap. hoc ius* §. *qui rem* 10. *quæst. 2. l. ede, Cod.* hoc titulo, *l. quæro* 54. §. *inter l. Insulam l. cum domini* 56. cum alijs, *ff.* hoc titulo, *l. si duo* §. *cum inquilinus, ff. vti possidetis, l. 6. titulo 8. partita 5. l. 2. titulo 17. lib. 3. fori* §. *adeo 3. Inst. de locatione, & conductione* illustrant, *Couarru. lib. 2. Variarum, cap. 15. num. 4. Gomecius tomo 2. Variarum, cap. 3. num. 6. Antonius Gabriel lib. 3. titulo de locato conclusione 3. Pichardus* in dicto §. *adeo Inst.* hoc titulo *num. 53. Conanus lib. 3. cōment. cap. 11. Morla* dicto *titulo* 10. in principio *num. 24.* cum traditis à *Barbos. in collectaneis*, ad nostrū textum, *num. 1. 30. & 34. Cujacius* in *Nouella 7.* & ad titulum. *Cod. de locato. Sarmiento, lib. 3. Selectarum cap. 6.* per totum. *Cenedus in collectaneis*, ad Decretales, *colle ctanea 144. num. 4.*

2 Ratio est: quia inquilinus videtur possessionem domus domino turbare, si posset impedire, ne ipse domum suam reficeret, *l. si duo* §. *hoc interdictum, ff. vti possidetis*: siquidem contractus locationis est bonæ fidei, §. *actionum Inst. de actionibus*, in quo tacite inest, ne inquilinus possit domino refectionem domus impedire: dicta *l. qui Insulam ff. locati*; & similiter, si dominus vellit domū habitare, poterit inquilinum expellere: quia æquitas id expostulat, vt quis re sua vti possit: dicta *l. ede Codic.* hoc titulo; siquidem habitatio est pars alimentorum: *l. verbo victus ff. de Verborum significatione*, & similiter si inquilinus male domum tractat, poterit ante tēpus expelli: quia dominus in domo non debet sentire damnum ex culpa inquilini, cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

non censeatur illa tam graui conditione contraxisse, notat *glossa* final in dicta, *l. ade*, sic etiam si non soluit pensionem intra biennium, ante tempus conductionis potest expelli, ratio est: quia inquilinus, qui per biennium pensionem non soluit, nec moram purgauerit, apparet in culpa esse, & cum fidem non seruet, non est ei fides locationis seruanda, *l. quæro §. inter ff. locati*, *l. qui fidem ff. de transactionibus*, *l. eum*, *qui §. 1. ff. de inofficioso testamento.*

3 Primò, obstat textus in *l. ade. Cod.* hoc titulo vbi apparet, quod si colonus in pensione cessauerit, statim expelli potest, nec biennium est expectandum, quod omnino cõtrarium refert textus in dicta *l. quæro* 54. *§. inter locatorem*, dicta *l. cum domum* 56 *ff.* hoc titulo. In quorum iurium conciliatione omissis plurimis interpretationibus traditis à *glossis* in dicta *l. ade*, & *Iassone*, ibidẽ *num.* 23. *Balseo de iure emphyteutico, quæst.* 21. *num.* 5. Verius respondendum est in simplici locatione vsque ad quatuor annos facta, conductorem pensionem non soluentem statim expelli posse; & ita est interpretandus textus in dicta *l. ade Cod.* hoc titulo; secus in locatione quinque, vel sex annorum: quia tũc expectandum est biennium, & ita est intelligendus textus noster, & textus in dicto *§. inter locatorem*, cũ similibus supra adductis: notat *Abbas* in præsenti *num.* 10. & ita similiter ad concordiam reducuntur textus in *l.* 5. cum *l.* 6. *titulo* 8. *partita* 5. vt illustrat *Gomecius*, *tomo* 2. *variarum cap.* 3. *num.* 6. *Richardus in §. adeo autem* 3. *num.* 52. cum sequentibus, & quid dicendum in emphyteuta videndus est, *Richardus in tractat. de mora*, *num.* 99. cum sequentibus, *Cujacius in recitationibus ad titulum*, *Cod. de locato* in principio.

4 Secundò, prædictis obstat textus difficilis, & extraordinarius in *cap. querelã* 10. *de iureiurando*, vbi sola cessatio solutionis pẽsionis per biennium non sufficit ad priuationem, nisi iuramentum sit interpositum se nõ cessare in solutione; quod omnino contrarium refert textus noster; siquidem sola cessatio census, seu pensionis non sufficit, vt priuatio fiat iuxta textum in *cap. constitutus* in fine de *Religiosis domibus*, atque ideo de periuro, consulendus est Pontifex: nam aliàs sola cessatio per biennium sufficiens erat ad priuationem: vt recte animaduertit, *Abb.* in dicto *cap. querelam* 10. de *iureiurando num.* 2.

5 Tertiò, aduersus ea, quæ cõmuniter in præsenti notant omnes videlicet emptorem rei locatæ posse expellere colonum ante tempus conductionis iuxta textum in *l. qui fundum*, *l. merces*, *§. qui fundum ff. locati*, *l. nihil* 22 *§. final. ff. de legatis* 1. *§. mortuo instit.* hoc titulo *l.* 17. *titulo* 8. *partita* 1. Obstabit principium illud, quo docemur, quod successor alicuius compellitur stare locationi antea factæ. Iuxta textum, *in l. Viam veritatis*, *Cod. hoc titulo*, *l. cum in plures*, versic. *si hæredem*, *l. sedem*, *§. siquis mulierem vehendam ff. locati*, sed emptor in re vendita successor est venditoris, & possessionis eius, *l. Põponius* 13. *§. præterea*, *& §. quæsitum*, *ff. de adquirenda possessione*, *l. si duo* 64. *l. de actionibus* 14. *ff. de diuersis*, *& temporalibus præscriptionibus*, *§. inter venditorem instit. de vsucapionibus*: ergo quemadmodum hæres compellitur adimplere locationem à defuncto antea factam: ita & similiter emptor compelli debet, qui vicem hæredis, & successoris retinet. Verum dubium hoc

hoc dilues, si dixeris plurimam differentiam versari inter emptorem, & hæredem: hoc est inter particularem, vel vniuersalem successorem: quia particularis successor, hoc est emptor nondum finito tempore poterit conductorem expellere, & ita est interpretandus textus in dicta *l. merces*, *§. qui fundum ff. locati*, cum similibus supra adductis. Ratio differentiæ in eo consistit: quia emptor post traditionem, si pretium soluerit rei emptæ dominium consequitur: *§. per traditionem*, *§. venditæ instit. de rerum diuisione*, *l. traditionibus*, *Codice de pactis*, & conductor nullum ius reale consequitur ex conductione, sed tantum actio personalis ex conducto illi competit, *l. ex conducto*, *ff. locati* principio *instituit.* eodem titulo: quam personalem actionẽ fundi possessor nõ cõsequitur, *l. final §. final*, *ff. de contrahenda emptione*: atque ideo emptor ante finitum tempus conductionis poterit colonum expellere: siquidem ius, quod conductor habet in re locata facta venditione extinctum fuit, *l. ex vectigali*, *ff. de pignoribus*. Quæ ratio cessat in hærede, qui est vniuersalis successor, & locationi stare compellitur, ex eo: quia hæres eiusdem iuris, & potestatis est, cuius fuit defunctus, *l. hæredem*, *ff. de regulis iuris*: & ideo vna, & eadem persona censetur *authentic. de iureiurando à moriente præstito* in fine principij *collatione* 5. Deinde: quia actio personalis in hæredem transmittitur, *l. pro hæreditarijs*, *l. debitores*, *Codice de hæreditaria actione*, *l.* 1. *Codice si certum petatur*. Præterea quia cum hæres persona defuncti lucrum capiat, eius factum improbare non poterit, *l. ex qua persona ff. de regulis iuris*, *l. cum à matre Codice de rei vindicatione*, notat *Cujacius in recitationibus*, ad titulum *Cod. de locatione* in principio apud mediũ, *Morla*, vbi supra dicto *titulo* 10. *quæstione* 2. *num.* 4. cum sequentibus, *Dueñas regula* 240. *limitatione* 1. *Corrasius de locato* 4. *parte titulo de successione*, *quæst.* 3. *Richardus in §. mortuo instituit.* hoc titulo *num.* 7. & 18.

6 Quartò, aduersus textum nostrum valde obstabit textus in *cap. constitutus* 6. *de Religiosis domibus*, versiculo *cum per quadraginta annos*, ex cuius textus decisione apparet, quod etiam si pensio intra quadraginta annos non fuerit soluta Ecclesia non cadit à iure, & tamen Ecclesia si cessauerit à solutione Canonis per biennium, vel triennium cadit à iure suo: notat *Abb.* in dicto *cap. constitutus*, *num.* 18. Cui dubio respondendum est, multũ interesse, an agatur de contractu emphyteuticario, an vero de censuali: nam in emphyteuticario res cadit in commissum, si pensio non soluitur: vt in textu nostro: at vero in contractu censuali reseruatiuo ius non perditur, sed tantum potest censuarius compelli ad solutionem; & ita obtinet textus in dicto *capite constitutus* 6. Ratio differentiæ est: quia in contractu emphyteuticario tantum transfertur dominium vtile in emphyteutam, directo remanente apud dominum: nam res videtur concessa sub conditione si pensionem soluerit. Argumento textus in *l. quæ* 20. *§. inter locatore ff. locati*: at vero in contractu censuali trãsfertur dominium in recipientẽ, tã vtile, quam directum ita, vt nihil iuris super re illa remaneat penes cõcedentẽ, & quod in dicto *cap. constitutus* 6. sit actum de contractu censuali colligitur ex eo, quod Episcopus

transi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

transtulit in monasteriũ quidquid iuris habebat in illis Ecclesijs, quæ transmissio licet per censum fieri poterat, non tamen poterat per emphyteusim: siquidem spiritualia nõ possunt concedi in emphyteusim, cum quodammodo viderentur vendi, sed ad censum possunt concedi: quia census retinetur non in compensationem iuris concessi, sed potius in memoriam libertatis concessæ, seu in signum præteritæ subiectionis, & sic in dicto *cap. constitutus*, pro illo verbo *pensionis*, legendum est *census*: notat *glossa*, ibidem verbo *pensionis Abb. num.* 18. *Barb. in collectaneis*: ad Decretales in dicto *cap. constitutus*, *num.* 3. & 13. vbi plures refert.

7 Quintò, aduersus distinctionẽ supra in 4. *dubio* de successore vniuersali, vel particulari adductã obstabit textus in *l. si filius familias* 25. §. *final*, *ff. soluto matrimonio*: vbi in locatione fundi dotalis à marito facta in quinquenniũ, si possit primũ forte locationis annum diuortium fuerit factum, scriptum est, non aliter fundum mulieri reddi debere, quam si marito caueat de indemnitate, vt quidquid colono expulso soluere maritus sit condemnatus, restituat: Ex qua sententia conuincitur distinctio supra adducta: siquidem mulier, quæ diuortio facto successor particularis est in re dotali, & præcise compellitur locationẽ à marito factam ad implere ita, vt sine cautione illa non possit colonum ante tempus conductionis expellere: vt docet *glossa*, in *l. diuortio* 8. in principio, *ff. soluto matrimonio Abb.* in *cap.* vltimo *num.* 8. *ne Prælati vices suas. Lasarte de decima Venditionis*, *cap.* 18. *num.* 98. *Barb.* plures referens in dicta *l. si filio* §. *Vlt. num.* 1. *ff. soluto matrimonio*, sed quid quid Doctores supra adducti reluctentur verius dicendum est ex distinctione supra adducta singularem successorem non teneri locationem ad implere, sed posse expellere conductorem ante impletum tempus. Nec contrarium docet textus in dicto §. final siquidem, ibi mulier præcise non compellitur stare locationi à marito factæ, sed causatiue tantum, hoc est nisi cautionem indemnitatis marito præstiterit: notat *Accursius in l.* 2. §. *Vlt. ff. de dote prælegata*, *Barb.* in dicta *l. si filio*, §. *Vlt. ff. soluto matrimonio*, *num.* 2. & 13. *Cujacius lib.* 36. *Pauli ad edictum*, ibidem, *titulo* 10. *q.* 2. *num.* 8. 9. & 10. *Pichardus in* §. *mortuo* 7. *inst.* hoc titulo *numero* final *Carrocius de locato, titulo de iure dotium num.* 4. & 5. *Antonius Faber de erroribus decade* 24. *errore* 4.

8 Sextò, solutioni supra adductæ obstat textus in *l. si tutelæ* 9. *ff. de administratione tutorum*: vbi minor finita tutela recedere nõ potest, à locatione facta per tutorem. Verum respondendum est, textum illum procedere in locatione facta à tutore, qui contractus cum ad rem pupili pertineat, eius nomine factus censetur, *l. post mortem* §. *tutor*, & *l. final ff. de institoria actione*. Vnde cũ locatio nomine pupilli sit facta per tutorem ex quadam iuris fictione ab ipso pupillo facta censetur, *l. si pater*, *ff. manumissis vindicta l.* 1. §. *decisse*, *ff. de Vi*, *& Vi armata*, *l. ita tamẽ* §. *quæsisse*, *ff. de administratione tutorum*. Vnde minor succedens post finitam tutelam locationem seruare tenetur, tamquam ipsius nomine factam, quæ quidem ratio cessat in dicto §. *si vir*: nam cum maritus dotis dominus sit *l. dotale prædium ff. de fundo dotali* principio *institutionum*, *quibus alienare licet vel non*: ideo locatio ab eo facta potius ipsius nomine, quam

quam vxoris facta censetur, argumento textus in *l. & magis* 4. *ff. de solutionibus*.

9 Septimò, prædictis obstat textus difficilis in *l. final ff. de iure fisci*, vbi, cũ prædia fiscalia locata essent, eademque postea à procuratore fisci vendita, & emptori adiudicata essent, deinde alio emptore meliorem conditionem, seu maius pretium offerente intra tẽpora policitationis, quæ seruatur in rebus fiscalibus, *l.* 1. *Cod. de Venditis rebus Ciuitatum lib.* 11. *l.* 4. *Cod. de fide*, *& iure hastæ fiscalis lib.* 10. primus emptor tantumdem offerens prædia retinuit, & in possessionem inductus est, quæritur de fructibus medio tempore perceptis inter primam, & secundam venditionem. Quibusdam placuit ad fiscum, qui vendiderat, fructus pertinere: quia emptio pro infecta habetur, *l. item* 6. §. vltimo cum legibus sequentibus, *ff. de indiem addictione*, nonnulli affirmabant fructus perceptos ad emptorem pertinere ex regula textus in *l. Iulianus* 13. §. *si fructibus*, *ff. de actionibus empti*, *l. videamus* 38. §. *si ex causa*, *ff. de Vsuris*. Papinianus vero nouiter existimauit prædiorum locatorum fructus colonũ percipere debere, nec ab emptore expelli posse, si pensionem ei soluat, ne alioquin colono expulso fiscus actione locati conueniatur. Ex cuius text[9] decisione colligitur emptorem fundi fiscalis stare debere locationi factæ à fisco, & percipere pensiones rei locatæ. Verum huic dubio verissime est respondendum textum in dicta *l. final* procedere speciali ratione in prædijs à fisco venditis, vt sic fiscus exoneretur, ne teneatur conductori actione locati, qua ei frui non licuisset: notat *Cujacius in recitationibus* ad titulũ *Codice de locato* apud finem idem in *l. Vltima ff. de iure fisci*, *Gisanius* in *l. emptorem Cod.* hoc titulo *Barbos.* in dicta *l. si filio familias*, §. *Vltimo ff. soluto matrimonio Corrasius de locato titulo de successore*, *quæstione* 24. *num.* 3. *Merilius lib.* 2. *observationum cap.* 20.

10 Octauò, his omnibus obstat textus in *l. siquis domum* 9. §. 1. *ff. locati*. Vbi apparet, quod, si vsufructuarius locauerit fundum in quinquennium, & ante tempus elapsum decesserit, eius heres, hoc est proprietarius non tenetur primæ locationi ab vsufructuario factæ stare, quæ difficultas ex eo diluitur, quia cum vsusfructus sit seruitus personalis, & finiatur morte, & cũ persona extinguatur, §. *Vltimo inst. quibus modis vsusfructus amittatur*, cõsequens est locationem à fructuario factam eius morte finiri, & extingui *l. locatio* 4. *ff. locati*, cum resoluto iure donatoris resoluatur etiam ius accipientis ex textu vulgari in *l. lex vectigali* 31. in fine *ff. de pignoribus*, *l. pero* 69. §. *prædium*, *ff. delegatis* 2. notat *Antonius Faber in rationali*, ad textum in dicta *l. siquis domum* §. 1. *ff.* hoc titulo. *Morla in emporio* dicto *titulo* 10. *quæstione* 2. *numero* 12. de qua re plura scripsimus in 1. *tomo* in *cap. quia V.* 11. *de iudicijs*. De vltima nostri textus parte in verficulo *si sibi satisfactione celeri non prouidit*, videri oportet ea, quę infra dicemus in *cap. petunt* 4. & *final* hoc titulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in cap. potuit 4. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta Ecclesiæ meliorationes suas venuere non potest, nisi seruatis his de quibus mentio habetur in cap. potuit 4. de locato, & si contrafecerit, vel Canonẽ per biennũ non soluerit, neque moram postea celeriter purgauerit, recte potest expelli.*

Moræ emendatio, etiam die, & pœna adiecta non excluditur.

2 *Dominium vtile transfertur in emphyteutam; directum vero remanet apud concedentem.*

Pacta inter contrahentes seruari debent.

3 *Expenditur textus in l. 2. §. fin autem Cod. de iure emphyteutico authent. quirem Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs.*

4 *Refertur ratio ad textum in l. traiectitia 22. in principio iuncto §. de illo, ff. de obligation. & actionibus.*

5 *Impugnatur solutio tradita ad textum in dicto §. de illo, & vera refertur.*

6 *Explicatur textus in l. magnũ 11. Cod. de contrahenda, & committẽda stipulatione.*

Quisque quod spondit in memoria tenere debet.

7 *Exponitur textus in l. Celsus 27. ff. de receptis arbitris.*

Pœna in compromissis quare imponitur.

8 *Declaratur textus in l. si fundus 4. §. Marcelus, ff. de lege commissoria.*

9 *Species ponitur ad textum in l. 1. versicul.* nisi forte, *ff. de penu legata.*

Latissima interpretatio in vltimis voluntatibus semper facienda est.

Moræ emendatio tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus admittitur.

10 *Refertur interpretatio ad textum in l. Thais 41. §. intra certa, ff. de fideicommissarijs libertatibus.*

11 *Intelligitur textus in l. cum hæres 4. §. item Cassius, l. seruus, qui testamento 14. §. seruus, ff. de statuliberis.*

12 *Mora modica nocere non solet, cũ in ea magnum præiudicium esse nõ possit.*

13 *Mora post litem contestatam emẽdari non potest.*

Refertur sententia textus in l. 3. §. final, & l. 4. in fine ff. iudicio solui.

Res inter alios acta, alijs non nocet.

15 *Expenditur textus in l. fideiussor 15. ff. de doli metus ve exceptione.*

Estimationem, qui præstat, rem ipsam præstare videtur.

16 *Intelligitur decisio textus in l. hoc iudicium 5. versic.* sed tamen absoluendum est, *ff. de publicanis, & vectigalibus.*

1 CONCLVSIO, emphyteuta Ecclesiæ meliorationes suas vendere nõ potest, nisi seruatis his, de quibus in textu nostro mentio habetur, & si contrafecerit, vel canonem per biẽnium non soluerit, nec moram postea celeriter purgauerit, iuste potest expelli. De prima huius textus parte iam supra scripsimus, *in cap. propter sterilitatem* 3. hoc nostro titulo. Nunc vero à nobis tantum agendum est de vltima eius parte in verficulo *nisi celeri satisfactione*, ex quo talis deducitur disputanda conclusio; moræ emendatio etiam die, & pœna adiecta non excluditur. Quæ conclusio comprobatur ex textu in *in cap. propter sterilitatem*, hoc titulo in fine, *cap. siquis presbyterorum de rebus Ecclesiæ alienandis*, *vel non*. Argumento textus in *cap. quod sicut* in fine *de electione cap. mora* 25. *cap.*

cap. non est in mora de regulis iuris, lib. 6. l. interdum §. vltimo. qui Romæ 122. §. *Flabius Hermes, l. si ita quis* 155. *ff. de verborum obligationibus, l. & si post tres* 8. *ff. hquis cautionibus, l. Lucius Titius* 48. cum .. *sequenti, ff. de actionibus empti l. Sancimus* 47. *Codic. de fide instrumentorum, & mandatoribus, l. commissoria* 4. *Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem, l. Emilius Largianus* 39. *ff. de minoribus, l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inofficioso testamẽto, l. Amplius hoc ff. rem ratam haberi l. promissor. § 1. ff. de constituta pecunia, l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causis maiores, l. vnica Codice de plus petitionibus*, cum traditis à *gloßa* in præsenti verbo *celeri. l. 3. tit. 14. partita 5. l. 28. tit. 8. partita 5.* Exhortant vltra Ordinarios in præsenti, & in *l. Insulam* 84. *ff. de verborum obligationibus. Emilius Ferretus tract. de mora columna 11. num. 30. Ioannes Saporta eodem tract. cap. 4. no. 135. Ioannes Robertus Aurelianensis, lib. 2. sententiarum, cap. 18. Balascus, quæst. 5. num. 13. Ludouicus Perusius decessione 90. num. 6. Oldrius de amicis in repetitione*, ad nostrum textum, *quæst. 28. Antonius Picnardus* in *tract. de mora, num. 93. Azor institutionum moralium parte 3. lib. 10. de emphyteusi cap. 7. quæst. 7. Conanus lib. 7. comment. cap. 12. no. 9. Couar. lib. 3. variar. c. 17 n. 4. Sarmiento lib. 3. Selectarum c. 5. Iulius Clarus, §. emphyteusis, q. 8. num. 15. Menochius de arbitrarijs casu 7.* idem *de præsumptionibus præsumptione* 112. *num. 11. Afflictis decis. 174. Cujacius tractat. 7. ad Africanũ in l. traiectitia 23. ff. de obligationibus, & action. Robertus lib. 3. rerum iudicatarum, cap. 8. Amaia*, plures referens in *l. 1. Cod. de fide, & iure hastæ fiscalis lib. 10. Donellus in tract. de mora* fere per totum idem in *l. si seruum* 91. §. *sequitur, ff. de verborum obligationibus Osuaiaur*, ad *Donellum*, plures referens, *lib. 16. comment. cap. 13.* littera E. cum traditis à *Cenedo in collectaneis*, ad decretales *collectanea* 144. *num. 6. Barb. in collectaneis*, ad nostrum textũ, *num.* 13.

2 Ratio est: quia per contractum emphyteuticũ transfertur vtile dominium in emphyteutam, sed dominium directum remanet apud ipsum concedentem, cui aliquid singulis annis soluitur in eius recognitionem iuxta conuentionem inter eos initã, *l. 1. ff. si ager vectigalis*, & sicut prouidendum est domino directo ne eius conditio fiat deterior per alienationem in alium emphyteutam, sed quod cæteris paribus ipse præferatur, ita est consulendum emphyteutæ, ne prohibeatur suis melioratiõibus in casibus sibi emergentibus, vti siquidẽ est cauendum, vt pacta inter eos seruẽtur, *cap. 1. de pactis, cap. hac ius §. perpetua 10. quæst. 2.* Ideo in præsenti habita vtriusque ratione statuitur, vt emphyteuta Ecclesiæ possit vendere suas melioratiões, dummodo primo requirat Ecclesiam, an ipsa velit illas emere, & ei denuncier, quantum habere potest ex illis; & si ipsa dixerit se nolle emere, tunc ille poterit ius suum alijs vendere, vel si ipsa nihil dixerit; ille debet Ecclesiam per duos menses expectare, quibus elapsis poterit emphyteuta meliorationes alijs vendere, dummodo talis venditio fiat personis, quæ ab huiusmodi emptione non sint prohibitæ: & si emphyteuta contrafecerit, vel per biennium in solutione cessauerit, licite potest expelli: quia moram commisit, & in culpa est. siquidem legem contractus fregit, *l. quæro 9. inter ff.* hoc titulo; & non est necesse ei seruare fidem in locatione conuenta, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de actionibus empti*: siquidem tunc dies statuta pro domino interpellet, & debitorem in mora constituat. *l. final Cod. de iure emphyteutico, l. magnam 12. Cod. de cõtrahenda, & committenda stipulatione, l. pecu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

l. pecuniæ fœnebris 9. §. Vsurarum, ff. de Vsuris, l. libertis 18. §. manumissis, ff. de alimentis, & cibariis legatis, cum traditis à *Richardo in tract. de mora numero 67.* purgatur autem si celeriter fuerit satisfactum. Communiter autem celeris satisfactio dicitur, si ante litem contestatam pensio fuerit oblata. Argumento textus in *l. amplius non peti 15. ff. rem ratam haberi l. Vnica Cod. de plus petitionibus cap. Vnico*, eodem titulo, *l. Insulam 84. ff. de Verborum obligationibus.* Aliquando dicitur vsque ad decem dies: nã tunc absque arbitrio iudicis purgari poterit iuxta textum ita intelligendum in *l. promissor 21. §. si sine die ff. de constituta pecunia, l. 28. tit. 8. partita 5.* Sed eis transactis celeris satisfactio arbitrio iudicis relinqui tur, *l. si ita quis promisserit §. Sed a Cauit Cod. de Verborum obligationibus*, tenet *Bernardus* in præsenti verbo *celeri*, cuius doctrina hodie iure Regio obseruatur in *l. 3. titulo 14. partita 5.* ibi, *è si acaeciesse contiẽda sobre esta por poco tiempo demas de dos años, debe ser librado por el albedrio del Iuez.* Quas leges Regias ita ad concordiam reducimus & si *Gregorius Lopez*, ibidem existimet vix ad concordiam reduci posse.

3 Primò, aduersus conclusionem desumptam ex illa vltima nostri textus parte valdè obstabit textus in *l. 2. §. sin autem Cod. de iure emphyteutico authẽt. qui rem Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs authent. de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ §. scire autem emphyteutas collatione 2. authent. de alienatione emphyteusi §. si vero collationi 9.* Ex quibus iuribus constat, quod si à solutione canonis per biennium emphyteuta Ecclesiasticus cesauerit, aut per triennium, omnimodo moram emendari non posse: quin statim â iure suo cadat: ergo die, & pœna adiecta mora non emendatur, quo in dubio communiter dici solet esse discrimen constituendum inter ius Cæsareum, & Pontificium ita, vt de iure nostro Pontificio emphyteuta si cessauerit à solutione per tempus præfinitum, ad moræ emendationem postmodum admittatur. Iuxta textum nostrum in ver sic. *si celeri* dicto *cap. propter sterilitatem* in fine hoc titulo iure vero Ciuili emendationem non admitti ex dicta *l. 2* versic. *Sed omnimodo eo repellendo* cum iuribus supra adductis: quam tenet *Couarru. lib. 3. Variarum cap. 17. num. 4. Conanus lib. 7. cõment. Iuris Ciuilis cap. 11. nu. 9. Afflictis Decisione Neapolitana 174. per totam Iulius Clarus lib. 3. receptarum sententiarum §. emphyteusis, quæst. 8. Gregorius Lopez in l. 28. titulo 8. partita 5. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio cap. 31.* quorum opinio licet in iudicando, & consulendo admitti poterit, tamen in puncto iuris, quia institutum nostrum est ius Pontificium defendere ex nostri textus decisione, contrariam sententiam amplectimur. Nec obstant iura supra in argumento adducta: quia licet ex illis cõsteret per lapsum biennij, vel trienij sine alia interpellatione moram committi, non tamen negant eius moræ emendationem admitti posse ante domini declarationem, vel eo permittente, vel celeri satisfactione admissa, iuxta nostri textus sententiam. Quæ doctrina similiter etiam comprobatur ex dicta, *l. 2. §. sin autem Cod. de iure emphyteutico*, versic. *Volenti ei.*

4 Secundò, valde obstat textus in *l. traiectitia 22.* in principio iuncto, *§. de illo ff. de obligationibus, Vbi Iuris Consultus*, affirmat quod vbi dies, & pœna adiecta est mora purgari non

non potest: in cuius textus difficultate *Angelus in l. post tres 8. ff. siquis cautionibus Ripa* in dicta *l. si Insulam, num. 37.* arbitratur ideo in dicto *§. de illo* morã non emendari: quia duplex fuit: vna per diei lapsum altera per interpellationem: quæ geminario emendationem impedit iuxta Bartoli doctrinam in dicta *l. si Insulam numero 16. Iason*, ibidem, *numero 15.* quorum sententia adaptari non potest ad textum in dicto *§. de illo* siquidem interpellatio, de qua ibi mentio habetur ante diem facta fuit, quæ debitorem in mora non constituit, iuxta veram moræ diffinitionem traditam ab *Hotomano, libro 2. obseruationum capit. final* merito cum vnica tantum mora fuerit ab vnica interpellatione producta, emendatio impediri non debet. Sed hæc Angeli, & Ripæ interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod præter diuinationis vitium, quod continet, violat etiam verbum *interpellatus*, de quo ibi mentio habetur, quod de oportuna, & congrua interpellatione accipiendum est. Iuxta textum in *l. mora* verficulo *si interpellatus oportuno loco non soluerit, ff. de Vsuris.* Tum etiam quia verius est multiplicem interueniſſe. Ita defendit *Bolognetus* contra Bartolum in dicta, *l. si Insulam numero 19.* quare his, & alijs omissis verissime respondendum est in dicto *§. de illo*, non propter diem, & pœnam sed propter interesse stipullationis moræ emendationem excludi, quod ex eo constat: quia textus ille in traiectitia pecunia loquitur, in qua tunc stipulatio committitur, cum stipulator damnum passus est, propter operas serui amissas: quod quidem extrinsecum interesse impedit moræ emendationem iuxta textum in dicta, *l. si post tres 8. ff. siquis cautionibus, l. Vtique 17. ff. de receptis arbitris.*

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere, quod secundum regulam supra adductam admittenda videtur in obligationibus faciendi moræ emendatio, cum in illis semper post moram succedat obligatio ad interesse, *l. stipulationes non diuiduntur 72.* verficulo *Celsus, l. cum stipulatus sim 113. §. final l. si fundum 114. ff. de Verborum obligationibus, l. siquis ab alio 13. ff. de re iudicata.* Qua in difficultate respondendum est textum in dicta, *l. traiecti ia 22. §. de illa ff. de obligationibus, & actionibus* procedere in interesse extrinseco, quod est vltra rei valorem; nec nunquam præsumitur in obligationibus faciendi, nisi postea extrinsice de eo cõstiterit, de quo mentio habetur in *l. 1.* versiculo, *hoc autem, ff. de actionibus empti*, cuius exempla sunt in *l. Venditor 8. ff. de euictionibus, l. si sterilis 22. §. cum per Venditorem, ff. de actionibus empti*, siquidem in dicto *§. de illo*, loco lucri pœna præstabatur, quæ ob opus eius, qui eam pecuniam peteret in stipulationem erat deducta. Notat *Baldus* in *l. magnam 11. Codice de contrahenda, & committenda stipulatione Bolognetus*, in dicta *l. si Insulam, numero 108. Robertus lib. 4. Sententiarum cap. 18. littera G.* At vero iura in argumento adducta procedunt in interesse intrinseco, quod quantitas rei appellatur ad differentiam extrinseci, quod in obligationibus faciendi post moram semper adest, vt constat ex *Bolognetto*, & *Roberto* locis supra citatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quartò, obstat textus in *l. magnam* 11. *Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione*, in cuius textus specie apparet, quod si quis certo tempore factorum se aliquid, vel daturum stipulatur, &, nisi id illo certo tempore perfectum fuerit, certam pœnam sedaturum adijciat: & si nullus eum admonuit, pœnæ fit obnoxius; cum in memoria quisque quod spondit tenere debeat, nec expectare ab alio ad monitionē. Ex cuius textus decisione aperte constat, quod vbi est dies certa pœnalis post lapsum diei mora purgari non potest. Cui dubio respondendum est: textum in dicta *l. magnam*, non tractari de emendāda mora, sed tantum vtrum ea sine interpellatione committatur: nam videbatur non committi, nisi ea facta. Iuxta textum in *l. mora*, versic. *interpellatus non soluit, ff. de vsuris*, cum ante eam creditor indulgere debitori videbatur: sed cum dies quasi admonere ipsum videatur, statuit *Iustinianus Imperator* in dicta *l. magnam* aliā interpellationem necessariam non esse ad constituendum debitorem, & ad hoc vt pœna committatur: nō tamen negat, quin semel comissa stipulatione mora emēdari possit. Sed adhuc obstabit, quod hoc iam erat ante Imperatorem Iustinianū decisum ab *Africano* in dicta *l. traiectitia* 22. §. *de illo*. Vnde superflua erat Iustiniani noua decisio in dicta *l. magnam*, si vlterius aliquid noui non statuit. Qua in difficultate omissa interpretatione, quā refert, *Robertus dicto lib. 2. sententiarum cap.* 18. *Baldus in repetitione*, ad textum in dicta *l. post tres num. 2. Ioannes Saporta in tract. de mora cap. 4. num.* 187. Verius dicendum est Iustinianum in dicta *l. magnam*, ad concordiam reduxisse pristinam illam antiquam Iuris Consultorum decisionē: nā *Aristus Labeo item Sextus Pomponius* in *l. Labeo* ait 2. & in *l. traiectitiæ pecuniæ 9. ff. de usuris fenoratis*, affirmant pœnam siue interpellatione non committi: at vero *Africanus* in dicta *l. traiectitiæ* 22. §. *de illo* affirmat nullam interpellationem desiderari, vt pœna committatur. Sicque *Iustinianus*, in dicta *l. magnam* nouiter secutus fuit, & confirmauit Salui Iuliani, & Sexti Cecilij Africani sententiam: quæ interpretatio comprobatur ex dicta *l. magnam*, ibi, *magnam veterū obscuritatem*.

7 Quintò, obstat textus in *l. Celsus* 27. *ff. de receptis arbitris*, vbi, *Vlpianus* ostendit, quod si quis intra calendas dare iussit, si nō dederit, nec arbitri sententiæ paruerit, postea offerendo, moram emendare non posse: quoniam semper verum est intra calendas datum non esse. In cuius textus difficultate communiter dici solet textum in dicta *l. Celsus* procedere in iudicijs, in quibus ne lites fiant inmortales aduersus cōmunem Reipublicæ vtilitatem admissum est vt mora non emēderur, quæ solutio manifeste conuincitur ex Caij sententia in dicta *l. post tres* 8. *ff. si quis cautionibus*: vbi apparet in iudicijs moram emendari die, & pœna adiecta: quare *Bartolus* in dicta, *l. si Insulam num. 9. Baldus in dicta l. si post tres num.* 20. distinguunt interpræparatoria iudicia, & litis decisoria, vt in illis admittatur moræ emendatio post diem, & pœnam dicta *l. & si post tres*. Secus in his dicta *l. Celsus* redūt rationē: quia occasio protrahendarum litium concedi non debet; maxime, cum iam iudex functus est officio suo, *l. properandum* 11. *Cod. de iudicijs*, *l.* 4. *Cod. de fructibus litium, & expensis, cap. finem litibus* 5. *ff. de dolo, & contumacia*, quorū inter-

interpretatio primo conuincitur: quia ea retenta, nec in litibus decisorijs admitteretur emendatio, vbi dies adiectus non est contra decisionem textus in *l. sicum dies* §. *final ff. de receptis arbitris*. Præterea, quia etiam in litibus decisorijs die, & pœna adiecta moram emēdari posse probat textus in *l. mātipuorum* 6. *ff. de actione legata*: quare omissa Angeli interpretatione in dicta *l. si Insulam num.* 15. *Roberti* dicto *lib. 2. Sententiarum cap.* 18. *Ioannis Saporta in tract. de mora, cap. 4. num.* 140. vt verius illius difficillimi loci eniteat sensus obseruandum est arbitri pronunciationem non esse sententiam, *l. quid ergo* 13. §. *ex compromisso*, *ff. de his, qui notantur infamia*: quare ex ea nec actio, nec exceptio oritur, *l. ex compromisso* §. 2. *ff. de receptis arbitris*: quare in compromissis semper pœna imponitur, vt eius metu litigantes pronuntiationi pareant, *l. litigatores* 11. §. *quod ait prætor*, *ff.* eodem, *l.* 1. *Cod.* eodē *l.* 23. 26. & 35. *titulo* 4. *partita* 3. & si sententiæ non pareatur victor agit ad pœnam dicta *l. ex compromisso* §., & soluta pœna poterunt litigatores nouiter iure suo vti. *l. si quis* 35. *ff. de arbitris l.* 30. *titulo* 4. *partita* 3. quibus obseruatis dicendum est, quod cum in dicta *l. Celsus* debitor non soluit intra diē ab arbitro designatum, certum est eum sententiæ non paruisse, & sic eum commissam esse, quæ non resoluitur licet post diem, condemnationem offerat: quia creditoris interest. & pœnam consequi, & litem, vel denuo incipere, vel prosequi coram ordinario, quod speciale est in arbitri sententia ex dicta *l. Celsus*: nec id procedit in sententia Ordinarij, aut in partium conuentione: quia in his casibus non datur facultas consequendi vtrumque *l. pacto quæ pœnam* 14. *Cod. de pactis*.

8 Sextò, obstat textus in *l. si fundus* 4. §. *Marcelus*, *ff. de lege commissoria*: vbi Vlpianus Marcelum lib. 20. Digestorū dubitasse refert, vtrum commissoria locum habeat, siquis interpellatus non soluat, an vero si non obtulerit, & arbitratur offerre eum debere, si non vult legis commissoriæ potestate solui: quodsi non habeat, cui offerat, posse secum esse: ergo si habuerit, nec obtulerit legis commissoriæ potestate solutus nō erit, & inde re incepta moram in solutione commissam propter diem, & pœnam Vlpianus præsensit: cuius textus difficultas facilime expedietur, si dicamus, ibi non agi de moræ emendatione: sed vtrū apposito pacto legis commissoriæ necesse sit interpellare emptorem, & interpellationem non requiri ex Marcelo docet Vlpianus: quia ipse pretium offerre debet non expecta venditoris admonitione: cum satis eum dies à lege præscripta interpellaret. Argumento textus in *l. magnam* 12. *C. de contrahenda, & committenda stipulatione*. Quo etiam sensu interpretandus est Africanus in dicta *l. traiectitiæ* 22. §. *de illo*, versiculo *hoc idem videtur*, *ff. de obligationibus, & actionibus*.

9 Septimò, obstat textus in *l.* 1. versiculo *nisi forte*, *ff. de penu legata*: vbi idē Vlpianus asserit, quod, si testator iusserit heredem vxori testatoris aliquid penus dare, & si non dederit nominos, herēdem habere obligationem penus præstandæ tandiu, quandiu lis cum eo de pecunia non contestetur: a forte aliud mente, vel verbis testator instituerit: quo in casu non penum legaram, sed pecuniam testatoris vxori dare cogetur propter diei adiectionem: quæ adiuncta

pœna

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnã moræ emendationem impedit; in cuius textus difficultate communiter dici solet id esse admissum fauore vltimarum voluntatum: nã tunc heres moram emendare non potest: sed præcise omnimodo compellitur penã non præstita, ex defuncti sententia nummos dare. Siquidem in vltimis volũtatibus semper latissima interpretatio faciendæ est: vt sic felicem exitum habeãt *l. in testamentis* 12. *ff. de regulis iuris*: cũm in testamentis volũtas potius, quam verba expectetur, §. *nostra instit. delegatis l.* 1. *Cod. cõmunia delegatis, l. in cõditionibus* 19. *ff. de cond. & demonst. c. placuit* 13. *q.* 2. Sed hęc interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod validissimũ est argumẽtũ de cõtractibus ad vltimas voluntates, *l. seruũ filij* 48. §. *eum, qui chirographum, ff. delegatis* 1. *l. Iure Ciuili* 24. *ff. de cõditionibus, & demõstrationibus, l. pactũ inter heredem* 47. *ff. de pactis, l. quæ delegato* 48. *ff. delegatis* 1. Vnde cum differentiæ ratio reddi nõ possit quare in cõtractibus moræ emẽdatio admittatur, in vltimis voluntatibus è cõtra, quinimo magis admitti ex voluntate defuncti videatur, qui prius penum dare voluit, eaque non præstita solutione, in subsidiũ seu in defectũ, quantitatẽ pẽdere iussit, ideoque heres, qui morã eluere desiderat penumdando, non pecuniam, quam secundarie dare testator optauit, censendum est magis ei parere, atque ideo vtroque casu tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus emẽdatio admittitur merito nec aliquod speciale ius in ea lege dari defendendum erit: quare hac, & alijs omissis verissime respondendum est in dicta *l.* 1. verſic. *nisi forte, ff. de penu legata*, tempus ad soluẽdum appositum non fuisse; sed tantum ad impedien dam moræ emendationem: vt constat ex dicta *l.* 1. in illa dictione, *nisi*, quæ casum à præcedenti excipit in hoc sensu, vt mora vsque ad contestationem elui possit; nisi testator aliud tempus ad ipsius emendationem assignauerit, qui est illius legis verissimus sensus: vt constat ex verbo illo *habebit*: igitur heres obligationẽ habebit tãdiu, quãdiu lis cum eo de pecunia cõtestetur: nisi forte aliud tempus vel mente, vel verbis testator præfixerit. Ex quibus apparet nullum ibi ius speciale versari. Cum idem & in contractibus dicendum sit, vt vsque ad litem contestatam, quo tempore mora fit, possit quis ab illa liberari: nisi forte aliud tempus à contrahentibus præstitũ sit: quia tunc eo elapso, si ius alicuius deterius factum sit, inexpiabilis redditur, dicta *l. si Insulam* 84. *ff. de Verborum obligationibus*.

10 Octauò, obstat textus in *l. Thais* 41. §. *intra certa, ff. de fideicommissarijs libertatibus*: vbi cõtat, quod si libertas seruis sit relicta sub conditione, si intra certum tempus rationes redderẽt, & per eos steterit, quominus intra præscripta tẽpora conditioni parerent, non id circo, quod postea rationes vellint reddere, liberos fore Consultus scribit, quod nulla alia ratione contingit, nisi quia tempus præscriptum fuit. Item & pœna: quia conditioni non parentes serui manent, & inde moram emendare non poterũt. In qua difficultate communiter dici solet nostri textus sententiã tantum procedere, quotiescumque quis emendatione damnum vitare velit. Secus tamen, si lucrum captare vellit. Notant *Bartolus* in dicta *l. si Insulam, numero* 24. *Alexãder*, ibidem, *num.* 44. *Iason* 39. Vnde cum in d. 9. *si intra certa*, de libertate cõsequenda statu liberi

lIberi agerent, nihilmirũ, si emendatio moræ eis denegetur. Verum hæc sentẽtia quod attinet ad textũ in dicta *l. Thais* §. *intra* mihi nõ placet, cũ ad actionẽ quærendã emendatio permitti videtur iuxta textũ in *l. si ita quis* 135. §. *Seia cauit ff. de Verborũ obligationibus, l. mancipiorũ* 6. *ff. de optione legata. l.* 1. §. *si frater ff. de collatione bonorũ*: quare alijs omissis verissime dicendũ est cõsultũ in dicto §. *intra certa* non agere de morę emendatione, sed an conditione impleta possint nihilominus, si post tẽpus præscriptũ serui ei parere vellint, ad libertatẽ peruenire: fuit rãque in eo textu libertas seruis sub conditione relicta si intra certa tempora rationes redderent: intra quæ conditioni non paruerunt: post defectum conditionis, rationes reddere parati erant: quæsitum fuit, an ad libertatem peruenirent; respondit Scebola, si per ipsos stitisset, quo minus intra diẽ præfixam cõdictionẽ adimplerent, non id circo, quod postea rationes vellint reddere, liberos fore. Ratio est: quia dispositio cõditionalis debet in forma specifica adimpleri, & sic in termino statuto nõ vlterius *l. Meuius, l. qui heredi. ff. de condition. & demonst.* Notat *Alexãder* in dicta *l. si Insulã num.* 24.

11 Nonò, solutioni obstat textus in *l. cum heres* 4. §. *ntẽ Cassius, l. seruus qui testamento* 14. §. *seruus, ff. de statu liberis*, vbi seruus liber esse iussus, si heredi operas annorum septẽ dedisset, si fugiat, & annũ in fuga faciat, potest post septẽ annos conditioni parere, quæ iura distinctione adhibita cõpones, si separes tempus oneris quantitatiuũ à tempore quantitatis limitatiuo: nã in primo mora emendatur non sic in secũdo. Ratio differẽtiæ est: quia vbi tẽpus quantitatiuũ in conditione adiectũ est, conditio illa reperitur sine aliquo termino præfixo: ideo mora, si qua est emendari potest: cũ dispositio, & volũtas adhuc duret: sed vbi tẽpus limitatiuũ in cõditione adiectũ est, tunc tempore lapso deficit conditio. Et potestas eã ad implendi: & perconsequẽs ipsa dispositio, & volũtas sic disponentis, ideoque post illud tẽpus ex defectu potestatis mora non emendatur: vt in textu in dicto §. *intra certa*, quæ iura ad concordiam reduxit *Salicetus de mora quæst.* 1. *num.* 3.

12 Decimò, prędictis obstat sequens consideratio: nã, si vbi nõ est dies, nec pœna, non emendatur mora, à fortiori his adiectis eius expiatio impedietur. Antecedens probatur ex *l. si in lege* 27. §. *Colonus, ff. locati, l. si ita quis promiserit* 135. §. *Seia Cauit, ff. de Verborũ obligationibus*, vbi *Iulius Paulus*, & *Quintus Scebola*, alterũ solũ intra mediũ tẽpus arbitrio iudicis declarãdũ moræ emendationem esse admitendã: ergo longo tẽpore maximoque interuallo lapso, etiam sine die, & pœna mora non eluetur. Consequentia autem perse patet: nã si iura illa post modicum tẽpus moræ emendationẽ non admittunt, multo minus post diem, & pœnã quo casu magnũ interuallum existere necesse est. Cui dubio respondendũ est negando priorẽ partem cum multo verius sit morã tũc semper emendari, vt constat ex his quæ supra retulimus, nec contrariũ probant iura supra in argumẽto adducta imo potius nostram hanc sententiam confirmant; dum emendationem, si actoris nihil interest, admittunt, v in dicto §. *Colonus*, verſic. *omniaque colono integra sunt*. Et in dicto §. *Seia* verſic. *nec mulieris quidquã propter eã morã interesset*: nam modica mora nocere nõ solet, cum in ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnũ dãnum esse non posit: siqui dem parua, mora non dicitur. Notat *Tiraquel. de iudicio in rebus exiguis ferendo. n. 77.* idem de *retractu. linagiel. §. 8. glosa 2. num. 9.*

13 Vndecimò obstabit sequẽs consideratio, videlicet certum esse post litẽ contestatã morã non posse emendari, *l. si Insulã 82. ff. de verborũ obligationibus*: at eadem ratio, quæ post litẽ contestatã moræ emendationẽ impedit, est etiam in die, & pœna: ergo expiatio moræ die, & pœna adiecta reijcietur: minor probatur: nam ratio propter quã post litẽ contestatam moræ emendatio excluditur, ea est: quia per litis cõtestationẽ quasi contrãhitur, *l. 3. §. idem scribit, ff. de peculio glosa*, verbo *ex parte in l. 2. §. final, ff. de Prætorijs stipulationibus*: & ideo amplius ab eo, super quo lis est contestata, recedi non potest: cum nouus contractus celebratus videatur, & sic succedit regula textus in *l. sicut 5. Cod. de obligationibus, & actionibus.* Sed hæc ratio etiã militat die, & pœna adiecta, cum initio cõuentionis in id partes consentiant, vt statuto tempore contractu principali non impleto pœna præstetur: ergo pars contumax ex superioribus non euitabit, quæ abinitio inter ipsos contrahentes adiecta fuit, & de ea alius quasi secundus contractus celebratus, à quo cõtumax altera parte inuita resilire non poterit. Cui dubio breuiter, & verisime respondẽdũ est negãdo minorẽ: nã licet partes à principio in id cõsentiant, vt pacto, vel contractu non obseruato pœna præstetur, æquitate tamen suggerente ex nostri textus decisione, *li* ius actoris deterius factũ non sit, explosso iuris rigore emendatio admittitur, quod quidẽ semper & attente considerandũ est in hac moræ disputatione; secus vero si ex emendatione alterutri dãnum inferatur: nã tũc mora nõ emẽdabitur, sin minꝰ, semper eius expiatio amplectenda est: quia hic est finis, & scopus emẽdationis, vt contractus implementum accipiãt, & omnia ad æquitatẽ & bonitatem redducantur.

14 Duodecimò, aduersus id, quod supra retulimus, scilicet moram post litẽ contestatã emendari non posse, valde obstabit textus in *l. 3. §. final & l. 4. in fine ff. iudicatũ solui*, in quorum specie reo, qui iudicatũ soluẽdo satisdederat, copiã sui nõ faciẽte, nec se defendendo, actũ erat cum fideiussore ob rẽ nõ defensam, nihilominus placet adhuc licere reo (quãuis post litem cum fideiussore suo contestatam) suscipere defensionem de qua suscipienda satisdando cauerat non solum vt non præster, quod interest actoris quod in iudicium prius cum fideiussore deductum erat, sed etiã vt fideiussorem ipsum eius præstatione liberet: sed respõdendum est nihil hic offerri post litem contestatã, cuius quidem litis ratio haberi debeat: defensionem enim offert reus: sed offert ante litẽ. Nec ad rem pertinet, quod erat cõtestata cum eius fideiussore: hoc enim inter alios actum est quod perinde habetur, ac si actum non esset: siquidem res inter alios acta, alijs nõ nocet toto titulo *Cod. res inter alios acta, l. de vnoquoque §. sæpe ff. de reiudicata, l. inter alios acta, ff. de regulis iuris*: at enim liberatur fideiussor ea defensione obligatione iudicati: & quidem post litem cõtestatã hoc nõ fit: quia morã hic purgat aut ipse, qui nihil offert, aut reus pro eo: cum reus suo nomine defensionem suscipiat, non alieno sed accessionis natura, necessario hoc euenit, vt ab obligatione eius, quod

quod interest liberato reo simul etiam liberentur accessiones, & fideiussores, *l. in omnibus speciebus, ff. de solutionibus*, ita præsensit, *Donellus in l. si seruum 91. §. sequitur, ff. de verborum obligationibus.*

15 Decimotertiò prædictis obstat textus in *l. fideiussor 15. ff. de doli mali, & metus exceptione*: vbi, siquis fundum vendiderit, de euictione promiserit, fideiussorẽque dederit, si fundus sit euictus, & emptor egerit cõtra fideiussorẽ euictionis nomine, si fideiusor lite cõtestata offerat fundum emptori, & quidquid eius interesset, & si postea cõuenia tur ex sententia, habebit exceptionẽ doli ad euitandã dupli pœnam ob euictionẽ. Ex cuius textus decisione probari videtur, etiam post litem contestatã morã purgari posse. Sed huic dubio respondendũ est fideiussorem, ibi morã non cõmisisse: quia satis est quod dixerit litem contestando se obligare in id, in quo condemnabitur ex sententia iudicis hoc est, in id, quod actoris interesset, nec ex inde actio semel quæsita per litis cõtestationẽ creditori aufertur, cum aliud offeratur: quia in sententia ipsa compræhensa est rerũ æstimatio: siquidẽ, qui æstimationẽ præstat, rẽ ipsam præstare videatur, cuius nomine æstimatio venerat in iudiciũ; quod quidẽ præcipue agebatur ab emptore, & si alia damna à iudice æstimentur, vt pro eis fideiussor satisfaciat actori: vt late refert *Donellus* in *l. si seruum 91. §. sequitur ff. de verborum obligat.*

16 Decimoquartò obstabit textus in *l. hoc iudiciũ 5. in fine ff. de publicanis, & vectigalibus*, verfic. *sed tamen absoluendus est etiã, qui post acceptum iudiciũ restituere paratus est*: vbi pœna in duplũ, quæ cõpetit aduersus publicanum, qui rem à fisco ademerit, & nõ restituerit, purgari potest post litem contestatã, si paratus est rem restituere: ergo litẽ iã semel cõtestata mora purgari poterit. Pro cuius dubij solutione adnotandum est prætorem actionem in duplum aduersus publicanũ polliceri si res adempta restituta non fuerit, sed actio illa arbitraria est: nã & si verba illa *arbitrio iudicis*, in hoc edicto non fuerint addita, tamen conditio illa, *si ademptũ restitutũ non fuerit*, hãc actionem arbitrariã faciũt. Nec obstãt verba illa *post acceptũ iudiciũ pœnam durare*: quia sic accipi debent ex natura moræ, vt verba scripta sunt, vt non possit euitari rei oblatio post litem cõtestatam: ex mente autem, & sententia prætoris conditio ita debet accipi si res restituta arbitrio iudicis non fuerit, sub qua conditione eueniet, quod Caius subijcit, vt absoluendus sit reus, etiã qui post acceptum iudicium restituere paratus est: notat *Donellus* in dicta *l. si seruum 91. §. sequitur* in fine *ff. de verborum obligationibus.* In præsenti etiam discuti poterat illa difficilis quæstio an iuramentum impediat moræ emendationem, de qua videndus est, *Gutierrez de Iuramento confirmatorio 2. parte cap. 17. ex nu. 1.* cum sequentibus, *Bartolus* in dicta *l. si Insulam n. 20. Alexander 37. Iason 35.* & fere ordinarij omnes, ibidẽ, *Pichardus* late *in tract. de mora ex nu. 186.* Similiter de quæstione illa: scilicet, an duplex mora emendationem impediat, videndus est, *Pichardus* vbi supra *num. 211.* Sed licet plura de moræ emendatione, & commissione in præsenti disceptari poterant: tamen hæc quæ magis proprie ad textum nostrum expectant dicta sufficiant.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De rerum permutatione Titulus XIX.

Ad textum in capit. si Princeps 1. huius Tituli.

De huius textus materia plura scripsimus in cap. 1. apud finem, & in cap. qui res 2. de rebus Ecclesię, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textum in capit. vt commutationes 2. cap. mancipia 3. cap. iniustum 4. hoc Titulo.

Omitto commentaria ad hæc iura quia plura de illis scripsimus in cap. siquis presbyterorū 6. de rebus Ecclesiæ: quia ea sepius inculcare nefas est.

Ad textum in cap. quæsitum 5. cap. ad quæstiones 6. cap. cū olim 7. cap. cum vniuersorum 8. cap. exhibita 9. & final hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio Beneficiorum partium conuentione inita inutilis est; tenet tamen si superioris iudicium, & vtilitas intercedat.*
2 *Miles non potest stationem, seu locum ab Imperatore sibi assignatum relinquere, neque Sacerdos, qui in Christo militat beneficium.*
Auctoritas superioris omne vitium simoniæ purgare solet.
Permutatio beneficiorum contractus est.
Sacerdotes non sunt domini beneficiorum, sed administratores tantum.
3 *Lex cum duos diuersos casus proponit, & vnum prohibet, & de altero tacet, illam, de quo tacet, permisisse videtur.*
Exponitur textus in cap. maioribus de præbendis.
Ratio vbi eadem viget, eadem quoque dispositio debet procedere.
4 *Venditio sine pretio non consistit.*
Spiritualis res pretium, neque æstimationem recipit.
Simonia contrahitur, cum aliquid temporale pro spirituali datur.
5 *Conciliatur textus in capit. inter cætera 17. de præbendis cum cap. quæstionum 5. de rerum permutatione.*
6 *Impugnatur solutio tradita ad textum in dicto cap. inter cætera 17. de præbendis.*
7 *Refertur ratio ad textum in capit. ad quæstionem 6. de rerum permutatione,*
Consequens qui vult necessario, & antecedens sine quo illud existere non potest, velle videtur.
Correctio in iure nostro semper est euitanda.
8 *Iterum exponitur textus in dicto cap. ad quæstionem 6. de rerum permutatione versiculo*, sic tamē quod illi contractus nequaquam sibi inuicem misceantur.
Decimæ, & primitiæ à titulo beneficij separatæ vere temporales sunt.
9 *Refertur species ad textum in cap. cum vniuersorum 8. de rerum permutatione, & conciliatur cum cap. cum olim 7. eiusdem tituli.*
Decepto iura subueniunt, & simplicitati veniam tribuunt.
10 *Iterum exponitur, & impugnatur textus in dicto cap. cum vniuersorum 8. de rerum permutatione.*
11 *Refertur ratio ad textum in dicto cap. exhibita final de rerum permutatione.*
Permutatio de spiritualibus ad temporalia improbatur; de re vero spirituali pro alia spirituali, si Episcopi auctoritas intercedat admittitur.
12 *Conciliatur textus in cap. nisi essent 21. de præbendis cum cap. exhibita final de rerum permutatione.*
Remissius interpretatur textus in cap. vnico de rerum permutatione lib. 6. Clementina vnica eiusdem tituli cap. dilectus 23. de præbendis, cap. ex parte 12. de officio delegati.

1 CONCLVSIO: beneficiorū permutatiō partium cōuētione inita inutilis est: tenet tamen si superioris iudicium, & vtilitas intercedat. Consonat textus in *cap. quæsitum 5. cap. ad quæstiones 6. cap. cum olim 7. cap. cū vniuersorum 8. c. exhibita 9. & final* hoc titulo, *cap. pactiones final de pactis, cap. non sine 2. de arbitris, cap. cōstitutus 4. cap. de cætero. 5. cap. super eo 7. cap. præterea 9. & 10. de transactionibus, cap. tua nos de simonia, cap. maiorib us 8. cap. inter cætera 17. cap. nisi 21. de præbendis, cap. vnico* hoc titulo, *lib. 6. Clem. vnica*, eodem titulo, *cap. 2. de electione lib. 6. cap. venerabilis 6. de exceptionibus, cap. quā pio 1. quæst. 2. extrauagans cum detestabile de simonia, Cōcilium Coloniense, cap. 34. Trid. sessione 25. cap. 15. l. 6. titulo 16. partita 1. l. 3. titulo 17. partita 1. l. 2. tit. 2. partita 5.* Exornāt, & explicāt vltra ordinarios in dictis iuribus præcipue. *Nauarrus in capit. accepta de restitutione spoliatorum oppositione 5. numero 14. & 20.* idem in *cap. si quando exceptione 4. de rescriptis, & in Manuali, cap. 23. nu. 107. Mandosius de signatura gratiæ titulo regressus*, versic. *notandum*, & *titulo resignationes*, versic. *cū clausula*, & *in regulis cancellariæ regula 44. quæst. 2. Flaminius de resignationibus lib. 1. quæst. 3. Rebuffus in praxi titulo de resignatione expressa, pura, & condicionali* idem in *titulo de pura resignatione*, & in *titulo de resignatione conditionali*, quam in fauore vocant, *Duarenus de sacris Ecclesiæ ministeriis, lib. 8. cap. 2. Parisius Cōsilio 130. columna 1. & 2. volumine 4. Selua de Beneficijs 3. parte, quæst. 18. Soto de Iustitia, & iure lib. 9. q. 7. art. 2. Couarru. lib. 1. variarum, cap. 5. num. 3. Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ glossa 14. num. 34.* cū sequentibus, *Suarez de Religione tract. 3. lib. 4. cap. 31.* cum sequentibus, *Nicolas Garcia de Beneficijs parte 11. cap. 4. Bonacina de simonia, q. 4. §. 12. num. 7.* versic. *aliis vero Doctor Balboa* late in *repetitione* ad textum in *cap. Pactiones final, de pactis*, idem in *cap. venerabilis 6. de exceptionibus, num. 66. Barb. de potestate Episcopi parte 3. allegatione 69. num. 9.* cum sequentibus, idem *lib. 3. de vniuerso iure Ecclesiastico 2. parte capit. 15. §. 1.* cum ab eo traditis in collectaneis ad nostrum textum, & in *capit. vnico* hoc titulo, *lib. 6. Morla in emporio tit. 9. q. 19. n. 5. Corr. in paraphrasi Sacerdotum 4. parte titulo quibus modis beneficia Clericis conferantur, Tuscus conclusione 303. & conclusione 304. littera P.*

2 Rationes plures à Doctoribus adduci solent. Prima est: scilicet, ideo permutationem partium conuentione fieri non posse: quia permutatio illa etiam si promiscua, & spontanea sit non potest fieri nisi superioris auctoritate, qui iusta subsistente causa eam comprobare poterit, à quo admissio, & collatio dependet iuxta textum in *cap. 1. hoc titulo lib. 6. Clement. vnica* eodem titulo, *cap. 1.* versic. *monemus cap. nisi*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum pridem §. alias de renunciatione. Notat *Garcia* vbi supra dicto, *cap. 4. num. 2.* idem *de venefitijs parte 11. cap. 3. §. 3. Barb. de potestate Episcopi parte 3. allegatione 69.* Cum ergo ex dictis iuribus huiusmodi permutationes non nisi prævia, & spontanea renunciatione coram superiore celebrari queat, proprio permutantium arbitrio, & voluntate fieri nō debent, sed superioris authoritate expediri necesse est considerata vtilitate, & necessitate Ecclesiarum. Est & alia: quia quemadmodum miles non potest relinquere stationē, seu locum sibi ab Imperatore commissum, *l. 3. §. qui stationē ff. de re militari*: notat *Diuus Augustinus lib. 1. de authoritate Dei cap. 18.* Sic similiter, nec Sacerdotes qui in Christo militant possunt pro suæ voluntatis arbitrio locum in quem positi sunt relinquere, & beneficia dimittere adhibito permutationis contractu: argumento textus in *cap. non debere 80. distinct. cap. Sanctorum 70. distinct. cap. nisi cum pridem de renunciatione*: sed Episcopi authoritas, & solicitudo expectanda est vt permutatio absque vlla simoniæ labe, & vitio expediatur: siquidem superioris authoritas omne vitium purgare soleat: *lege nisi ff. de his, qui notantur infamia*: tum etiam quia si deficiente Episcopi authoritate possent beneficia libere permutari, sequeretur, quod possent obtineri absque collatione, & institutione Canonica contra decisionem textus in *cap. 1. in fine de capellis Monachorum, cap. ex frequentibus de institutionibus regula beneficium 1. de regulis iuris lib. 6. Petrus Gregorius in cap. conquerenti de officio ordinarij, cap. 8. Barb. de potestate Episcopi 3. parte allegatione 57. Petrus Gregor. de benef. c. 38. Gōçalez in regula 8. Cancellariæ §. 1. proemiali Couarruuias lib. 1. variarum cap. 16.* confirmatur etiam: quia cum permutatio bonæ fidei contractus sit, nec cum alio quam cum domino, vel cum eo, qui loco domini habetur, valeat celebrari, *l. 1. §. vltimo ff.* hoc titulo, *cap. venerabilis 6. de exceptionibus*, & beneficiati non sint domini beneficiorum, cū beneficia in titulum, vel commendam habeant, cum œconomi tantum procuratores, & administratores sint *cap. fraternitatem, capit. cæterum de donationibus, capit. vltimo 12. quæstione 1. cap. casellas 10. quæst. 2.* merito non possunt beneficia propria authoritate permutare, cùm non permuret is qui alienam rem dat, cum sit necesse, vt dominium transferat dicta, *l. 1. §. ideoque ff. de rerum permutatione, l. vltima ff. de cōdictione causa data.* Rursus quia permutatio affinis est emptioni, *l. 1. ff. de contrahenda emptione, l. 1. Codice de rerum permutatione*, cui permutationi emptio succesit, *l. 1. ff.* hoc titulo beneficia autem Ecclesiastica, vtpote spiritualesres vendi prohibentur, *cap. qui studet* cum alijs *1. quæstione 1. cap. querelam de simonia, l. interstipulantem §. Sacram* cum vulgatis, *de ff. verborum obligationi.* ergo nec permutare fas erit, & si de facto fiat irrita erit: quam rationem insinuare videtur textus in *capite quæsitum 5. cap. cum olim 7.* hoc titulo notat *glossa* verbo *diffinitiuam in capit. cum olim*, hoc titulo *Abbas in capit. 1. de causa possessionis, & proprietatis notabili 4. Alciatus lib. 3. paradoxorum capit. 4. Tiraquellus post leges connubiales, glossa 2.* in principio, *& numero 8.*

3 Primo aduersus conclusionem supra traditam obstabit dicere, quod in Turonensi Concilio, cuius mentio habetur in *capit. maioribus 8. de Præbendis*, & in *capit. quæsitum §.* hoc titulo sola dignitatum permutatio prohibita esse; vt constat ex dicto *capit. maioribus 8.* Verficulo, *ab dignitatum permutationem fieri prohibemus*, & in dicto *capit. quæsitum 5.* ibi, *cum commutatio dignitatum in Turonensi Concilio fuerit interdicta*: ergo in eo Cōcilio Præbendarum, & beneficiorū permutatio permissa censetur, & pateret ex eo, cum lex duos diuersos casus proponit, & vnum prohibet, & de altero tacet, illum de quo tacet permississe videtur: argumento textus in *capit. non no de præsumptionibus, capit. cum Apostolica* in fine, *de his, quæ fiunt à Prælatis, capit. qualis 25. dist. cap. qui spiritualem 30. quæst. 4.* Sed Concilium Turonense proponit permutationem dignitatum, & præbendarum, quæ diuersa sunt, *cap. ad aures 8. de rescriptis capit. quia sæpe de Præbendis lib. 6.* notant omnes in *Rubrica de Præbendis, & dignitatibus*, & solum prohibuit commutationes dignitatum, vt constat ex dicto *capit. maioribus*: ergo Præbendarum, & beneficiorum permutationem tacendo, permisisse videtur. Sed respondendum est, quod licet in Turonensi Concilio in dicto *capit. maioribus de Præbendis.* Tantum dignitatum permutatio sit interdicta, & de ea solummodo mentio habeatur: tamen ex eadem ratione ad omnia beneficia prohibitio illa extensa fuit: in dicto, *capit. quæsitum*, cum alijs hoc nostro titulo: siquidem vbi eadem viget ratio, eadem quoq; dispositio debet procedere *l. illud ff. ad legem Aquiliam, l. si postulauerit, §. 2. ff. ad legem Iuliam de adulterijs l. Nauta §. final, ff. naute, caupones, & stabularij, l. illud, Codice de Sacrosanctis Ecclesijs*: notat *Suarez de religione tract. 3. lib. 4. capit. 31. numero 6. Barb. in collectaneis*, ad textum in dicto *cap. quæsitum 5.* hoc titulo *num. 4.*

4 Secundò, generaliter aduersus conclusionem supra adductam, & eius rationem, obstabit sequens dubium: nam si ob aliquam rationem huiusmodi permutationes inutiles essent maxime propter simoniæ vitium, vt supradiximus in decidendi ratione: at impossibile est, vt talis simoniæ modus existat, nisi pretium intercedat, cum venditio sine pretio non consistat: *principio institutionum de emptione*, & venditione, *l. 1. §. final ff. de contrahenda emptione, l. 2. ff.* eodem, & res spiritualis, quæ pro alia spirituali permutatur, pretiū, nec æstimationem recipere potest, cū non sit res pretio æstimabilis, quæ nec ex iure positiuo pretio æstimari poterit: ergo nec ex iure positiuo potest efficere vt commutatio rerum spiritualiū sit simoniaca: siquidē ad simo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simoniam committendam desiderat, vt aliquid temporale pro spirituali detur, nec sufficit, vt res spiritualis pro spirituali præstetur: vt cõstat ex illo *primo Actorum cap.* 8. ibi, *pecunia tua tecum sit in perditionẽ: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Verũ huic dubio respondendũ est, non repugnare permutationẽ rei spiritualis prospirituali pro prio cõsensu, & sine superioris authoritate factã, esse simoniacã ex eo solum, quod contra Ecclesiæ prohibitionem commutationes illæ factę censeantur: iuxta textum in *cap. ex parte 1. de officio delegati* dicto *capit. quæsitum* 5. hoc titulo, *cap. motoribus 8. de præbendis, cap. final de pactis*, sed ex eo simoniaca pactio dicitur: quia prohibita est vt expresse probat textus in *cap. cum olim de verum permutatione*: ibi, *præsertim pactione præmissa*, quę circa spiritualia, vel annexa spiritualibus labem semper continet simoniæ, non tamen ex eo dicitur simonia, quia videtur aliquid dari temporale, hoc est fructus beneficiorũ pro spirituali: vt late refert. *Couarru. lib. 1. Variarum cap. 4. num. 4. & 5.* Sed ex eo præcipue simoniaca dicitur: quia à iure vti prohibita semper simoniaca dicitur: vt late ratiocinatur, *Doctor Balbus* in dicto *cap. pactiones final de pactis, num. 9.* cum sequentibus.

5 Tertiò, prædictis obstabit difficile Innocentij III. Decretum relatũ in *c. inter cætera 17. de Præbendis*: vbi, cũ duo Canonici G. & H. vnus Labonensis, alter Cyclensis Ecclesiæ Præbendarum permutationes desiderarent facere, eas in manibus Cælestini Pontificis resignarũt, qui resignationem acceptans mandauit Decano Remensi, vt Præbendam Hieronymi vicissim cõferret Henrico, & Henrici Hieronymo: Episcopus loci cuius Præbenda Guillelmi erat intelligens eam quasi vacantem, contulit cuidam Magistro simplici Clerico, qui inductus inter cæteros Canonicos sedit in choro, & capitulo. Vnde orta lite inter Guillelmum, & Magistrum, Romanus Pontifex præfatam resignationem irritauit, & vtrique beneficiũ suum restituit, & ne Magister spe sua frustratus maneret, mandauit Episcopo, vt donec idem Magister in eadem Ecclesia fuerit Præbendale beneficium assequutus, nulli alij Præbendam assignare præsumat, quod, si præsumpserit, id irritum decernit, & inane: docet etiam, vt, quia Præbendam ei, quam de iure nõ potuit assignauit, quam de iure potuerit, assignet. Ex cuius textus decisione duo contra conclusionẽ supra adductam, & contra textum in dicto *cap. quæsitum* deducuntur. Primum est resignationes Præbendarum ex causa permutationis factas in iure receptas esse: ergo minus recte *Vrbanus III.* in dicto *cap. quæsitum* 5. hoc titulo asserit permutationes Præbendarum generaliter esse prohibitas in illis verbis *generaliter teneas, quod permutationes Præbendarum de iure fieri nõ possunt*, Alterum est hanc permutationem Præbendarum in manibus Pontificis factã fuisse: ergo textus ille innuere videtur, Episcopum non posse in hisce beneficiorum permutationibus expediendis authoritatem suam interponere: quod omnino contrarium refert textus in dicto *cap. quæsitum*. Cui dubio respondendum est *Vrbanum III.* in dicto *cap. quæsitum* 5. non prohibuisse generaliter omnes beneficiorum permutationes: nam beneficia permutari posse totus Ecclesiæ vsus obseruat, & demonstrant decreta Pontificis in toto hoc nostro

nostro titulo. Sed eas solas generali prohibitione damnat, quæ fiunt, & perficiuntur sola partium conuentione: cum ergo propria permutatio sit, quę pacto partium perficitur re propria ab vtroque parte data, quæ accipientis fiat, quod vt supra diximus in beneficijs contingere non potest, nõ immerito Pontifex in dicto *cap. quæsitum* 5. absolute loquitur beneficia permutari nõ posse, hoc est propria authoritate pro vt tẽporalia bona permutantur, cũ pars potissima in permutatione beneficiorũ superioris authoritati tribuenda est, qui resignationẽ ex causa admittit, & resignata vicissim confert; atque ideo cum translationi similis videatur; recte *Vrbanus III.* in dicto *cap. quæsitum* translactionem potius, quam permutationem esse demonstrat, quæ superioris authoritate fit: nam permutatio, quæ propria, & priuata partium conuentio fit, in beneficijs esse non potest: non tamen ex inde sequitur nõ posse de iure fieri permutationes si iusta causa, & authoritas superioris interueniat: quæ permutatio etiam dicitur, cum ex partium conuentione originem sumit, & resignatio, ex superioris authoritate cõfirmetur. Cum ergo permutio præbendarum, de qua in dicto *cap. inter cætera*, agitur non priuata partium conuentione perficeretur, sed adhibita superioris authoritate merito recta, & valida fuit: neq; similiter obstabit Apostolicã auctoritatẽ huic permutationi adhibitã fuisse: nam Põtifex in dicto *c. inter cætera*, non negat Episcopum, Abbatẽ, & alios Prælatos Episcopalẽ iurisdictionẽ exercentes posse illas beneficiorũ permutationes, & resignationes admittere, & confirmare. Notat Corasius dicto *cap. 9. num. 3. Suarez* vbi supra *cap. 32. numero 9. & 19. Barbos.* plures refert *de potestate Episcop. parte 3. allegatione 69. num. 2. &* 3. cum sequentibus.

6 Quartò, solutioni traditæ ad textum in dicto *cap. inter cætera 17. de Præbendis*; dum in eo asseritur facta resignatione, seu permutatione præbendarum coram Pontifice non potuisse Episcopum præbendam illam Magistro conferre: &, si cõtulerit, ea priuandũ esse. Obstabit dicere, quod cũ præbẽda illa ex causa permutationis vacasset, debuit valere collatio illi Magistro ab Episcopo facta, cũ conferẽdi potestatẽ haberet: nec ex hac causa collatio debuit retractari: nec Magister ea priuari. Argumento; textus in *capit. dilectus ei 2. de Præbendis*. Cuius difficultatis soluendæ gratia varias solutiones tradiderunt, ibidẽ antiquiores omnes, quorũ inhærentes vestigijs, sic dubium soluimus: nam Pontifex, ibi collationem Episcopi irritauit: quia non solũ ex ea contemnebatur prouisio Pontificis, & eius mandatũ frustrabatur: verũ etiã fraudabatur, qui ex causa permutationis præbendam resignauit: nam cum resignationẽ conditionaliter fecisset spe alia consequendi, & postea sibi alia, quã sperabat, non fuisset assignata, iure optimo Pontifex huic decepto prouidit, & beneficiũ suũ, quod amiserat renunciãdo. (Argumento textus in *cap. quã rationabilem 7. q. 1.*) ex officio restituit irritam decernens collationem præbendæ ab Episcopo factam: quia acceptando renuntiationem, & mandando alteri collationẽ totum permutationis negotium ad se auocauit: & iurisdictionẽ ab Ordinario eripuit. Argumento textus in *capit. vt nostram de appellationibus, capit. licet de officio delegati, cap. dudum 3. quæst. 6.* docet *Innocentius* in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicto *cap. intercætera num.* 3. *Hostiensis* 2. & *Panormitanus* 5. & ne Magister, cui Episcopus Præbendam assignauit ex eo, quod Canonicus receptus est, Præbenda careat: argumento textus in *cap. velatum cap. dilectus el* 1. §. *penult. de Præbendis*, præcepit Episcopo, vt præbendale beneficium ei conferat: quia cum præbendam, quam de iure non potuit, assignasset; ea cuicta, quam de iure potest assignare tenetur: ne præbendam ei fraudalenter visus sit assignasse. Argumento textus in *cap. præsentium* 7. *quæst.* 1. Notat *glossa in d. cap. inter cætera*, verbo *assignauit*. Argumento textus in *l. eleganter* 9. *qui reprobos, ff. de pignoratitia actione*, *l. si filius*, §. *si quid ff. delegatis* 1. *l. mortuo* §. *Labeo ff. delegatis* 2. sequitur *Innocentius*, ibidem, *num. final. Panorm.* 2. *Hostiensis* 6. *Cujacius in pesthumis*, ad textum in dicto *cap. inter cætera Couarru. lib.* 3. *Variarum, cap.* 16. *num.* 8.

7 Quintò, prædictis valde obstat *Clementis* 3. *constitutio*, quæ extat in dicto, *cap. ad quæstionem* 6. hoc nostro titulo. In cuius textus decisione apparet Ecclesiarum permutationem ad inuicem permissam, & licitam esse; etiam interueniente pecunia, vsque ad compensationem qualitatis vtriusque: vt satis ex eius hypothesi deducitur. Cuius textus difficultas adeo grauis visa est interpretibus, vt eos coegerit in varias abire sententias. *Abb.* itaque in eo textu *num.* 3. existimat textum illum procedere in permutatione redituum, & bonorum temporaliũ duorum beneficiorum inæqualiũ, in qua potest licite interuenire pecunia non pro iure spirituali obtinẽdo, sed pro cõpẽsandis amplioribus alterius beneficij redditib⁹. Sed hęc solutio falsitatis morbo laborat, & conuincitur ex textu in *cap. si quis obiecerit* 1. *quæst.* 3. cum negari non possit in hoc casu pecuniã dari pro ipso beneficio, quod est ius administrandi spiritualia, & percipiendi temporalia propter illud, nec alterum ab altero separatur: nã qui pro fructibus, vel bonis tẽporalibus beneficij, quod absq; spirituali titulo occupari non potest pecuniam dat vtrumque necessario eo pretio cõparare intendit, ac per consequens simoniam committit: nam qui vult consequens, vult necessario antecedens, sine quo illud existere non potest, *l. ad rem mobilem, ff. de Procuratoribus*, cum adductis à *Mantica lib.* 4. *de coniecturis tit.* 1. *num.* 16. & consequenter dicendum est pinguius beneficium non posse permutari cum beneficio tenui, vel minus pingui interueniente pecunia: quare *Cujacius in recitationibus*, ad eundẽ textũ asserit verba illius textus *perse queat permutatio celebrari* mẽdosa esse, & non affirmatiue, sed negatiue legenda fore, hoc est *perse nequeat permutatio celebrari*; cum perperã ab interpretibus verbũ illud *queat* pro *nequeat* vsurpetur, quasi sensus esset quod Ecclesia, cũ Ecclesia pecunia interueniẽte permutari non possit: at tamẽ si prædia Ecclesiæ ad inuicẽ permutentur, id quod deficit possessioni alterius pecunia refundi potest, vt sic separatim Ecclesia commutetur cum Ecclesia sine pecunia, & separatim possessio cum possessione, etiam interueniẽte pecunia: sed hæc interpretatio aperte conuincitur ex rationibus nuper assignatis. Tum etiam: quia correctoria est, & correctio in iure nostro semper est euitanda, *cap. cum expediat de electione*: late refert *Osualdus* ad Donellum *lib.* 8. *comment. cap.* 11. *littera L. Petrus Faber lib.* 2. *Semestriũ cap.* 13. quare his, & alijs omissis

fis verisimè est dicendum: ideo in specie textus in dicto *cap. ad quæstiones* permutationem illam sub ea forma factam valuisse: quia decisio illa tractat de permutatione Ecclesiarum quoad earum bona temporalia, non quoad titulum iura ve spiritualia: quo in casu cum ius spirituale nullum fuisset permutatum nihil mirum si reddita pecunia ad æqualitatem circa possessiones, contractus ille fieri potuisset; quæ interpretatio aperte deprehenditur ex ipsius capitis contextura, in qua sermo est de Ecclesijs, quas habebant Abbates Conuentuales, sicque erãt suis Monasterijs vnitæ: in qua vnione vel titulus beneficij vniti penitus extinctus est ita, vt nihil aliud, quam sola proprietas reddituum, & bonorum temporalium amplius consideretur prout resoluunt Doctores in *Clement. final de rescriptis*, aut vnio ita fit, vt perpetuus Vicarius in beneficijs vnitis relinquatur, pro vt iure fieri debet. *cap. de Monachis, cap. extirpandæ*, 9. *qui vero de præbendis Concilium Trident. Sessione* 7. *de reformatione, cap.* 7. & hoc etiam casu temporalia tantum transferuntur, & ius spirituale penes Vicariũ perpetuum remanet, sicque quocumque modo in specie illius textus Ecclesiæ fuerint vnitæ apud Abbates, quasi res temporales permutatæ censentur, ac proinde licitum fuit sub ea forma pecuniam dare: docet *Zauarela* in eo textu, *num.* 2. *Ancarranus* 3. *Couarru. lib.* 1. *Variarum cap.* 5. *num.* 9.

8 Sextò, solutioni obstabunt verba postrema eiusdem capitis ad quæstionem: ibi, *sic tamen quod illi cõtractus nequaquam sibi inuicem misceãtur*. Ex quibus Pontifex caueri iubet, ne contractus misceantur, præcipit que vt perse Parrochiales Ecclesiæ permutentur: perse autem possessionum permutationis contractus ineatur: refusa pecuniæ quãtitate ad æqualitatem contractus; ergo innuere textus videtur in ea Ecclesiarũ permutatione ius aliquod spirituale fuisse, propter quod non poterat contractus coniungi: nam si Ecclesiæ, quoad proprietatem permutabantur, & quasi redditus, & bona temporalia erãt penes Monasteria, proculdubio vno eodemque cõtractu Ecclesiæ illæ cum suis bonis refusa pecunia ad æqualitatem permutari potuissent absque vlla si moriæ labe, cum sola pars fructuum Monasteriorum permutata fuisset, nec necessaria erat contractus distinctio: ergo dicendum videtur Ecclesias Parroquiales, quoad titulũ, & ius spirituale permutatas fuisse: non vero quoad proprietatem. Cui dubio respondendum est quod quãuis in permutatione Ecclesiarum iure proprietatis, nec titulus beneficij, nec ius aliquod spirituale transferatur, sed quædã pars fructuũ, & bonorum temporalium vtriusque Monasterij reperiatur; tamen in ea permutatione duplicia genera omnino distincta sunt, scilicet decimæ & primitiæ, quæ Ecclesiarum nomine possidentur, in eo textu significantur, & bona illa stabilia, quæ possessiones appellantur: *cap. Vt super* §. *possessiones de rebus Ecclesiæ*. Inter hęc autem bona illud interest, quod decimæ, & primiciæ quamuis à titulo beneficij separatæ vere temporales sint, nihilominus tamen cum natura sua ad alimoniam Sacerdotũ, & Ministrorum Ecclesię sunt deputatæ, *cap.* 1. *cap. decimas* 16. *quæst.* 7. & à Sacris Canonib⁹ quasi res spirituales censentur ita, vt laici ius percipiendi decimas possidere nõ possint: *cap. causam que de præscriptionibus, cap.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. prohibemus de decimis: possessiones autem, & bona mobilia, & immobilia temporalia omnino iudicantur, atque ideo possunt pretio vendi, & permutari ex iusta causa, & debita solemnitate interueniente: *capit. sine exceptione 12. quæst. 1. cap. Vltim. de rebus Ecclesiæ, cap. 2.* hoc titulo. Ex quibus infertur in dicto *capit. ad quæstiones* Ecclesias, quo ad proprietatē permutari: sed quia decimæ, & primitiæ ob rationem supra adductam iure Canonico pro spiritualibus habeantur, iuber Sūmus Pontifex, vt à possessionibus separentur, & perse fiat Ecclesiarum permutatio, ne contra ius Canonicū pro iure decimandi pecunia data videatur: possessiones vero diuerso contractu permutentur: quoniam pretio æstimari possunt: exigitur tamen superioris auctoritas propter alienationem iuris Ecclesiæ, quæ interuenit in permutatione dicto *cap. sine exceptione, cap. nulli de rebus Ecclesiæ*: notat *Panormit.* ibidem, *num. 5.* late *Barbos. in Collectaneis*, ad textum in dicto *capit. ad quæstiones*, 6. *n.* 1. iuxta vers. *ego vero Morla in Emporio iuris lib. 9. q. 19. n. 5.*

9 Septimò, aduersus ea, quæ in præsenti communiter notant omnes: videlicet, quod hi qui sua & propria auctoritate beneficia commutāt, beneficia, & dignitates amittunt: iuxta textum in *cap. cum olim 7.* hoc nostro titulo *extrauagans cum detestabili de simonia*: notat *Nicolas Garcia de beneficijs parte 11. cap. 4. numero 58. Barbos. in Collectaneis*, ad textum in dict. *cap. cum olim*, obstabit textus in *cap. Cum Vniuersorum 8.* hoc titulo: quo loci proponitur, quod cum G. Canonicus, & P. Clericus de permutatione suarum præbendarū tractare cępissent, G. præbendam suā Petro resignauit, quam ipse Petrus cuidam consanguineo suo contulit, sed suam præbendam, sicut promisserat, noluit resignare: quare causa ad Sedem Apostolicā fuit delata, super qua Pontifex scribit quibusdam iudicibus mandans eisdem, quatenus si constiterit dictum Hieronymum ita fuisse decep tum amoto consanguineo à præbēda, vel quolibet alio detētore eam Hieronymo restitui faciant: reddit que rationem, quia licet de iure nō possent beneficia permutare, tamē deceptis iura subueniunt, & simplicitati veniam tribuunt. Ex cuius decisione manifeste constat permutationem factam propria auctoritate non inducere priuationem beneficiorum; quod omnino contrarium refert textus in dicto *cap. cum olim 7.* hoc titulo. Cui difficultati communiter respondere solent fere interpretes omnes, scilicet summum ius in hac re ab æquitate distinguendū fore, in quium nā quę ibidem ex æquitate potius, quam ex iuris rigore subueniendum fore resignanti ex causa permutationis, qui in resignatione deceptus fuit restitutione beneficij Ecclesiastici sibi facta, cui gratiæ & æquitati causam dedit malitia alterius, qui de permutatione tractauerat, in cuius deceptionis odium, ne ex dolo suo commodum reportaret, voluit Pontifex illum ad præbendam suam restitui, motus simplicitate, qua ductus beneficium resignauit, quamuis summo iure in spe to non esset restituendus, cum iam semel per renunciationem beneficium amisisset, & priuari debe ret dicto *cap. cum olim*: quia pactio illa quasi simoniaca videbatur, vtpote facta priuata auctoritate, *cap. quæsitum 5.* supra hoc titulo: nam quamuis priuatim possint de illa beficiorum permutatione tractare, tamen

tamen eius conclusio, & perfectio ad Episcopum expectat. Notant *Abb. Imola*, & alij in dicto *cap. cum Vniuersorum Cardinalis* in dicto *cap. 5.* Hoc titulo *num. final Ioannes Andr. in c. Vnico*, hoc titulo *lib. 6.* cū traditis à Doctore *Balboa in c. final de pactis n. 84. Couar. lib. 1. Variarū c. 5. n. 3.*

10 Octauò, solutioni obstabit sequens consideratio videlicet in specie textus in dicto *cap. cum Vniuersorum* necessariam non fuisse æquitatem, sed ex summo rigore iuris restitutionē fieri debuisse ex eo, quod Hieronymus ex causa permutationis præbendam resignauit, quæ sub secuta non fuit propter malitiam alterius, qui resignauit: Vnde cū permutatio completa non fuisset, siquidem ex parte vnius tantum fuit cępta, dicendum videtur beneficiū resignanti summo iure restitui debere. Cui dubio respondendum est Hieronymum beneficium suum amisisse: quia consensum permutationi præstitit, & ad actum resignationis produxit resignando beneficiū sua propria auctoritate, & conuentione facta, vt aliud beneficium consequeretur: qua de causa respōdit Pōtifex veniam simplicitati reddendā esse: nam, si legitime omnia fuissent facta, de iure potuisset illi ad suum beneficium redire: siquidem alius suum beneficium resignare noluisset iuxta textum in *capit. si propter de rescriptis, lib. 6. cap. Vnico*, hoc titulo eodem *lib. 6.* docet *glossa*, verbo *simplicitati* in dicto *cap. cum olim Ioannes Andreas, Innocentius*, & *Panorm.* ibi dem *num. 7. Butrius in cap. cum olim.* Hoc titulo cum traditis à *Barb.* ibidem, *num. 1. & 2.*

11 Nonò prædictis obstat textus in *cap. exhibita final*, hoc titulo, vbi inter Abbatem, & Conuentum Sancti Martini de Pononia ex vna parte, & Præpositum Albanensem ex altera super quibusdam decimationibus quæstio vertebatur, quæ commissa fuit cuidam Capellano Pontificis in Vngria commoranti. Tandem super quæstione illa compromissum fuit factum in dictū Capellanum, & Magistrū, qui ita sunt arbitrati, quod si dictus Præpositus obtineret decem milia solidorum Regalium à Rege Vngariæ (à quo forte ipse causam possidendi decimas habebat) vt sic Monasterio cōcederet, tunc Monachi cessarent ab earum decimarum petitione: quæsitū fuit à Gregorio IX. an talis permutatio valeret, qui ita consultus, quibus dā mandauit, quatenus si præmisa vera esse constiterit prædictū arbitrium, & quidquid secutum est ex eo irritum decernant, cuius decisionis eam rationem reddit Gregor. quia permutatio de spiritualibus ad temporalia improbatur, quæ decisio pallā ostēdit eā tantū iure improbari permutationem, quæ fit de spiritualibus pro temporalibus, & è cōuerso: ergo beneficiorū permutatio prohibita nō erit, cum tūc de spiritualibus ad tēporalia permutatio nō fiat. Cuius difficultatis soluēdę gratia differimē cōstituo inter permutationem rei spiritualis pro alia re spirituali etiā in beneficijs Ecclesiasticis, & in his, quæ illa cōcernūt, & inter eā permutationē, quæ de re spirituali pro spiritua li re extra beneficiorū materiā fit. Prior enim permutatio si propria auctoritate fiat etiā si sine interuētu pecuniæ, vel alterius rei tēporalis æquivalētis celebretur, Ecclesiasti co iure prohibita est: vt constat ex dicto *capit. cum olim capit. quæsitum*, hoc titulo, *cap. maioribus de præbendis*. Secunda vero permutatio, quæ spiritualis rei pro alia spirituali

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra beneficiorũ materiã fit, iure positiuo specialiter prohibita non est, *cap. quãpio* 1. q. 2. Vnde inhonestæ pactiones, quæ sunt inter spirituale, & tẽporalem rem prohibentur. Permittũtur vero honestæ, quę inter spiritualia versantur. Docet post glossam ibi verbo *pactio Prepositus*, & *Turre cremata*, ibidem probat etiã textus in *cap. 2. c. super eo de trãsactionibus, c. cum pridẽ, cap. pactiones de pactis.* Quæ decisiones generaliter loquũtur de pactis, in quibus tẽporale pro spirituali datur, quę per mutationes omnino improbantur ex textu in *c. exhibita*, hoc nostro titulo. Vbi permutatio prohibetur per quam aliquid temporale pro iure decimãdi datur. Notat *Moneta de decimis, tit. 5. Barboj. in Collectaneis*, ad eundem textum *num. 2.*

12 Decimò, aduersus resolutionẽ tradita in dicto *cap. exhibita final*, hoc nostro titulo, dum in eo dãnat arbitriũ, quo Abbas, & conuentus coguntur liti super decimis cedere eo adiecto, quod aduersarius impetret à Rege quantitatẽ decem milliũ solidorũ soluendã eidẽ monasterio, obstabit textus in *cap. nisi essent 21. de præbendis*, vbi validũ est arbitriũ quo alter ex litigatoribus super Prioratu liti cedere cogitur pro bono, & vtilitate pacis receptis annuatim viginti libris pro redditibus capituli, & quadraginta de prouentibus prioratus. In quorũ iuriũ contrarietate omissa interpretatione, quam refert, *Butrius* in *cap. 2. de arbitris*, & alia quam scripsit *Suarez de Religione tomo 1. lib. 4. de simonia, cap. 34. num. 10.* & in *cap. 15. num. 17.* quas omnes expresit, *Barbos. in collectaneis* ad textum in dicto *capit. final num. 3.* cum sequentibus verio rem esse existimo, quam ipse refert ibidem, *num. 7.* dum asserit dupliciter posse contingere, quod temporale detur aduersario vt liti cedat, vel à grauamine desistat: nã aut is, qui dat ius habet quæsitum in spirituali, vel annexum, vel nullum eidem ius quæsitum est: nam primo casu pro bono pacis, vel alia iusta causa licita est datio temporalis, & in eo loquitur textus in dicto *cap. nisi essent 21. de præbendis*, vt patet ex verbis illius textus, ibi, *habeat Priora tum* iuncto versic. *secundum iustitiã videtur esse statutum.* In secundo vero casu, quando nullũ ius quæsitum est, tũc nec etiã ex iudicũ inferiorũ auctoritate licitũ erit. Quo in casu procedit textus in dicto *cap. final* hoc titulo: nã cũ in eo nõ cõstet ius decimãdi ad Præpositũ pertinere, & res sit dubia simoniacũ fuit arbitrium. Ratio differẽtię est, quia quãdo ius quæsitum est, qui temporale dat pro bono pacis, nõ dicitur spirituale emere pro tẽporali: nã cum sibi iã sit ius quæsitum solum remanere videtur grauamẽ postea sibi illatum pro spirituali, quod suum est; ac proinde cum tẽporale nõ detur pro spirituali, nulla simonię labe inuoluitur, quod in secundo casu longe extat: quia cum dãs tẽporale, spirituale ipsum de nouo cõsequatur, nullumq; antea ius habuerit iã proprie dicitur emere ius ipsum spirituale pro tẽporali: quod quidẽ iudiciũ iudicis præsentia colloneſtari nõ potest: vt constat ex dicto *c. final* hoc titulo. Quam solutionẽ refert, *Barb. in collec.* ad textum in dicto *capit. final nu. final* de quo plura scripsimus in dict. *cap. nisi essent 21. de præbendis.* Et de interpretatione ad textum in *cap. vnico* hoc titulo & *Clem. vnica* hoc titulo, & *cap. dilectus 23. de præbend. cap. ex parte 12. de officio delegati*, videndi sunt plures Auctores ques refert *Barb. in collect.* in dictis iuribus, *Sahagun* in dicto *cap. ex parte de officio delegati.* Vide etiam quæ scripsi in *cap. nulli de rebus Ecclesiæ in 15. dubio.*

De Feudis Titul⁹ xx.

Ad textum in cap. insinuatione 1. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Dominus si à vasallo recipit feudũ in pignus abstinendo ab eius seruitio, non tenetur computare fructus in sortem.*
2 *Dominium directum remanet penes dominum infeudantem; vtile vero transit in feudatarium.*
Resolutio facile reuertitur ad suam naturam.
3 *Creditor tenetur fructus rei pignoratæ in sortem principalem imputare.*
Possessio pignoris, non dominium ad creditorem transit.
Exponitur textus in cap. inæstimatione 1. de feudis, cap. 1. de vsuris.
4 *Refertur ratio ad textum in l. 1. §. 4. ff. de pignoribus l. placuit 29. ff. de vsuris.*
Antichresis *pactum quid sit.*
5 *Expenditur textus in l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus.*
Antichresis *pactum de Iure Ciuili est permissum; sed Pontificio improbatur.*
6 *Interpretatur textus in cap. salubriter de vsuris.*
7 *Declaratur textus in l. creditor 60. §. si inter maritum, ff. mandati.*
Secundum naturam est cõmoda suimsque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.
8 *Exponitur textus in cap. ad nostrã 7. versic.* deinde *de iure iurando.*
Compensatio vim solutionis retinet.

1 CONCLVSIO: si dominus à vasallo recipit feudum in pignus abstinendo ab eius seruitio non tenetur computare fructus in sortem. Quæ conclusio licet singularis sit, tamen discutitur in *cap. 1. in fine, cap. conquestus* in fine *de vsuris, capit. ad nostram de emptione, & venditio. cap. illo vos, cap. cum contra de pignoribus, l. 1. & 2. Cod. de pignoratitia actione, l. 1. Cod. de distractione pignorum, l. ex prædijs 11. Cod. de vsuris, l. 2. Cod. de partu pignorum, l. si dominum, Cod. de pignori. l. Titia 48. ff. de solutionibus, cap. 1. de vasallo mili. qui beli arma depo. in vsibus feudorum, cap. de forma 22. quæst. 5. l. 2. titulo 13. partita 5. l. 1. titulo 2. lib. 8. Ordinamenti, l. 4. titulo 6. lib. 8. compillationis.* Exornant. *Negusan. de pignoribus 5. parte membro 5. num. 14. Nauarrus in Manuali, cap. 17. num. 218. Couarru. lib. 3. variarum, cap. 1. num. 4. Cujacius lib. 2. de feudis, titulo 3.* ad finem. *Molina tract. 2. de Iustitia, disput. 32. Lesius,* eodem tract. *lib. 2. cap. 20. num. 139. Mantica lib. 12. de tacitis, titulo 8. num. 32. Morla in Emporio titulo 5. quæst. 1. num. 34. Silbester* verbo *feudum num. 29.* nouissime, *Doctor Ferdinandus de Mesa, lib. 3. variarum resolutionum, cap. 46. num. 31.* cum traditis à *Genedo in Collectaneis* ad decretales, *Collectanea 6. num. 1. & 2. Barbos. in Collectaneis*, ad nostrum textum, *num. 1. & 2. in fine.*

2 Ratio est: quia in feudo dominium directum remanet penes dominum infeudantem, sed vtile est penes feudariũ, *lib. 2. feudorũ tit. de feudi cognit.* & cum vasallus fundũ in pignus vero domino tribuit, dominium vtile, quod in feudo habebat, in dominum transtulisse videtur: & sic vtile dominium videtur consolidatum cũ ipsa feudi proprietate: ita dominus feudi non dicitur percipere fructus ex re aliena, sed ex propria: atque ideo nihil mirum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum cum dominus durãte vtroque dominio retineat fructus rerum feudalium in solidum, & tamquam ex re propria lucretur, siquidem vasallus interim liberetur ab obligatione seruitij, qua domino tenetur: cum res facile reuertatur ad suam naturam, *l. si vnus §. pactus, ff. de pactis*, ideo nihil mirum, quod cum dominus proprietatis, & fructuum sit nõ teneatur illos in sortem computare: vt tenent *Abb.* & *Hostiensis* in præsenti. Quæ quidẽ ratio ampliari etiam poterit ex his quę statim dicemus.

3 Primò, obstabit dicere, quod tam de Iure Ciuili, quam Canonico, exploratum est creditorem teneri fructus rei pignoratæ in sortẽ principalem imputare, *l. 1. & 2. Cod. de pignorat. actione, capit. 1. & 2. cap. conquæstus de vsuris, cap. ad nostrã 7. de iure iurando, capit. cum contra de pignoribus*. Cuius traditionis duplex ratio est. Prima: quia cum fructuum adquisitio dominij causam inspiciat *l. quæsit 25. §. 1.* versiculo *porro ff. de vsuris, l. bonæ fidei 48. ff. de adquirendo rerum dominio*, & per pignus sola possessio ad creditorem transferatur, *l. cum & sortis 35. §. Item. ff. de pignoratitia actione*: non vero dominium, cum id penes debitorem maneat, *l. pignus Cod. de pignoratitia actione*. Ideoque ad eum rei pignoratæ fructus, & cætera alia cõmoda pertinere debent. Est & alia ratio: quia creditor vsuram committeret, si fructus rei pignoratæ nõ imputaret: cum perciperet emolumẽtum vltra sortem dicta *l. 1. & 2. Cod. de pignoratitia actione* dicto *cap. 1.* consimilibus de vsuris: ergo cum Ecclesia loco pignoris rem feudalem à vasallo recipit, fructus rei pignoratæ in sortem debet imputare, ne videatur vsuraria praxitate labefactari: à quo quidẽ turpi lucro Ecclesia semper abstineri debet. Argumento textus in *cap. suã de pœnis*. In quorum iurium contrarietate primo *glossa in Sũma* in principio 14. *quæst. 3.* intelligit nostrũ textum cõtra ordinarias iuris regũlas specialiter Ecclesiæ fauore introductũ fuisse, vt fructꝰ pignoris in hoc casu non computarentur. *Cujacius lib. 2. de feudis titulo 3.* in fine affirmat textum nostrum procedere in conuentione inter Ecclesiam, & vasallum celebrata, vt durante pignore fructus feudi lucro Ecclesiæ cedant. Qua cõuentione stante ambo scilicet Ecclesia, & vasallus consentiunt in cessatione seruitiorum, quorum prætextu fructus vltra sortem ab Ecclesia retinentur. Quare omissa interpretatione, quã refert, *Casaneus in consuetudinibus Burgundiæ titulo 6. §. 1. Siluester*, verbo *feudũ numero 29. Nauarrus in Manuali cap. 17. num. 218. Couarru. lib. 3. Variarum capit. 1. num. 11. Morla in Emporio titulo 5. quæst. 1. num. 34.* qui quidem intellectus litteræ textus non conueniunt, vel diuinant: in quibus refutãdis morã nõ facio, ne lõgius progrediar. Verius dicendũ est, quod, quamuis regulariter de Iure Ciuili, & Pontificio, creditor teneatur, fructus in sortem principalem computare, tamen aliquando creditori permittebatur eos lucri facere: veluti in specie nostri textus, & in *capit 1.* in fine *de vsuris*: sed separandæ sunt species nostri textus, & dicti *capitis 1. de vsuris*: nam quamuis vtrobique idem ius statuant, tamen ex diuersis rationibus procedunt: nam quod attinet ad nostrum textum, & textum in dicto *cap. cõquæstus de vsuris*, ideo fructus ex re feudali pignorata Ecclesia non imputat: quia id singulare in feudo reperitur, quæ singu-

larias in eo est posita, quod feudum dari solet propter seruitia quibus cessantibus feudum quoque cessare debet. Vnde dominus, cui à vasallo res feudalis pignori data est, non tenetur integros fructus in sortem computare, quandiu vasallus à seruitio cessat: cùm tunc non ratione mutui, aut dilatatæ solutionis, sed cessantiũ seruitiorum fructus percipiat: notat *Barb. in collect.* ad nostrum textum, & ante eum *Cenedus* dicta *collectanea 6. num. 2. Morla in emporio titulo 5. quæst. 1. nu.* 34. quos sequitur *Doctor Arias de Mesa lib. 3. Variarum cap. 46. num.* 31. at vero, quod attinet ad textum in dicto *cap. 1. infine de vsuris* diuersum sensum, & rationem habet; quoniam Pontifex ibi loquitur de beneficio, id est de feudo iniuste à laico vasallo detento. Ioqua specie, & si ab Ecclesia ius haberet, tamen cum commode recuperare non posset, ideo si vasallus feudum iniuste ab eo occupatum pignori obligauerit, potest Ecclesia fructus percipere in sortem non cõputandos sine metu vsuræ: quia tũc Ecclesia nihil alienũ recipit, quod imputare, vel restituere teneatur, sed potius suum ab alio detentum: quæ interpretatio aperte deducitur ex dict. c. 1. verũ. *nisi de vsuris* ibi *nisi forte Ecclesiæ Beneficiũ fuerit*: quæ verba manifeste indicant iniustã feudi detentionem interuenisse: quę quidem iniustum titulũ facit, quę quidem etiam si vasallus obsequia Ecclesiæ præstaret, posset Ecclesia fructus percipere: cum tunc potius ratione iniusti tituli, quam obsequiorum fructus percipiat. Diuersum tamen est cum iustus titulus adest, vt in specie nostri textus: nam tunc, vt fructus lucro Ecclesiæ cedant, oportet, quod vasallus a seruitijs se abstineat, vt notat *glossa* verbo *beneficium* in dicto *cap. 1. de vsuris. Innocentius, Butrius*, & *Panorm.* ibidem, quos sequitur *Doctor Arias de Mesa* dicto *lib. 3. Variarum cap. 46. num.* 35. Nec obstabit, si dixeris feudum in pignus dari nõ posse iuxta textum in *cap. 1. quibus modis feudum amittatur*: quia textus ille procedit, quando feudum ex tranęæ personæ pignoratur. Secus vero si ipsi domino, vt in textu nostro notat *Curtius iunior in tract. de feudis 4. parte titulo ex quibus causis feudum amittatur*

4 Secundò aduersus id, quod supra retulimus, scilicet regulariter creditorem teneri fructus in sortem principalem computare excepta specie in nostri textus compraehẽsa: obstabit dicere, quod extra textum nostrum plures sunt casus, in quibus permittitur creditori rei pignoratæ fructus lucrifacere. Primus est, qui refertur in *l. 1. §. pacto ff. de pignoribus l. placuit 29. ff. de vsuris* vbi apparet, quod si pactum simpliciter fuerit celebratum inter contrahentes, vt si debitor vsuras stipulatas ad diem certum non soluerit, pignoris fructus creditor cõpensaret, & in vicem vsurarum retineret, dummodo legitimum modum non excederẽt: tunc creditor poterit rei pignoratæ fructus absque vllo vsurarum metu percipere. Secundus est, cum expressa antichresis contrahebatur: videlicet cum specialiter nullę vsuræ in stipulationem deducebantur, & eo in casu agebatur, vt fructus in vicem vsurarum cederẽt iuxta textum in *leg. si ea leg. 17. leg. oleo 24. C. de vsuris l. si seruus C. quod cũ eo l. cũ debitor 8. ff. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite cõtra. l. si qui 11. §. 1. ff. de pignor.* Verũ respõdẽdũ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

contractus illes à Iure Ciuili fuisse permissos ita, vt fructus in uicem vsurarum cederent. Notat *Brisonius, lib. 3. selectarum, capit. 1. Petrus Gregorius lib. 2. syntagmatum capit. 3. Horomanus disput. de Vsuris, cap. 9. Gaspar Rodriguez de annuis redditibus, quæstione 4. num. 8. Antonius Faber de erroribus pragmaticorum Decade 10. errore 1.* & hic *Antichresis* contractus adeo Iure Ciuili permissus erat, vt quamuis illo anno fructus excederent finem legitimæ vsuræ, retentio erat creditori propter incertitudinem fructuum iuxta textum in dicta *l. si ea lege* 17. cum similibus, *Cod. de Vsuris*: erat autem dicta *Antichresis*, quasi contra fruitio: nam sicuti debitor ea pecunia fruitur, quæ fuit creditoris, ita vicissim creditor eo pignore, quod est debitoris. Notat *Antonius Faber de erroribus decade 9. errore 7. & in suo Codice lib. 4. tit. 33 de actionibus empti definitione 7. nu. 2. Cuiacius lib. 3. observationũ c. 35. Gailius lib. 2. obser. observatione 3. nu. 1. Gaspar Rodriguez de redditibus cap. 11. num. 1.* qui quidem contractus, & si in effectu ad idem rẽdant, ad huc tamen illa differentia inter eos cernitur: quod primum pactum interponebatur in iudicijs strictis, antichresis vero in bonæ fidei iudicijs. quia in strictis non aliter vsuræ debentur, quam interposita stipulatione. *l. Titius* 24. versic, *respondit ff. de præscriptis verbis l. 3. Cod. de Vsuris*: in iudicijs vero bonæ fidei etiam sine stipulatione vsuræ debentur à die moræ *l. Lucius* 24. *ff. depositi l. initio* 5. *C. de obligationibus l. cum quidam* 17. 9. *ex locato l. mora* 32. 9. *in bonæ fidei ff. de Vsuris*, licet fructus omnino sine mora præstentur, *l. videamus* 38. *in fine ff. de Vsuris* notat *Corrasius lib. 2. miscelanearum cap. 7. Ant. Faber de erroribus decade* 11. *errore* 1. late *Pichardus in §. actionum quæst. 8. inst. de actionibus.* Cum ergo in his bonę fidei iudicijs ex sola conuentione absque stipulatione vsuræ debeantur in his dũtaxat antichresis celebrabatur, *l. is qui* 11. §. 1. *ff. depignoribus* notat *Cujacius lib. 11. responsorum Papiniani in l. 1. §. pacto ff. de pignoribus.*

5 Tertiò diferẽtiæ supra adductæ valde obstabit textus difficilis in *l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus*, vbi Paulus de contractu stricti iuris aperte loquitur, scilicet de mutuo, & tamen ait creditorem fructus rei sibi pignoratæ ad modũ vsurarum legitimum retinere posse nec vlla stipulationis mentio ibi habetur, vt dæbite censerentur. Quam difficultatem primo præsensit Acursius ibidem, qui, vt eam effugiat, asserit Paulum ibi agere de pecunia deposita, & ita de iudicio bonæ fidei, quam interpretationẽ reiecit *Fulgosius in l. 2. C. depignoratitia actione. Mudeus depignoribus c. 1. depactis pignorum num.* 57. quare omissis alijs interpretationibus tra ditis à *Bartolo, Salicero, & Angelo* ibidem explosa etiam emendatione *Hotomani lib. 2. observationum cap. 4* verissime dicendum est Paulum illam speciem tractare, qua debitor creditam pecuniã gratuito accepe rat: quo casu videtur tacite fructus pignoris creditori in vicem vsurarum concedere vsque admodum legitimũ vt ita in compensationem collati beneficij a creditore, intelligatur tacite aliud vsurarum adebitore collatum. Argumento textus in *l. si vero* 24. 9. *inde Papinianus ff. mandati*, & non sine ministerio Paulus scripsit creditorem posse retinere fructus vsque ad modum legitimum. Ratio est quia textus ille procedit in tacita antichresi: nam in

in expræsa aliud obseruaretur, hoc est omnes fructꝰ lucraretur, vt supra retulimus. Notat *Cuiacius lib. 8. observationum cap.* 17. idem in *l.* 14. *C. de Vsuris Ant. Faber* vbi supra *decade 9. errore* 5. *Mudeus* vbi supra *num.* 56. est tamen animaduertendum, quod licet illud pactum anti chresis de iure ciuili esset permissum, at vero de iure Pontificio omnino est prohibitum siquidem in eo generaliter est statutum rei pignoratę fructus in sortem principalem computare debere; alias autem vsurarius erit: iuxta textum in dicto *cap* 1. & 2. *de usuris* quæ sententia aperte comprobatur ex textu *in ca. cum contra.* 6. *de pignoribus* in uersic *nos ingitur ibi secundum canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari*; quę Pontificis verba ibi *secundum canonicas sanctiones* non sine ratione sunt scripta cũ supponant id antea iure ciuili esse permissum: iuxta textum in *l.* 1. & 2. *Cod. de pignoratitia actione*, notat *Abb. in cap.* 1. *num.* 2. *de Vsuris Baldus in l.* 1. *C. de distractione pignorum Robertus lib.* 2. *rerum iudicatarum cap.* 8. cum traditis à *Doctore Arias de Mesa* dicto *lib.* 3. *variarum cap.* 46. *num.* 12. Reliqua quæ ad pactum antichresis expectãt, sũt petẽda ex his quę scripsi in 1.*to.* in *c. ad nostrã de iure iurãndo n.* 11. cum sequentibus.

6 Quartò ad versus id, quod supra retulimus: videlicet de iure canonico creditorẽ teneri fructus insortem principalem computare: valde obstabit textus in *cap. salubriter de Vsuris*: vbi gener dotis creditor fructus rei pignoratæ non cogitur insortem imputare. Cuius textus difficultate omissis non nullorum intetpretationibus traditis à *Couarru. lib. 3. Variarum cap. 1. num.* 3. *Capitio decisione* 183. *Negusando de pignoribus 5. parte membro 5. num.* 16. *Petro Gregorio de Vsuris lib. 2. cap.* 12. *Feliciano de censibus tomo 1. lib. 2. cap. 5. num.* 20. *Gaspar Rodriguez lib. 3. de redditibus quæst. 7. num.* 41. Verius dicendũ est id genero permitti pro matrimonij oneribus, quæ subit, ad socerum expectantibus, dum dotem non soluit *l. vlt. C. ad senatus consultum Beleianum*: merito ideo in compensationem illorum gener vltra sortẽ fructus percipit, non quasi alienum accipiens, sed tamquam sibi debitũ, nec quidquã lucratur expignore, quod restituere, aut imputare teneatur: quã interpretationem præsentire videntur Pater *Molina de iustitia trat. 2. disp.* 321. *nu.* 8. & 9. *Lessius* eodem *tract. lib. 2. cap. 20. numero* 141. Quæ solutio ex eo iuuatur: quia maritus, cui dos promittitur, & non exolui tur onera matrimonij subire non tenetur, sed potius pater, aut is, qui promisit: *l. si filia* 20. 9. 1. *l. si Martius* 47. *ff. familiæ erciscunda, l. si ita, qui* 56. 9. *ita dos ff. de iure dotium Aursius in authentico de non eligendo secundo nubentes* §. *Vlt. Verbo onera, Thomas Sanchez lib.* 9. *de matrimonio disp.* 5. *num.* 2 *Sardus de alimentis titulo* 7. *quæst.* 17. *num.* 3. meritò cũ indicto *cap. salubriter*, socer dum dotem remoratur, cum onera matrimonij subire cogatur, dum non præstat, sed eius loco gener, recte fit cõsequens, vt ex bonis soceri absque vsurę labe possit gener ex re pignorata fructus suos facere: præcipue quia indicto *cap. salubriter* socer præsentem dotẽ promisisse; vt colligitur ex verbis illius textus: ibi *quæ sibi a socero sunt pro numerata dote obligatæ.* notat *Butrius* ibidẽ *Couarru. lib. 3. Variarum cap. 1. nu.* 3. non *pro numeranda*, vt legit *Cuiacius in recitationibus*, ad nostrum textum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum. Quæ verba proprie indicant dotem fuisse præsentem, sed non solutam ad differentiam dotis cautæ: iuxta totum *titulum C. de dote cauta.* Vnde iustum videtur, quod tempore moræ in qua socer fuit, qui de iure ciuili vsuras dotis dilatatæ soluere tenetur *l. si pater* 17. *ff. de dolo exceptione l. insalem* 42. §. *Vsuras ff. soluto matrimonio*, saltim teneatur ad eam quantitatem, quam proconeribus matrimonij gener expendit, atque in eius compensationem recte Pōtifex reſcribit fructus perceptos non esse imputandos in sortē: notat *Gracianus disceptatione* 143. *num.* 1. Vnde euenit, quod si fructus, quos maritus percepit ex re pignorata redditus dotis excedant: tūc quos excesserint in sortem principalem computare tenebitur: nec id percipere libere poterit vltra dotem promissam, etiam si maiores expensas, quam dotis quantitas exposcat, fecerit, cum non possit facere nisi eas, quæ secundum sortem principalem fieri debere appareat notat *Couarru. lib.* 3. *Variarum cap.* 2. *num* 3.

7 Quinto huic solutioni, & sẽtentiæ obstabit textus in *l. creditor* 60. §. *si inter maritum ff. mandati:* vbi si socer genero interim, quodos non fuerit soluta integras dotis vsuras promisserit, & gener non integras vsuras in vxoris sustentationē consumpserit, id quod supereſt, socer non repetit, nec in sortem principalē gener computare tenetur. Sed huic dubio verissime est dicendum id fuisse admissum propter expressam partium conuentionem: nā & si ex stricto iuris rigore, si pactio facta non fuisset, id quod ex vsuris supereſſet, gener in sortem principalem computare deberet, vt vsurarum labe immunis remaneat: tamen cum ex pacto illo onus matrimonij inse gener suscepisset, & quemadmodum, si quid deficeret, ipse ad suplementum teneretur: ita similiter, quod super est, illius lucro cedere debet, quod vsura non est: siquidem secūdum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda *l. secundum naturam* 10. cum vulgatis *ff. de regulis iuris.* Nec solutioni obstant vltima illius textus verba ibi, *si socer mandauerit marito Vxorem alere, & ei præstiterit integras dotis Vsuras, pater mandati actione reperere poterit omne id, quod maritus ex Vsuris perceperit vltra Vxoris sustentationem.* Quia respondendum est discrimen versari inter primam, & secundam conuentionem: nam in prima socero repetitio non competit: quia maritus onus alendæ vxoris inse suscepit: in secunda verò repetit: quia maritus non suo, sed patris nomine onera matrimonij subit, tamquam illius procurator: quare cùm tunc ad patris periculum onus alendi pertineat, consequens est, quod vsuras superstites possit repetere: notat *Cuiacius lib.* 1. *respōsorum Scenole* in dicta, *l. creditor* §. *si inter ff. mādati*, *Antonius Faber in rationali ad eundem textum.*

8 Sextò prædictis obstat textus in *cap. ad nostrum* 7. versic. *deinde de iure iurādo:* vbi, si debitor sub iuramento promittit pecuniam debitā se soluturū, adeo is tenetur eam soluere, vt fructuum perceptorum ex re pignorata compensationem objicere nequeat, quasi ex vi iuramenti fructuum perceptio creditoris lucro cedere videatur. Cui difficultati respondendum est illam fructuum compensationem a creditore obiectam, fuisse à debitore admissam, sed suspensam donec debitum vere fuisset solutum, & ideo, ibi vsuræ crimen nō committitur: quia creditor semper fuit protestatus se pecunia quam mutuauerat contentum esse, & sic fructus non auferuntur creditori, sed differuntur tantum, dum iuramentum in specifica forma adimpleretur: hoc est, donec pecunia numeraretur, & sic vsura non contrahitur: quia non consistit in sola fructuum perceptione interim facta, sed in mera fructuum adquisitione: notat *Augustinus Barbos. in Collectaneis*, ad textum in dicto *capit. ad nostram* 7. *num.* 6. Cruciātur namque valde interpretes in inquirendā ratione quare in dicto *capit. ad nostram* debitor non potuit compensationem objcere, antequam vere debitum solueret: non nulli asserunt eam esse: quia iuramentum compensationem excludit: vt docent *Hostiensis Abbas. Imola*, ibidem, *Gutierrez de iuramento* 3. *parte capit.* 6. *num.* 3. Verum hæc ratio conuincitur ex eo, quod magis receptius sit iuramentum soluēdi non præcludere viam compensationi. Cum compensatio vicem solutionis obtineat: *l.* 4. §. *soluisse, ff. de re iudicata*, *l. si debitor ff. qui potiores in pignore*, *l.* 2. *ff. de compensationibus*, *l.* 2. *Cod.* eodem notat *Fachineus lib.* 1. *Controuersiarum, capit.* 7. *Thomas Sanchez lib.* 3. *ad præcepta Decalogi cap.* 17. *num.* 15. quare dicendum est in specie textus in dicto *capit. ad nostram* ideo non fuisse ab initio compensationem admissam: quia tempore obiectæ compensationis erat illi quædā fructuū perceptio: vt sentit, *Couarruuias in cap. quamuis pactum* 1. *parte* §. 4. *numero* 9. & 10. vel quia debitor iurauit soluere pecuniam in specifica forma: quo casu fructuum compensatio non admittitur: *l. solutam* 49. *ff. de solutionibus l.* 1. §. *ait prætor ff. de re iudicata*, notat *Cenedus in* Collectaneis ad Decretales, *Collectanea* 1554 *num.* 2. vel denique quia, ibi iuramentum à debitore fuit interpositum, ne creditor molestaretur super pignore, donec credita pecunia solueretur: quo casu videtur renunciatum compensationi, quasi super ea fuerit iuramētum interpositū: notat *Abb. Innocētius, & Felinus*, ibidem *Thomas Sanchez* dicto *lib.* 3. *ad præcepta Decalogi cap.* 17. *num.* 15. Reliqua sunt petenda ex his, quæ in 1. tomo scripsimus in dicto *capit. ad nostram de iure iurando*, & in *cap. eū Bertoldus miles* 18. *de re iudicata*, *n.* 3.

Ad textum in capit. ex parte 2. & final hoc Titulo.

Comentaria huius textus omitto: quia de eius interpretatione lātius scripsimus in *capit. Vt super* 8. *de rebus Ecclesiæ*: interim tamen videndi sunt plures Doctores, quos refert *Cenedus in Collect.* ad sextum *Collect.* 82. *num.* 8. *Barb. in Collect.* ad hunc textum, *num.* 1. & 3. *Doctor Amaia in l. Vnica Cod. de Venditione rerum Fiscalium cum priuatis communiū num.* 43. cum sequentibus.

De pignoribus, & alijs cautionibus Titulus XXI.

Ad textum in cap. nullus 1. cap. ex præsentium 3. huius Tituli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ res nisi ex necessitate, & rationabili causa pignorari non debent.*
2 *Reipublicæ expedit, vt res Ecclesiæ conseruentur.*
Perpetuitas supponit conseruationem, rei vero alienatio translationem.
Semel Deo dicatum ad humanos vsus transferri non debet.
3 *Exponitur textus in cap. præsentium 3. de pignoribus.*
4 *Impugnatur solutio tradita ad textum in dicto cap. præsentium.*
5 *Interpretatur textus in l. in omnibus 24. ff. de contrahenda empt. cap. cum Bertoldus de sententijs, & re iudicata.*
Ius patronatus in vniuersali pignore non continetur.
6 *Conciliatur textus in l. Sancimus 21. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs cum l. in rem §. 1. ff. de rei vindicatione.*
7 *Exponitur textus in cap. ea enim 2. §. hoc ius porrectum 10. quæst. 2. Authent. hoc ius, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs.*
8 *Vasa Sacra si ex necessitate Ecclesiæ vendita sunt desinunt esse sacra. Remissiue interpretatur textus in l. ædes sacra 37. ff de cõtrahenda emptione, l. cum loca 36. l. ossa 8. §. 1. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, & cõciliatur cum l. officij 61. §. 1. ff. de contrahenda emptione, l. pacta conuenta §. Papinianus, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.*

1 CONCLVSIO, res Ecclesiæ pignorari non debẽt, nisi ex necessitate, & rationabili causa. Consonat textus in *capit. nulli* 5. *de rebus Ecclesiæ, cap.* 2. eodem *titulo lib.* 6. *cap. siquis Episcopus* 10. *quæst.* 2. *cap. ea enim*, versic. *hoc ius porrectum* eadem causa & quæst. *cap. Abbatib. cap. Apostolicos, cap. Sanctorum, cap. sicut capit. aurum, cap. gloria Episcopi* 12. *quæst.* 2. *Clement. final de decimis, cap. ligna, cap. Altaris palla, cap. vestimenta de consecratione, distinct.* 2. *Concilium Aurelianense* 3. *cap.* 1. *Danielis cap.* 5. *Apostolorum Canone* 72. *l. Sancimus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, l. hoc ius porrectum, Cod.* eodem *Nouella* 17. *cap.* 1. *Nouella* 120. *de alienatione Emphyteusi rerum sacrarum authentic. præterea, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, l.* 4. *l. hanc legem, l. qui officij* 62. §. 1. *ff. de contrahenda emptione, Nouella de non permutandis rebus Ecclesiæ, cap.* 7. 8. & 19. *l.* 7. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopillationis, Couarru. lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 8. *Acor institutionum moralium parte* 3. *lib.* 7. *cap.* 6. *quæst.* 4. *Selua de Beneficijs, quæst.* 7. *parte* 1. *num.* 7. *Antonius Faber in authent. hoc ius Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, Gutierrez in practicis lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 2. *Surdus de alimentis, titulo* 8. *priuilegio* 46. *num.* 9. *Morla in Emporio titulo* 1. *quæst.* 16. *num.* 26. *Azebedus in dicta l.* 7. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopilationis* cum traditis à *Barbos. in Collectaneis* ad nostrum textum, *Osualdus ad Donellum lib.* 2. *Comment. cap.* 4. *littera* C.

2 Ratio communiter deducitur ex eo: quia Reipublicæ expedit, vt res Ecclesiæ conseruẽtur, & earũ splẽdor, nõ obscuretur, quod esset si redditus deficerẽt, quibus illustratur, & edifficia reparantur, ministrique aluntur & sumptus perpetui erogantur, vt sic sacra ministeria decenter celebrentur, quæ si deficiant sordide nimis, & sine decore fierent. Cui perpetuitati contraria est omnino alienatio: siquidem perpetuitas supponit conseruationem; rei vero alienatio translationem, quæ ratio nimis generalis est, & proprie meo videri ad rerum immobilium prohibitionem pertinet: quare alij affimant, ideo in textu nostro vasa sacra, vestimenta, & libros obligari prohibitum esse: quia extra comercium, & vsum hominum sunt: siquidem quod semel

mel Deo dicatum est, ad humanos vsus transferri non debet *cap. ligna de consecratione distinct.* 1. Quæ ratio similiter eodẽ morbo laborat: quia etiam ad generalem rei sacræ alienationem expectat, quare non nulli affirmant, ideo res illas pignoris nexui dari non posse: quia per constitutionem pignoris defacile peruenitur ad distractionem rei differente solutionem debitore, *l.* 1. §. *eãrem ff. quæ res pignori obligari possunt*, & quemadmodum res Ecclesiæ alienari prohibentur in dicto *cap. nulli de rebus Ecclesiæ*, ita nec debent pignorari: *cap.* 2. *de precarijs*: siquidem aliquo prohibito omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud *capit. cum quid de regulis iuris lib.* 6. *l. oratio ff. de sponsalibus.* Quæ rationes cum generalissimæ etiam sint, nec mirifice textui nostro conueniant, cum in eõ afferatur huiusmodi res non tabernarijs, nõ fœminis, nõ laico obligandas esse, merito alia specialis ratio inquirenda est: quare verius dicendum censeo: ideo personis illis alienationem, seu obligationem faciendam non esse: quia res Ecclesiæ laicorum, & fœminarum manibus tractari non debent: iuxta textum in *cap. ligna, cap. palla, cap. Vestimenta de consecratione, distinct.* 1. quia indecens nimis esset, vt laicus Sacerdotalia vestimenta, & vasa apud se haberet: ex necessitate tamen, & rationabili causa pignorari poterunt: nam quemadmodum ea existente vendi, & alienari possũt: *can. sine exceptione, cap. aurũ* 12. *quæst.* 2. ita & similiter multo magis iusta necessitate vrgente poterunt pignorari, *cap. hoc ius* 10. *quæst.* 2. nam cui licet quod est plus, licet vtique, quod est minus, *cap. cui licet de regulis iuris lib.* 6.

3 Primò, obstat textus in *capit. præsentium* 3. Hoc titulo, vbi quidã Sacerdos Calicem argẽteum, & medietatem vnius brebiarij pro sua necessitate pignori obligauit, & cum morte præuentus ea minime recollegerit, mandat Pontifex Exoniensi Episcopo quatenus filium eius, qui ex successione ipsius patrimoniũ eius dicitur obtinere, moneat, & compellat vt ea redimat; & restituat Ecclesiæ; in cuius textus specie supponitur Calicem illum argenteum, & medietatem brebiarij vtiliter posse pro necessitate Prælati pignori obligari: cum hæres cogatur luere, & Ecclesiæ restituere nam si pignus inutile esset, Ecclesia posset res illas pignoratas vindicare: *cap. siquis* 6. *de rebus Ecclesiæ, cap. hoc ius* §. *qui vero* 10. *quæst.* 2. In cuius textus difficultate *glossa*, ibidem verbo *necessitate* plures solutiones refert *Abb.* ibidem, *num.* 7. primo asserit ideo ibi pignus rei sacræ valuisse: quia creditor ignorabat rem esse Ecclesiæ, quæ ignorantia facit, vt ius pignoris constituatur in præiudicium domini argumento textus in *l. & liberi ff. de contrahenda emptione*, quæ interpretatio conuincitur ex textu in *l. inciuile Cod. de furtis*, vbi apparet, quod dominus potest vindicare rem suam venditam à fure pretio non oblato, quod furtiuum vitium semper in re sacra male alienata extat ex iuribus supra adductis: quare Innocentius asserit textũ illum procedere in re pignorata propter Ecclesiæ necessitatem seruata debita solemnitate: sed non constabat pecuniam fuisse conuersam in vtilitatem Ecclesiæ. Quæ interpretatio etiam conuincitur ex verbis illius textus, ibi, *pro sua necessitate*; ideſt Clerici: quare his & alijs omissis verius est dicendum in ipsius Ecclesiæ electione esse rem illã

à cre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à creditore vindicare dicto, *cap. siquis 6. de rebus Ecclesiæ*: vel heredem cogere, vt pignus luat, & restituat: vt in dicto *cap. ex præsentium* merito ibidem vt facilius res ad Ecclesiam peruenirent Prælatus hæredē elegit: notat glossa verb. *necessitate* in dicto *cap. ex præsentium* hoc titulo.

4 Secundò, solutioni obstabit dicere quod hæres non poterat cōpelli rem sacram ita pignoratam redimere, siquidem Clericus ille pro sua necessitate rem sacram pignorauit, & cum Clericus patrimoniū non haberet [illegible]te posset de rebus Ecclesiæ viu[illegible] argumēto textus in *cap. cum secundum Apostolum de præbendis*, nota[illegible] *Innocentius in cap. Episcopus de præbe[illegible] Abb.* in dicto *cap. ex præsentiū 3.* [illegible]itulo *num. 4.* Ac per consequ[illegible]icendum videbatur rem sacram, ita pro necessitate Sacerdotis pignoratā valuisse. Cui dubio respondendum est, rem sacrā in dicto *cap. ex præsentiū*, non fuisse pignoratam pro necessitate, & sustētatione ipsius met Sacerdotis, sed potius pro necessitate sui patrimonij conseruandi hoc est reparandi suas proprias domos, quo in casu vel etiam si pro necessitate personæ fiat si proprium patrimonium habuerit, illa rei sacræ pignoris cōstitutio non tenet, & si de facto fuerit pignorata, poterit hæres compelli eam luere: vt recte animaduertit *Abb.* in dicto *cap. ex præsentium, num. 4. Barb. in collect.* ad eundem textum *num. 2.*

5 Tertiò, prædictis obstat textus in *l. in modicis 24. ff. de contrahenda emptione*; vbi venditio rei sacræ, vel religiosę valet cū actio ex empto competat, In cuius textus difficultate *Accursius*, ibidem verbo *accessit* asserit, quod quamuis res sacræ specialiter pignori obligari nō possint, poterunt tamen generaliter obligari: quia transeunt cū vniuersitate bonorum. Quam sententiā secutus est, *Gotofredus in autentica de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ, cap. 6. littera O.* Redditque rationem: quia facilius generalis obligatio, quam specialis conceditur: quia maior expressi, quam taciti vis est. Notat *Cujacius lib. 17. observationum, cap. 39.* Argumento textus in *cap. in litteris de iure patronatus.* Nec obstat textus in *c. cū Berroldus de sentētia, & re iudicata.* Ex quo cōmuniter probatur in vniuersali pignore ius patronatus non contineri. Cuius conciliationem omitto: quia de eius interpretatione plura diximus in *1. tomo in comment.* ad eundem textum *numero 3.* quare hac & alijs omissis verius dicēdum est in dicta *l. in medicis 24. ff. de contrahenda emptione*, venditionem valuisse, scilicet tantum ad hoc, vt vēditor ex ea venditione obligetur, & actio ex empto emptori cōpetat, vt quāti eo nomine sua interfit ex re sacra euicta consequatur non tamen ad hoc vt dominium rei sacræ in emptorē transferatur, vt sic res sacra profana fiat: atque ideo decisio textus in *l. hanc legem 22. ff. de contrahenda emptione*, est coniungenda cum expositione textus in dicta *l. in modicis 24.* eiusdem tituli, vt recte ratiocinatur, *Antonius Faber in rationali*, ad textum in *l. in modicis 24.* & in dicta *in l. hanc legem 22. ff. de contrahenda emptione.*

6 Quartò, prędictis obstat text⁹ in *l. Sancimus 21. C. de Sacrosanctis Ecclesijs*, in cuius text⁹ decisione cōstat vasa sacra vindicari posse: ergo dominio nostro subijci, ac per consequens in illis pignus cōstitui posse, quod est omnino contra decisionem textus in *l. in rem §. 1. ff. de rei vindicatione*, vbi apparet in rebus sacris rei vindicationē dari non posse. In quorum iurium contrarietate omissa interpretatione, *& conciliatione Iulij Pacij legum conciliatarum Centuria 3. quæst. 42.* dum asserit res illas non posse quasi nostras vindicari: vt in dicta *l. in rem §. 1.* poterūt tamen vindicari ratione qualis qualis iuris actori competentis. Verius tamē dicendū est Episcopos nō suo nomine eas vindicare posse, sed Ecclesiæ; in cuius potestate quasi quodā patrimoniū existūt: *nouella 120.* & sic verbum illud *vindicari*, non denotat persecutionem iudicialem, sed quandam exemptionem, ac liberationem ab humanis vsibus, quibus hæres non iure quidem, sed hominum abusu, atque de facto detinebātur: notat *Osualdus* ad *Donellum, lib. 26. comment. cap. 4. littera C.* & ante eum *Vbesenbequius in paratitlis ad titulum Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs.*

7 Quintò, aduersus ea, quæ no ster textus refert, videlicet Calicem, Patenam, & similes res sacras tabernario, vel negociatori, seu fœminæ in pignus dari non posse; nisi ex iusta, & vrgente necessitate, qua interueniēte dari posse affirmat textus noster, & docet textus in dicta *l. Sancimus 21. C. de Sacrosanctis Ecclesijs cap. sicut omnino cap. aurum cap. gloria Episcopi 12. quæst. 2. glossa* in præsenti *Hostiensis*, ibidem, *glossa in cap. ea enim §. hoc ius 10. quæst. 2. D. Thomas 2. 2. quæst. 100.* obstabit textus in *capit. ea enim 2. §. hoc ius porrectum 10 quæst. 2.* dicta *authentic. hoc ius Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs.* In quorum iurium decisione constat, quod si magna vrgeat necessitas vasa Ecclesiæ superflua, alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alij Ecclesiæ

committantur: ergo nullo casu permittit ius pignoris apud profanos esse. Nec obstabit si dixeris emptionem, & venditionem etiam recipere pignoris dationem dicto *cap. nulli* cum vulgatis *de rebus Ecclesiæ*: quia in themate nostro differunt: nam in venditione franguntur vasa, & conflantur, atque ita desinunt esse sacra *l. Iulianus §. siquis ff. ad exhibendum*: atque ideo non sacra, sed profana venduntur, quod secus est cum pignori obligantur. In cuius textus difficultate cōmuniter dici solet multum interesse an vasa sacra pignoris causa alienentur ita, vt ad aliam Ecclesiam ad vsum diuinum transferantur, an vero ad laicos: nam primo casu in eadem forma, & figura alienari, & pignorari poterunt solemnitate adhibita: si vero non Ecclesiæ, sed extra Ecclesiam veluti laicis pignorentur, tunc fracta, & conflacta dari debent: ex ratione tradita à *Diuo Ambrosio* trāslata à *Gratiano* in *c. auri 12. quæst. 2.* videlicet ne vasa sacra ad cultum diuinū deputata, ad profanos vsus protrahantur, & iuxta hunc sensum asserunt intelligēda esse verba textus in dicto *cap. ea enim §. hoc ius porrectum*, versic. *integra vel alijs locis venerabilibus dentur*, quæ verba debent referri ad pignus Ecclesiæ datum, & verba illa *conflata cuilibet alij vendatur* sunt interpretanda cum alio laico pignoratur: nam tunc semper ex ratione supra adducta debent frangi, & conflari, sed licet hæc interpretatio communiter sit recepta verius tamen dicendum arbitror absque vlla distinctione in pignoribus cōfractionē rerum sacrarum necessariam non esse: sed in eadem forma posse dari, quod expresse patet ex nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

textas deciſsionẽ dum aſſerit, quod vaſa laicis nec fœminis in pignus dari non poſsunt, niſi vrgente maxima neceſsitate. Ergo planum eſt, quod ea vrgente in eade ſpecie abſque confractione dari poſſunt laicis, vel fœminis; & patet ex eo: nã ſi per confractionem, & conflationẽ fierent profanæ, atque mutaret ſpeciem, fribola eſſet exceptio, cũ eius ſenſus eſſet res ſacræ pignori obligari non poſſunt: at profanæ ex iuſtiſsima cauſa poſſunt; quod ridiculum eſt: atque ideo admitti non debet. Nec obſtat textus in dicto *cap. ea enim 9. hoc ius porrectum* 10. *quæſt.* 2. quia procedit quoties vaſa ſacra vendi neceſſe eſt, quo in caſu vt eorum dominium in emptorem tranſferatur, omnino deſideratur, vt vaſa ſint fracta, & conflata. Quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi. *vel conſtata cuilibet alij vendatur.*

8 Sextò, ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio, videlicet res ſacræ prohibentur alienari niſi ex iuſtiſsima cauſa, ſed quoties venduntur, iam non ſunt ſacræ, vt ſupra diximus: ergo in his omnibus fruſtranea erit noſtri textus exceptio. Cui conſiderationi reſpondendum eſt, exceptionem illam non eſſe fruſtraneam, ſiquidem cauetur, ne ad illas fractionis, & cõfractionis anguſtias perueniatur; niſi vrgentiſsima illæ rationes pietatis, & neceſsit. cederent: nam illis concurrentibus ſolemnitate ſimul adhibita poterit Prælatus res ſacras conflatas vendere: notãt Doctores omnes in præſenti, videndus eſt etiam textus in *l. ædes ſacræ* 37. *ff. de contrahenda emptione cum l. eum loca.* 36. *l. oſſa.* 8. *§.* 1. *ff. de Religioſis, & ſumptibus funerũ.* Cui obſtat, *l. officij* 62. *§.* 1. *ff. de contrahenda emptione*, de quorum conciliatione videndus eſt *Iulius Pacius le gum conciliatarum Cẽturia* 5. *quæſt.* 7. *& l. pacta conuenta* 72. *§. Papinianus, ff. de contrahenda emptione* textus difficilis in *l. quod ſi locus* 11. *ff. de Religioſis, & ſumptibus funerũ*, de quo late, *Anton. Faber in rationali*, ad eundem textum. Textus in *l. ſtipullato iſta & l.* 38. *§. Vltim. ff. de Verborum obligationibus*, vbi apparet ædem ſacram edifficari ſtipulari ve poſſe ergo eius cõmertium non interdicitur. Sed reſpondendum aliud eſſe ſtipullari rem dari aliud vero fieri. Primo caſu rei ſacræ ſtipullatio prohibetur non vero in ſecundo. Ratio differẽtiæ eſt: quia in primo eius dominium conſequi volumus non in ſecundo.

Ad textum in cap. lator 2. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber, etiam ſi non habeat vnde creditoribus ſoluat pignorari nõ poteſt.*
2 *Homo liber in cõmertio hominum non exiſtit.*
Libertatem onerare durum, & iniquum eſt.
3 *Refertur ratio ad textum in l. 6. l. liberum* 11. *l. commercio* 16. *Cod. de captiuis, & poſt liminio reuerſis, l. in bello* 2. *§. ſiquis ſeruus, ff. eodem.*
4 *Exponitur textus, in l. grege* 13. *§. ſtatu liber. ff. de pignoribus, & conciliatur cum l.* 1. *§. quid tamen, ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe vſus.*
Statu liber quandoque vt liber iudicatur, & punitur.
Conditio perſonæ in delicti tempore non ſententiæ attenditur.
Conciliatur textus in l. ſtatu liberum 9. *§. illud ff. de ſtatu liberis cum l. Ne-*

l. Neratius 67. *ff. de conditione indebiti.*
5 *Interpretatur textus in cap. ex reſcripto* 9. *de iure iurando.*
Obſtaginm promittentes, & recipientes excommunicantur.
Homo liber in obſidium pro bono pacis dari poteſt.
6 *Redditur ratio ad textum in authẽtic. vt iudices §. ſciant, & §. neceſsitatem collatione* 2.
Iudex poſt finitum officium debet ſtare quinquaginta dies in prouincia, vt ratonem officij reddat.
7 *Declaratur textus in l. ſi vſum fructum* 13. *ff. de liberali cauſa.*
Argumentum de maiori ad minus validum eſt.
8 *Proponitur ratio ad textum in l. ſi nihil ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.*
9 *Ad concordiam reducitur textus in l. liberis* 7. *§. ſi duo, ff. de liberali cauſa cum alleta l. final ff. quibus ad libertatem.*
10 *Expẽditur textus in l. ſi vſum fructum* 23. *§. in ſumma, ff. de libera li cauſa.*
11 *Declaratur textus in l.* 1. *ff. de or dine cognitionum, l.* 1. *§ per hanc ff. de rei vindicat. l. ſed & ſi §. ſed ſi directo ff. de fidei commiſſarijs libert.*
12 *Interpretatur textus in l. in ſuis verſic.* Quos occidere licet, *ff. de liberis & poſthumis.*
13 *Declaratur textus in l.* 1. *verſic.* proinde, *ff. de libero homine exhibendo.*
14 *Remiſsiue exponitur textus in l. ſi Procuratorem* 8. *§. ſiquis mandauerit ff. mandati, l. ſed & ſi* 19. *§. ſi homo liber ff. de euictionibus.*

1 CONCLVSIO, homo liber etiam ſi non habeat, vnde creditoribus ſolbat, vel ſatisfaciat, pignorari nõ poteſt. Conſonat textus in *l. per eam rem l. Vlt. ff. quæ res pignori l.* 2. *& l. qui plios* 6. *Cod. eodẽ tit. l. ob æs alienũ Cod. de obligationibus, & actionibus authent. vt nulli iudicum §. quia vero collatione* 9. *l.* 1. *§. ſed cum liber, ff. de his quæ deiecerunt, l. liber ff. ad l. Aquiliam l. liberi* 7. *l. inter ſtipulantem* 83. *§. ſacram ff. de verborum obligationibus, l. vſucapionem, l. ſi in emptione, ff. de contrahenda emptione, l. Senatus, §. vltim. ff. de legatis* 1. *l.* 2. *ff. ad l. Flauiã de plagiarijs authentic. vt nulli iudiciũ, §. quia & §. final inſtit. de empt. & vẽd. l.* 3. *tit.* 13. *partita* 5. *l.* 26. *titulo* 6. *partita* 1. *l.* 12. *titulo* 20. *lib.* 3. *fori.* Exornant *Beroius in cap. nulli de rebus Eccleſiæ, num.* 25. *Anton. Faber in rationali* ad textum in dicta *l.* 1. *& final ff. quæ res pignori Felicianus de cenſibus lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. *Bartolus in l. obſides* 11. *ff. de teſtamentis Couarru. lib.* 2. *variarum, capit.* 1. *num.* 1. *Conanus lib.* 4. *comment. cap.* 14. *Donellus* in dicta *l. ob æs alienum*, idem *lib.* 4. *comment. cap.* 6. *Oſualdus*, ibidem, *littera A.* idem, *lib.* 12. *capit.* 20. *littera B. Nauarrus in Manuali, capit.* 17. *num.* 88. *Gomecius tomo* 2. *variarum, capit.* 11. *num.* 52. ad finem, *Syluſt. in Summa* verbo *pignus, numero* 3. *Baeza de inope debitore, cap.* 1. *num.* 4. *Hoſtienſis in Summa titulo de pignoribus §. quæres, num.* 6. cum traditis *à Genedo in Collectaneis ad Decretales Collect.* 79. *Barb. in Collect.* ad noſtrum textum, *num.* 1. 2. & 3.

2 Ratio autem, quare pignoris obligatio in libero homine non conſiſtit, ea eſt: quia cum liber homo in cõmercio noſtro non ſit dicta, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram ff. de Verborum obligationibus* dicta *l. liber*, cum ſimilibus, *ff. ad l. Aquiliam*, & cum res, quæ extra comertium hominum non eſt, pignori obligari non poſsit dicta *l.* 1. *§. eam rem ff. quæ res pignori*, merito liber homo pignoris nexui dari non poteſt cum libertatem onerare durum, & iniquũ ſit *l.* 1. *§. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio nõ detur* docet *Donellus lib.* 1. *comment. cap.* 18.

3 Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Primò, obstat textus in *l. 6. l. liberum* 11. *l. commercio* 16. *C. de captiuis, & postliminio reuersis l. in bello* 2. *§. siquis seruus ff. eodem l. si patre redempto* 15. *ff.* eodem, *l. si conuenerit, §. vlt. ff. de pignoratitia actione.* In quibus iuribus cauetur liberum hominum iure pignoris detineri posse. Sed respondendum est prædicta iura fauore libertatis procedre, cum magna vtilitas sit captiuo ex eo, quod iure pignoris detineatur à redimentibus, vt sic spe consequendi redemptionis pretium homines inuitentur ad captiuos redimendos: quia si redempti pro pignore non detinerentur, redimentes non haberent spem consequendi redemptionis valorem, ac per cõsequens pauci, aut nulli captiuos redimere vellent, & si aliter esset, libertatis fauor impediretur: confirmatur etiã ex doctrina nostri textus: siquidem ratio propter quam Pontifex asserit liberum hominem iure pignoris detineri non posse, ea est, vt liberi homines sua fungantur libertate, & ne tamquam serui detineantur, & libertas, quæ tam æstimabilis res est, pro re vili frustretur, præcipue: quia, cum quis ab hostibus redimitur non fit seruus de nouo ob pignoris detentionem, sed manet, vt erat, in hostium potestate, & cum eisdem qualitatibus ita, vt soluto pretio iure post liminij re disse videatur: vt constat ex dictis iuribus.

4 Secundò, obstat textus in *l. grege* 13. *§. statuliber, ff. de pignoribus*, vbi constat statu liberum pignorari similiter & vẽdi posse iuxta textum in *l. statuliberos* 25. *ff. de statuliberis*: & tamen statuliber, vt liber iudicatur & punitur iuxta textum in *l. statuliber* 14. *ff. de quæstionibus l. moris* 9. *§. vlt. ff. de pœnis*: ergo si statuliber qui vt liber iudicatur pignoris nexui dari poterit. Sic similiter & homo liber pignorari poterit. Verum respondendum est statuliberum pendente conditione adhuc seruum esse, *l.* 3. *Cod. de fideicommissarijs libertatibus, l. statuliberi* 16. *ff. de statuliberis*, atque ideo, cũ pendente conditione seruus sit, recte interim in pignus dari poterit, licet cõditione existẽte euanescat pignus: & similiter ab hærede salua libertatis causa valeat vẽdi, notat *Gothofredus*, in notis ad textum in dicta *l. grege* 13. *§. statuliber littera B.* & in dicta *l. statuliberos* 25. *littera L.* Nec obstat textus in dicta *l. statuliber* 14. *ff. de quæstionibus*: nam ideo ibi statuliber pendente conditione vti liber punitur quia delictum cõmisit tempore, quo iam statuliber erat: & sic ob status incertitudinẽ, & libertatis spem vt liber punitur. Nec obstat textus in *l.* 1. *§. quid tamen, ff. si is, qui testamento liber esse iußus*: vbi statuliber vt seruus punitur: quia text⁹ ille procedit eo casu in quo seru⁹ deliquit ante, quã esset statuliber. Differentiæ ratio est: quia personæ puniẽdæ cõditio expectatur tempore delicti non sententiæ, *l.* 1. *ff. de pœnis*, notat Acursius in d. *l. statuliber* verbo *pœnas ff. de pœnis & in d. l. moris §. vlt. ff.* eodẽ: & si hęc interpretatio nõ placuerit vi dẽdus est *Bart. in l.* 1. *n.* 1. *ff. de pœnis Gothofredus* in notis ad textum in dicta *l.* 1. *§. quod tamen ff. si is, qui testamento liber esse iussus erit littera T.* & præcipue de illorũ iurium concilia tione videndus est, *Pacius legum conciliatarum Centuria* 7. *quæst.* 76. & de interpretatione ad textum in *l. statu liberum* 9. *§. illud ff. de statuliberis cum l. Neratius* 63. *ff. de conditione indebiti* videndus est *Pacius* vbi supra *Centuria* 4. *quæst.* 15. *Antonius Faber lib.* 2. *coniecturarum c.* 6. *Cuiac. in ff.* 7. *ad Africanum in l. cum quis* 38. 9. *qui hominem, ff. de solutionibus.*

5 Tertiò obstat textus in *c. ex rescripto* 9. *de iure iurando.* Ex cuius decisione constat ratione iuramẽti posse monachos & liberos homines in obstagio, & quasi pignoris nexu detineri interim dũ debitũ non fuerit solutũ, qui quidẽ actus ex nostri textus decisione nullã potest inducere obligationẽ, cum speciem seruitutis contineat, quæ in libera persona non consistit, *l.* 1. *&* 2. cum similibus, *ff. de libero homine exhibendo.* Tum etiã quia iuramentũ illud esset vinculũ iniquitatis contra decisionem textus *in cap. quanto* 18. *de iure iurando*: siquidem tam is, qui iurat, manere in obstagio, excõmunicationẽ incurrit *cap. contingit* 36. *de sententia excommunicationis*, quam is etiam cui iuratur, *cap. nuper* 29. in principio versic. *nos igitur* eiusdem tituli, notat *Nauarrus in Manuali c.* 15. *n.* 11. Præterea, quia iuramentum illud esset contra substantiã professionis, siquidẽ manendo in obstagio non possent intra clausturum monasterij morare contra decisionẽ textus in *cap. sicut ex litteris* 13. *de iure iurando.* In cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus traditis à *glossa*, ibidẽ, *glossa* 2. *in cap. supliciter* 23. *q.* 8. *glossa vltima in c. exposita* 11. *de arbitris Couar. lib.* 2. *Variarum c.* 1. *n.* 1. *Baeza de inope debitore, c.* 1. *n.* 24. cum sequentibus, *Feliciano de censibus lib.* 1. *c.* 8. *n.* 8. Verius est dicendũ ideo in dicto *c. ex rescripto* 9. *de iure iurando*, obstagium in monachis potuisse consistere, iuramentũque valuisse: quia non simpliciter & absolute dati fuerũt, sed liberũ manebat eisdẽ recedere dũ modo alij loco ipsorũ remanaret id que ipsi quantũ in illis erat efficere conati fuerũt, vt cõstat ex formula iuramenti in versic. *vt seipsi deficerẽt alij.* Siquidẽ iuramentũ sub ea forma cõceptũ solũ obligat monachos ne per eos stet, quominus seruetur cõuentio, satisfacereq; dicantur, si quantũ in illis est, curauerint, vt alij subsituãtur juxta doctrinã *glossæ* vltimæ in dicto *cap. ex rescripto*, & sic liber homo in obsidium dari potest pro bono pacis vt ita melius pax publica cõseruetur, quod quidẽ obsidiũ iuramento firmatũ valet argumento tex. in *l. obsides ff. de testamentis c. exposita de arbitris l.* 13. *tit.* 13. *partita* 5. notat *Barb. in l. alia* 9. *elegãter n.* 38. *ff. soluto matrimonio Agust. Barb. in Collect.* ad textũ in dicto *cap. ex rescripto num.* 2. *Baeza*, vbi supra.

6 Quartò, solutioni obstabit textus *in authent. vt iudices §. sciant &* 9. *necessitatẽ collatione* 2. vbi statuitur iudicẽ debere post officiũ depositum quinquaginta dies in provincia cõmorari vsq; rationẽ officij reddat, & si prius quã eã reddat aufugerit capiatur, & detineatur: vt sic exigi possit quid quid furtiue recepit. Verũ respondendũ est iudicem ibi nõ quasi pignoris iure detineri, sed potius reipublicæ fauore, vt sic detẽto publica delicta patefiãt: ne occasio male administrandi iudicibus detur: nõ enim est in iure non ũ posse quẽ detineri, seu capi vt securitas sequatur; etiã si ex iuris ciuilis ratione id fieri nõ posset *l. ait prætor §. si debitorẽ ff. quæ in fraudẽ creditorũ*, notat *Abb.* in prælenti *n.* 8. *Decius consil.* 75. *Rebuf. de litteris obligatorijs tit.* 6. *num.* 7. *glossa* 3.

7 Quintò obstat tex. in *l. si fundũ fructum* 23. *ff. de liberali causa*, vbi apparet hominẽ liberũ vẽdi posse: ergo & pignorari cũ argumento maiori ad minus validũ sit ex regula tex. in *c. cui licet de regulis iuris lib.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6. Sed respondendum est textum illum loqui de eo qui cum liber esset dissimulato statu suo pro seruo dolo malo ad pretium participandum se venundari passus est, & is qui bona fide emit decessit, & postea eius hæres vsumfructum bona fide vendidit, quo in casu quinque concurrentibus traditis ab *Acursio in §. final instit. de iure personarum*, seruus de iure ciuili efficitur in pœnã tã improui facti adeo, vt ad seruitutem proclamare non possit, qua pœna merito plectitur ex eo, quod libertatem tam parui æstimabit, *l. liberis 17. ff. de liberali causa* dicta, *l. si vsumfructũ §. in summa, ff.* eodẽ videdus est *Cuiacius lib. 50. Pauli ad edictum* in dicta *l. si vsumfructum 23. ff. de liberali causa*.

8 Sextò, solutioni obstabit dicere vnum ex requisitis necessarijs vt ad libertatem proclamari non possit, est vt emens eius conditionẽ ignoret vt supra est resolutum, sed si duo liberum hominem emant etiam si vnus liberum esse sciat, nihilominus seruus manet, etiam si alter ignoret: ergo solutio supra adducta sustineri minime poterit. Minor probatur ex *l. final ff. quibus ad libertatem proclamare non licet*. Cui difficultati respondendum est textum in dicta *l. final* procedere eo casu, in quo duo in solidum liberum hominem emerunt: nam tunc ille homo liber qui pro pretio participando se venundari passus est fit seruus eius, qui ignorauit eum liberum esse, non autem eius, qui liberum esse sciebat. Vnde sequitur quod in hac emptione iam interuenit ementis ignoranti liceat alterius interuenisset scientia.

9 Septimò, solutioni obstat, *l. liberis 7. §. si duo ff. de liberali causa*, vbi asseritur, quod si duo liberum hominem emant, alter sciens, alter ignorans, vnius ignorantia adeo prodest alteri scienti, vt vtriusque seruus ille efficiatur. Cui difficultati distinctione adhibita respondendum est multum interesse inter eum casum quo alter sciens alter ignorans liberum hominem in solidum emerunt, & inter eum casum quo pro parte tantum emerunt: nam primo casu ignorantia vnius alteri non prodest; cum liber homo totus bonæ fidei emptori adquiratur: iuxta textum in dicta *l. final, ff. de liberali causa l. non solum §. sed & si ff.* eodem. In secundo vero casu ignorãtia vnius alteri prodest: & ita est intelligendus textus in dicta *l. liberis 7. §. si duo ff. de liberali causa*: nam qui ignorauit maiorem partem in seruo habere non potest, quam ipse emit: cum emptio, & vẽditio liberi hominis pro parte consistere non possit: qua de causa pars scienti adquiritur: quia æquius est vt scienti quæratur, quam vt propter eius scientiam ignorans pœna afficiatur: vt bene animaduertit *Cuiacius*, in *l. in æquissimum videtur 5. ff. de iuris, & facti ignorantia*. Nec solutioni obstat textus in *l. non solus 22. §. sed & si plures* in fine *ff. de liberali causa*, vbi apparet, quod etiam, si duo in solidũ emerint, sciẽtia, vel ignorãtia vnius alteri nõ nocẽt, nec pro dest: quia respondendũ est textum illum loqui in actione in duplũ ad interesse propter fraudem venditoris, non vero, vt ad libertatem proclamare non possit, de quo noster est sermo.

10 Octauò, prædictis obstat textus in *l. si vsumfructũ 23. §. in summa ff. de liberali causa*. Vbi liber homo, etiam seruus efficitur, si pignori sit datus, vel donatus: & tamẽ his in casibus non potest esse particeps pretij, quod omnino requiritur vt seruus efficiatur dicta *l. liberis 7. ff. de liberali causa*, quod dubiũ dilues, si dixeris satis esse, quod in prima venditione sit particeps pretij: & si in secunda non sit, si bona fide fuerit emptus, & postea donatus, vel pignori datus, nam tunc non poterit ad libertatem proclamare propter dolum antea in prima venditione contractum, in qua particeps pretij fuerat: sicque sententia textus in dicto §. *in summa* referenda est ad casum, seu speciem à Paulo in principio textus propositã videlicet, cũ iã antea bona fidẽ fuerat emptus, & particeps pretij & si postea in donatione, seu pignoris datione nõ fuisset, quod apparet ex verbis illius textus, ibi *& in summa*.

11 Nonò, his omnibus repugnat textus in *cap. 1. de ordine cognitionum*, vbi Pontifex testatur mulierẽ vindicare posse maritum: ergo ex eo, quia maritus in dominio vxoris erat, consequentia probatur; nã ad vendicationem dominium ex parte actoris; possessio vero ex parte rei conuenti desideratur, *l. officium, l. in rem actio ff. de rei vindicatione*, quod neutiquam potest cadere in libera persona siquidem nec in dominio nec in possessione alterius esse potest, cum in commertio nostro, non sit dicta *l. si in emptione 34. ff. de contrahenda emptione*. Cui difficultati respondẽdum est mulierem adhuc in specie illius textus maritum vindicare posse: nam iura in contrariũ allegata loquuntur de vindicatione directã, quã non cadit in homine libero: at vero textus in dicto *cap. 1. de ordine cognitionum* procedit in vindicatione vtili quæ à iure canonico vxori conceditur ex iusta causa, vel ratione potestatis, quam habet in corpus viri, vt constat ex *cap. 7. Apostolorum*: ibi *vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier* relato in *cap. ex publico 3. de conuersione coniugatorum*. Qua ratione maritus etiam potest vxorem vindicare *cap. illud de præsumptionibus*, qui textus hac interpretatione luce donatur, notat *Abb.* in dicto *cap. 1*. Ita similiter est interpretandus textus in *l. 1. §. per hanc ff. de rei vindicatione* de quo nos plura diximus in *1. tomo* in dicto *cap. 1. de ordine cognitionum, n. 7.* cum sequentibus similiter Abbas eadẽ vtili rei vindicatione monachũ vindicare poterit: siquidẽ facta professione subijcitur Abbati, & trãsfertur in potestatem monasterij, *cap. multos 54. dist. cap. non dicatis 22. quæst. 2. cap. final de testamentis, lib. 6.* eodemque modo Episcopus vendicare poterit Clericos subditos ratione obedientiæ. Argumento textus in *cap. inter quatuor de maioritate, & obedientia, cap. dilectus 55. de appellationibus*, sic etiam patronus ratione iuris patronatus, quod habet in Ecclesia poterit illam vindicare, *cap. examinata de iudicijs*, qua etiam vtili rei vindicatione poterit mater filios vindicare; etiam si in potestate non habeat. Iuxta eos in textum ita intelligendum in *l. sed & si §. sed si directo, ff. de fideicommissarijs libertatibus*. Notat *Richardus in §. interdum 9. num. 14. inst. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur*. De cuius intellectu plura scripsimus in dicto *c. 1. de ordine cognitionũ n. 10*. Eodẽque modo est interpretandus tex. in *l. si postulauerit 27. §. si liber homo, ff. ad l. Iuliã de adulterijs* vbi si liber homo pro seruo fuerit tortus, consequitur vtili actione eius æstimationem ad interesse non directa: quia liber homo æstimationem non recipit: eodemque modo est interpretandus textus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in *l. liber homo* 13. *ff. ad exhibendum*, vbi vtilis actio cõpetit, vt liber homo exhibeatur & *l. de eo* 12. *ff.* eodẽ de quibus late notat, *Antonius Faber in rationali* in dictis iuribus.

12 Decimò, obstat textus in *l.* in *suis* 11. *ff. de liberis, & posthumis* versicul. *quos occidere licebat*, ex quibus verbis probatur patres filios suos occidere posse: ergo multo melius pignori dare: augeturque difficultas ex *l.* 1. *Cod. de patribus qui filios distraxerunt*, ex quo constat tempore vrgentis necessitatis licere parentibus filios vendere. Sed respondẽdum est, quod licet olim patribus licuisset filios occidere, hodie tamen secus est, vt colligitur ex verbis dictæ *legis in suis*, ibi, *quos & occidere licebat*, quæ verba significant olim hoc parentibus ex *l. duodecim tabularum*, permissum fuisse; hodie tamen abrogatum est ex *l. final C. de patria potestate.*

13 Vndecimò, obstat textus in *l.* 1. versic. *proinde, ff. de libero homine exhibendo*: Ex quo colligitur liberũ hominem pro noxa alijs posse dari: ergo & pignorari. Sed respondendum est textum illum procedere iuxta ius antiquum, quo licitũ fuerat pro noxa dare filium, vel filiam in potestate constitutos. Sed noua hominum conuersatio huiusmodi asperitatem respuẽdam esse decreuit, & ab vsu communi hoc penitus recesit: ne pater patiatur filium suũ, & maxime filiam alij in noxam dare: siquidem ex filij corpore pater magis quam alius perielitetur, vt scripsit Iustinianus in §. *sed veteres instit. de noxalibus actionibus* Cuiacius *tract.* 2. *diffinitionum Papiniani ad l. Sanctio* 41. *ff. de pœnis.*

14 Duodecimò, obstat textus in *l. si Procuratorem* 8. §. *siquis mãdauerit, ff. mãdati* de quo vidẽdus est, *Antonius Faber in rationali*, ad eundem textum, obstat etiam textus in *l. sed & si* 19. §. *si homo liber ff. de exhibitionibus*, & textus in *l. si post mortem* 88. §. *final ff. de legatis* 1. cum *l. peculiũ* 65. §. *Titio ff. de legatis* 2. *l. pacta conuenta*, §. *final ff. de contrahenda emptione* textus in *cap.* 2. *de fide instrumentorum*, quæ omnia consulto omitto, & alia plura iura à Doctoribus in *l. inter stipulantem*, §. *Sacram ff. de verborum obligationibus*: quia eorũ cõmentaria potius expectant ad iuris ciuilis professores, quam ad Sacrorum Canonum interpretes, seu Doctores.

Ad textũ in c. illo vos 4. c. cum contra 6. cap. significante 7. hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius, si emit rẽ eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori recipiendo aliquid vltra sortem fructibus in ea computatis iudicatur contractus fœneratitius.*
2 *Pactum de retrouendendo quomodo cognoscatur.*
3 *Remissiue interpretatur textus in cap. salubriter de vsuris, l. creditor* §. *inter maritum, ff. mandati, cap. ad nostram* 7. *versic. deinde de iure iurando, cap.* 1. *de feudis, l. Stichum* 95. §. *si creditor* 8. *ff. de solutionibus.*
4 *Pactum de retrouendendo omni tempore permissum est.*
Contractus, ita est iudicandus, qualis in forma ipsa appareat.
Exponitur textus in cap. ad nostram 5. *de emptione, & venditione.*
5 *Interpretatur textus in capit. illo vos de pignoribus.*
Talis quis in eodem malo præsumitur, qualis

qualis esse solebat.
6 *Redditur ratio ad textum in l. si fundum* 2. *Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem.*
Expenditur textus in l. si precium 4. *Cod. de ædilitijs actionibus.*
8 *Retro venditio nihil aliud est, quã secunda venditio.*
Pactum de retrouendendo per verba obliqua conceptum, non habet vim resolutionis contractus.
9 *Redditur ratio ad textum in l. si cum venderet* 13. *ff. de pignoratitia actione.*
10 *Dominia rerum non nudis pactis, sed per traditionem adquiruntur.*
11 *Refertur interpretatio ad textum in l. si quis ea lege* 3. *C. de pactis inter emptorem.*
12 *Dilucidatur textus in l. si quis hac lege* 41. *in principio ff. de rei vindicatione.*
Pactum legis commissoriæ, & additionis in diem, in quo differunt exponitur.
13 *Species ponitur ad textum in l. si fundum* 4. *ff. de lege commissoria.*

1 CONCLVSIO. Si vsurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid vltra sortem fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus fœneratitius. Cõsonat textus in *Cap. cum contra* 6. *cap. significante* 7. hoc titulo, *cap.* 2. *cap. constitutus* 8. *cap salubriter* 16. *de vsuris, cap. ad nostram de emptione, & venditione l.* 1. & 2. *Cod. de pignoratitia actione l.* 1. *Cod. de partu pignorum, l si dominum* 9. *Cod. de pignoribus, l. Titia* 48. *ff. de solutionibus, l. si cum venderet* 13. *ff. de pignoratitia actione l. si creditor* 7. *ff. de distractione pignorũ, l. voluntate* 10. *ff. quibus modis pignus soluitur, l.* 2. *l. si ædes* 7. *Cod. de pactis inter emptorem, l. si vir vxori* 13. *ff. de præscriptis verbis, l.* 42. *titulo* 5. *partita* 5. Exornant *Corrasius lib.* 3. *miscelanearum, cap.* 2. & 9. *Mochius li.* 3. *de præsumptionibus quæst.* 112. *num.* 19. *Cardinalis Mãtica de tactis, & ambiguis conuentionibus lib.* 8. *titulo* 20. *num.* 34. *Balascus Consilio* 36. *num.* 2. *Tiraquelus de retractu conuentionali* in principio *num.* 4. & §. 5. *glossa* 4. *Menchaca controuersiarum vsufrequentium cap.* 69. *Conradus de contractibus, quæst.* 84. *conclusione* 5. *Felicianus lib.* 1. *de censibus, cap.* 9. *Donelus in l.* 2. *Cod. de pactis inter emptorem Osualdus* ad eundem *lib.* 16. *comment. cap.* 17. *littera D.* cum duobus sequentibus *Hotomanus lib.* 6. *obseruationũ, cap.* 14. *Gailius lib.* 2. *obseruationum, cap.* 16. *Couarru. lib.* 3. *variarum, cap.* 8. per totum, & *cap.* 9. *num.* 2. *Faquineus lib.* 2. *controuersiarum, cap.* 12. cum sequent. *Antonius Gomez lib.* 2. *variarum cap.* 2. *num.* 27. *Antonius Faber de erroribus Decade* 9. *errore* 10. & *Decade* 10. *errore* 2. & *Decade* 22. *errore* 2. 3. 4. & 6. cum traditis à *Cenedo in Collectaneis ad Decretales Collect.* 28. *num.* 3.

2 Ratio, quare in præsenti contractus ille de retrouendendo fœneratitius iudicatur, ea est: quia in cognoscenda specie alicuius contractus magis attendi debent pacta in eo apposita, quam nuda verba ipsius contractus iuxta textum *in l.* 2. & 3. *Cod. plus valet, quod agitur, quã, quod simulatur*: nam licet cum vera venditio sit in illo pacto de retrouendendo, vt fructus percepti non computentur in sortem, *l.* 2. *Cod. de pactis inter emptorem*, tamen, quando est contractus pignoratitius, fructus sunt computandi in sortem, *cap. cum contra* infra hoc titulo, & in ea aliquid vltra sortem recipere est vsura, *cap. cumque ius de vsuris*. Notat *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 78. *artic.* 1. & facile præsumitur contra aliquem ex eo, quod [illegible] agere consueuit: quia consuetudinis [illegible] vehemens est coniectura, *l. vel vniuersorum, ff. de pignoratitia actione.* Notat *Barb.* plures referens *in C[illegible]*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hunc textum *num.* 3. nam contractus ille præsumitur simulatus sub specie emptionis ad recipiendum aliquid vltra sortem; præsertim, cum sit initus cum eo, qui vsuras consuevit exercere, merito cum re vera sit pignoratitius per talem emptionem vltra sortem vsurarius iudicatur iuxta textum in *capit. ad nostram de emptione, & venditione.*

3 Primò, obstabit textus in *cap. salubriter de vsuris l. creditor §. inter maritum, ff. mandati* textus in *cap. ad nostram 7.* versic. *deinde de iure iurando* textus in *cap. 1. de feudis, l. Stichum 95. §. si creditor 8. ff. de solutionibus, l. is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus, l. si ea lege C. de vsuris, l. si ea pactione Cod.* eodem, quorum commentaria consulto omitto: quia de illorũ interpretatione plura scripsimus in 1. *tomo in cap. ad nostram 7. de iure iurando*, & in *cap. 1. de feudis.*

4 Secundò, obstabit dicere, quod pactum de retrouendẽdo omni iure licitum est ex Cæsareo in *l. 2. & 7. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem l. si cum venderet 13. ff. de pignoratitia actione, l. si creditor 7. ff. de distractione pignorum l. voluntate 10. ff. quibus modis pignus soluitur*, de Iure Pontificio. Argumento textus in *cap. ad nostram 5. de emptione, & venditione*: de iure diuino, *Leuitici cap. 25.* versic. *cuncta Regia possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur* de iure Regio *l. 42. titulo 5. partita 5.* Ergo neutiquam in præsenti pactum illud de reto vendendo vsurarium debet iudicari, etiam si accedat pretij modicitas: siquidem læsio circa pretium non sit à iure improbata. *l. in causæ §. penultimo, ff. de minoribus, l. item si in pretio §. quemadmodum, ff. locati, l. fundi partem 79. ff. de contrahenda emptione.* Augetur difficultas: quia contractus ita est iudicandus, qualis in forma ipsa apparet, *l. cum precibus, Cod. de probationibus, l. si tantum, ff. ad Senatus Consultum Macedonianũ.* Præterea quia in dubio contractus præsumitur verus, non simulatus, nec fœneratitius, dicta *l. cum precibus*: quia numquam præsumitur illicitus, nisi id manifeste appareat, *l. prævaricationis, §. vltimo, ff. de prævaricatione, cap. vltimo 32. quæstione vltima, cap. præterea 13. distinctione.* Ergo contractus de quo in præsenti agitur suspitione carere debet, & verus est præsumendus non fictus, seu simulatus, nec fœneratitius. In qua iurium contrarietate verisime est dicendum, quod licet nonnulli existiment pactum retrouendendi simul cum prætij modicitate vsurarium esse, tamen verius dicendum censeo neutiquam vsurarium, sed omnino permissum, & absque suspitione esse: siquidem emens eo pacto de retrouendendo adeo verus dominus efficitur, vt fructus interim perceptos sibi adquirat ex iuribus nuper citatis. Notat *Barbos.* in *Collect.* ad textum in dicto *cap. ad nostram 5. de emptione, & venditione numero 7.* Nec huic sententiæ quidquam obstat textus in dicto *cap. ad nostram 5. de emptione, & venditione.* Vbi Innocentius III. docet, quod si venditio tali pacto fuerit facta, vt si venditori placuerit à septennio vsque ad nouennium modico pretio oblato emptori, ipsa res vendita restituatur venditori, contractus fœneratitius iudicatur: quia respondendum est ibi pactum non fuisse de retrouendendo, sed de restituenda re, quæ diuersa sunt: nam pactum de retro vendendo contractus emptionis respicit cum secũda emptio celebretur, & fructus in sortem non computentur; cum sibi adquirat emptor: at vero cum pactum est factum de restituenda re, potius respicit naturam mutui, quam contractus emptionis, cuius natura est, vt sine alia noua conuentione res pignorata oblato iuridice debito restituatur, *l. si rem §. nimis & §. final ff. de pignoratitia actione l. item 6. §. 1. ff. quibus modis pignus, vel hipotheca soluitur*, in qua fructus in sortem computantur, *cap. ad nostram 7. de iure iurando*: ideoque pactio, de qua ibi agitur maiorem simulationem arguit, vt vsurarius sit, cum in illo septennij tempore emptor certus sit ex fructibus rei pignoratæ debitum principale, & aliquid vltra sortem consequi posse, cum emptor simulasset vsuras pacto illo, ne puniretur pœnis aduersus vsurarios positis in Concilio Lateranensi relato in *cap. quia in omnibus 3. de vsuris*, merito non tantum ex modicitate pretij, sed simul ex facti relatione, & temporis restrictione Summus Pontifex ibidem contractum illum vsurarium iudicauit, vt indicant verba illius textus, ibi *cum re vera contractus vsurarius ageretur* iuncto versiculo, *quod patet ex eo.* Notat *Couarruuias lib. 3. Variarum cap. 8. numero 3. & 4. Antonius Faber de erroribus Decade 9. errore 9. Corrasius lib. 3. Miscellanearum, cap. 9.*

5 Tertiò, prædictis valde obstat textus noster in cuius specie agitur de pacto de retrouendendo modico pretio oblato, & tamen vsurarius, seu fœneratitius, & illicitus appellatur. In cuius textus difficultate nonnulli existimant ideo in specie nostri textus contractum ita celebratum vsurarium, etiam præsumi ex adiectione illius conditionis, *& legis*, quod fructus in sortem computentur, cum esset omnino contra substantiam ipsius contractus retro vendendi: in quo fructus ad emptorem pertinent, dicta *l. 2. Cod. de pactis inter emptorem*, & sic legem illam in pacto appositam suspitionem vsurarum inducere; cum nimis durum esset emptorem velle fructus in sortem principalem computare, nisi vt vsurarum crimen contegeret, cum nemo quod suum est facile amittere, & iactare velle videatur, *l. cum de in debito 25.* versiculo, *quod si nollit, ff. de probationibus, cap. super eo de renunciatione.* Atque ideo contractum illum potius accedere ad contractum pignoratitium, quam ad pactum retrouendendi; cuius pignoratitij contractus natura est, vt fructus in sortem computentur, *cap. ad nostram 7. de iure iurando.* Præcipue etiam, quia emptor solitus erat fœnerare siquidem talis quis præsumitur in eodem malo, qualis esse solebat, *l. vniuersarum 12. ff. de pignoratitia actione, l. semisses 13. §. 1. ff. de vsuris, l. item 7. §. quod dicitur 13. ff. ad Macedon. l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari, capite semel malus de regulis iuris, lib. 6.* merito enim cum in dicto, *capite ad nostram de emptione, & venditione*, & in textu nostro illa tria concurrant, scilicet, pretij modicitas, pactum retrouendendi, & consuetudo fœnerandi, mirum non est quod ex illis tribus coniecturis contractus ille fœneratitius à Pontifice iudicetur, notat *Couarru. lib. 3. Variarum cap. 8. num. 4. & cap. 9. num. 2. Fachineus lib. 2. controuersiarum, cap. 12.* apud finem.

Quare

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quartò, aduersus sententiã in præsenti cõmuniter receptã vbi fere omnes affirmant ex pacto retrouendendi verbis directis per se ipsis indicantibus resolutionem contractus, veluti ineptus sit fundus non tamen obliquis dominium rei venditæ resoluto contractu ad emptorem ipso iure citra aliam traditionem transire iuxta textũ in *l. Volantare 10. §. Vltim. ff. quibus modis pignus vel hipotheca soluitur*, versic. *Sed in pristinam causam res redit resoluta venditione* iũcto vers. *creditor eiusdẽ legis l. si à te l. 7. C. de pactis inter emptorem*, vbi apparet, quod si venditio fuerit eo pacto celebrata, vt si pretium redderetur ineptus foret fundus, hac tenus durat penes emptorẽ dominiũ, quatenus illi pretium non restituitur, vel non obsignatur, seu deponitur. Ergo soluto, aut deposito pretio dominium statim ad venditorem redit; ita hanc sententiam tenent *Couarru. dicto lib. 3. Variarum, cap. 8. num. 3. Tiraquelus de retractu, lib. 2. §. 1. glossa 7. Faquineus lib. 2. cõtrouersiarum, cap. 15.* Obstabit textus in *l. 2. Cod. de pactis inter emptorem*, vbi Imperator Alexander asserit, quod si venditio sit facta sub illo pacto, vt oblato quandocumque, vel intra certum tempus pretio, fundus venditus emptori restituatur, tunc oblato pretio competit venditori actio ex vendito, vel præscriptis verbis quæ ambæ personales; & non reales sunt: sed respondendum est textum in dicta *l. 2.* procedere in pacto verbis obliquis, non directis conceptos; vt constat ex verbo illo *restitueretur*, quod operationem ex parte emptoris deliberat iuxta textum in *l. si Vir Vxori, ff. de præscriptis verbis*, notat *Faquineus*, vbi supra dicto, *cap. 15.* præcipue, quia in dicta *l. 2.* non agitur de pacto de retrouendendo, sed de restituendo, quod dissimile est à pacto de retro vendendo obliq; cõcepto: nam in hoc facti obligatio extat, vt reuendatur, & si emptor nolit retrouendere obligatio reducitur ad factum ad interesse, *l. si quis ab alio 13. ff. de rei iudicata*: at vero in illo pacto restituendi in est causa bonorum; *l. in conuentionibus 52. §. final ff. de Verborum obligationibus*, ex quo fit, quod ex die moræ debeantur à venditore fructus dicta *l. 2.* de qua re late tractat *Anton. Faber de erroribus Decade 10. errore 2. & Decade 22. errore 2. Corrasius lib. 3. Miscellaneorum cap. 9. num. 2.*

7 Quintò, obstat textus in *l. si prætium 4. Cod. de ædilitijs actionibus*: vbi ex pacto sic facto, vt si fundus vẽditus displicuisset, esset ineptus; tantũ emptori competit redibitoria actio quæ personalis est & solũ competit aduersus venditorem, *l. actionem 25.* versic. *in personam ff. de obligationibus, & actionibus.* Sed huic dubio respondendum est textum in dicta *l. si prædium 4.* procedere non in pacto reuenditionis, sed in redibitoria actione, quæ sane dissimilis est, cum non competat vẽditori aduersus emptorem, sed potius emptori aduersus vẽditorem iuxta textum in *l. quod si nollit 31. §. si quid 22. ff. de ædilicio edicto*: qua de causã ibidem rei vindicatio competere non potest: notat *Faquineus* vbi supra.

8 Sextò, prædictis obstabit *Antonij Fabri* consideratio adducta in dicta *Decade 22. errore 2. num. 4.* asserentis retro vẽditionẽ nihil aliud significare, quam secundam venditionem, in qua necessario debemus supponere, vt is, qui antea fuerat emptor, postea in secunda venditione restituto pretio venditor existat. Ergo dici non potest contractũ oblata

oblato pretio per inde haberi, ac si nũquam fuisset celebratum, ac per consequens similiter dici nõ potest quod oblato pretio ipso iure dominium transferatur in primum venditorem, cum ad id omnino desideretur, vt primus contractus euanescat, ac si numquã fuisset celebratus: Quibus fundamentis contrariã sententiam tenet *Antonius Faber Decade 22. errore 2. num. 4.* Sed huic considerationi respondẽdum est, quod cum pactum de retro vẽdendo verbis directis ita sit cõceptũ, vt soluto, vel restituto pretio res sit ineptа, seu vẽditio ita nulla, ac si nũquã fuisset celebrata, nihil mirũ, quod nõ impediat dominij trãslationẽ in vẽditorẽ; quẽadmodũ ex pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diẽ præcipue cũ hoc pactũ ita frequẽs sit in venditionibus, ac illud, nec maior ratio in eo, quam in hoc possit haberi testãte ipso *Fabro* dicta *Decade 22. errore 2.* negamus æqui dẽ in hoc casu esse secũdã vẽditionem suppositа prima vt ipse Faber existimat: nã id tantũ est verum, cũ venditio de retro vẽdendo verbis obliquis est celebrata: nã si directis verbis est cõcepta oblato pretio, & ablata prima venditione, per inde res ad pristinũ statũ reuertitur, ac si venditio nũquam fuisset celebrata: & sic inutilis remanet dicta Antonij Fabri consideratio.

9 Septimò, aduersus ea, quæ supra retulim⁹, videlicet pactũ de retro vẽdẽdo per verba obliqua conceptũ nõ operari resolutionẽ cõtractus, nec translationẽ dominij. Obstabit text. in *l. si cũ venderet 13. ff. de pignoratitia actione.* Vbi si pactum, à creditore cũ emptore pignoris, vel hypothecæ fuerit factum, vt si debitor soluerit pecuniã pretij emptori, liceret ei recipere rẽ suam: et ex hac cõuentione poterit debitor rẽ suã vindicare, & tamen verbũ illud *recipere* obliquũ est, quẽmadmodũ verbum *reuertere*, cum inutroq; traditio ex parte emptoris desideretur. Cui difficultati communiter dici solet in specie illius textus non competere debitori actionem in rem directam, sed tantum vtilẽ, seu prætoriam, quæ potest concurrere cum actione personali in factum: siquidem tantũ actio realis excludit personalem, quando directa est, non quando vtilis; *l. si mortis causa 19.* iuncta *l.* sequenti *ff. de donationibus causa mortis.* Notat *Couar.* dicto *lib. 3. Variar. c. 8. n. 3. Anton. Faber in rationali*, ad text. in dicta *l. si cũ venderet 13. ff. de pignoratitia actione*, sed omissa hac, & *Alexan. cõsil. 10. lib. 1.* & *Cumani* interpretatione in *l. 1. ff. de donationibus*, quã improbat *Couar.* vbi supra *n. 3.* verius dicendũ esse existimo, quod & si fateamur verbũ illud *recipere* per se tãtum esse obliquũ, cũ requirat traditionẽ tamen iunctũ, & cõiunctũ cum verbis illis *rem suam* directum efficitur, nã cum hæc clausula referatur ad tempus, quo debitor pretiũ emptori soluerit, & nõ possit per solã solutionem res eius fieri, nisi resoluatur cõtractus, nec iste resolui possit nisi factus per verba directa; tamẽ ex inde deducitur cõuentionẽ illã nõ oblique sed directe fuisse cõceptã. Nec obstabit si instes resoluto contractu ex pacto illo & trãslato dominio in debitorem non posse el competere actionem in factum sed potius in rẽ directam: quia respondendum est quod cum illud pactum non fuerit factum ab ipso debitore cũm creditore, sed à creditore cum alio extraneo videbatur dicendum nõ posse debitorem agere ex eo cum nemo actionẽ per liberã personã quæ eius iuri subiecta non est valeat adquirere, *l. stipullatio. 48. §. alteri 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff. de verborum obligationibus, ideo iusta de causa aduersus emptorem vt fiet pacto datur ipsi debitori actio vtilis in factum ex persona creditoris cessa, notat *Donellus lib. 12. comment. cap. 8. Osualdus*, ibidem *littera F. Cuiacius tract. 11. Digestorum Iuliani in l. si creditor 7. ff. de distractione pignorum*. Vnde ex his apparet ineptã esse, Antonij Fabri emendationem *Decade 22. errore 9. num. 3.* & *in rationali* ad textum in dicta *l. si, cum venderet 13. ff. de pignoratitia actione*: dũ existimat verba illius textus ibi, *sed ipse desitor, aut vindicare rem potuit, aut in factum actione cõtra emptorem agere*, à Triboniano cõtra iuris rationem fuisse addita.

10 Octauò, prædictis obstat textus in *l. traditionibus Cod. de pactis, l. qua ratione 9. §. hæc quoque res, ff. de adquirẽdo rerum dominio, §. per traditionem instit. de rerum diuisione*: ex quibus deducitur rerum dominia non nudis pactis, sed per traditionem adquiri. Ergo ex solo pacto de retro vendendo etiam oblato pretio dominium ad venditorem non transfertur: præcipue, cum nuda traditio sufficiens non sit ad dominij translationem, cum necessario causa requiratur, *l. namquam 20. ff. de adquirendo rerum dominio*. Sed hoc dubio non obstãte verissima sunt hucvsque resoluta. Nec obstat textus in dicta *l. traditionibus*, cum similibus: quia respondendum est, quod conditio illa de retro vendendo, quæ resoluit contractum retro trahitur ad tempus ipsius appositionis, *l. qui balneum 9. l. potior 11. ff. qui potior*, & quemadmodum emptor sine titulo emptionis non fit dominus rei traditæ: sic deficiente titulo exprima emptione necesse est, vt ad pristinum dominum venditorem ipso iure reuertatur, siquidem tamdiu traditio prodest ad translationem dominij, quàndiu emptio subsistit, & sic reluluta venditione desinit traditio causam habere: nec vnquam habuisse videtur: notat *glossa* in dicta *l. traditionibus Antonius Faber lib. 22. errore 1. Osualdus ad Donellum lib. 16. comment. cap. 18. littera C.*

11 Nonò, obstabit textus in *l. qui ea lege 3. Cod. de pactis inter emptorem*, vbi apparet, quod si venditio ita fuerit celebrata vt si reliquum pretium intra certum tempus non esset restiturum, res vendita ad venditorem reuertatur, adueniente conditione venditori rei vendicatio non competit: sed tantum actio ex vendito, quæ personalis est, & cum reali concurrere non potest. Argumento textus in *l. final. ff. vsufructu. quemadmodum caueat, §. sic vtraque inst. de actionibus*. Cui difficultati verissime est dicendum textum in dicta *l. qui ea lege*, non loqui in pacto de retro vendendo, sed in pacto legis commissoriæ. Licet affines sint, tamen in multis differunt, vt late refert, *Antonius Faber* dicta *Decade 22. errore 1. & 2.* nec adueniẽte conditione rei vindicatio cõpetit, quia pactum illud commissorium verbis obliquis fuit conceptum, vt cõstat ex illo verbo *reuertatur*: atque ideo non sufficit, vt retro dominiũ trasferatur sine noua traditione, cũ sint necessaria verba directa per se ipsa indicantia, & inducentia resolutionem contractus, qualia sunt *ineptus sit fundus, aut nulla sit emptio*, & similia. Notat *Couarru.* vbi supra, *num. 1. Gothofredus in l. 2. de lege commissoria littera Z. Cuiacius* omnino videndus, *lib. 16. obseruationum cap. 29.*

12 Decimò, solutioni obstat textus *in l. si quis hac lege 41.* in principio

cipio *de rei vindicatione*, vbi, etiam si pactum aditionis in diem verbis obliquis sit conceptum, adeo resoluit contractum, vt non solum emptorem dominio rei emptæ priuet, sed etiam venditorem dominum ipsius rei constituat nulla alia expectata traditione: vt recte sentit *Couarru.* dicto *lib. 3. Variarum cap. 8. numero 1.* In cuius textus difficultate adeo fuit oppressus *Bartolus*, ibidẽ, quod existimet emptorem ibi non posse vti actione in rem aduersus venditorem, aut habentem causam ab eo cum exceptione pacti repelli possit: at posse contra alios, quasi posset esse dominus aduersus vnos, & non esse aduersus alios: vt considerat *Antonius Faber in rationali* ad eundem textum, quæ interpretatio plurimis rationibus conuincitur à *Couarru.* dicto *lib. 3. Variarum cap. 8. num. 1.* nonnulli autem asserunt verbum illud *reuertatur* esse directum, & non obliquum: atque ideo nihil mirum, quod dominium impleta conditione ad venditorem transferatur, vt insinuat *Couarru.* vbi supra dicto *num. 1.* apud finem, quæ interpretatio ex eo conuincitur: quia quemadmodum verbum *reuertatur* est obliquum, vt ipse *Couarru.* fatetur, sic similiter erit verbum *recedatur* cum vtrumque aliquam extrinsecam requirat operationem: qua propter his & alijs omissis verius est dicendum discrimen esse inter pacta aditionis in diem, & legis cõmissoriæ; ita vt in hoc legis commissoriæ pacto verba obliqua non sufficiant ad resolutionẽ cõtractus, nec ad translationẽ dominij sine noua traditione: at verbo in illo aditionis in diem pactũ sufficiat; eius differentiæ rationem à nemine obseruatam, licet à *Couarru.* vbi supra breuibus indicatam eam esse existimo: quia pactum legis commissoriæ etiã si conceptum sit in fauorem vendentis, tamen præcipue concipitur in odium ementis, qui intra tempus pretium non soluit, ad quod teneba tur: at pactum in diem aditionis nũquam est conceptum in odium ad pœnam alicuius: licet verum sit regulariter concipi in fauorem venditoris, & cum odia sint restringenda, & fauores ampliandi, *cap. odia de regulis iuris lib. 6.* mirum non est quod ex pacto aditionis in diem licet verbis obliquis concepto retro dominium in venditorẽ trãsferatur è cõtra in pacto legis commissoriæ non trãsferatur, cum odiosum sit, quod secus esset, si pactum legis commissoriæ verbis directis fuisset conceptum, vt recte animaduertit *Couarru.* vbi supra *num. 1.*

13 Vndecimò, solutioni obstat textus in *l. si fundus 4. ff. de lege commissoria*, vbi apparet quod si fundus hac conditione sit venditus, quod si intra certum tempus pretium nõ fuerit solutum ineptus sit fundus, si pretium intra diem non fuerit solutum, tunc venditori tantum competit actio ex vendito. Ergo apparet ex pacto legis commissoriæ non retro trãsferri dominium etiam si cõcipiatur verbis directis, vt constat ex illis verbis, ibi *ineptus sit* quod etiam probat textus in *l. sed Celsus 6. §. 1. ff. de contrahenda emptione*. Pro cuius nodi solutione aduertandum est pactum legis commissoriæ, & aditionis in diem tunc inducere resolutionem contractus, & dominij translationem in venditorem, si in cõtinenti appositũ sit: nã quando ex interuallo apponitur, non poterit sufficere ad resoluendas pristinas actiones, & obligationes, nec ad inducendam ex ea causa translationem dominij, *l. ab emptione 98. ff. de pactis*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pactis l. emptio 3. *l. cum emptor* 5. cũ sequentibus, *ff. de rescindenda venditione* §. *vltim. inst. quibus modis tollitur obligatio*, quo supposito dicendũ est pactum legis cõmissoriæ in dicta *l. si fundus* 4. & in dicto §. 1. non fuisse in continenti appẽsitum, sed ex interuallo: ideo nihil mirum, quod etiam si verbis directis fit conceptum, quod ipso iure venditio non rescindatur, nec dominium transferatur, cum tunc magis nouã obligationem producat, quam veterem deleat: iuxta textum in dicta *l. ab emptione* 96. in fine docet *Couarruuias* dicto *cap.* 8. *num.* 1. *Donellus, lib.* 16. *comment. cap.* 18. *Osualdus*, ibidem & locis supra citatis.

Ad textum in capit. ex litteris 5. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.*
Hypotheca ta res trãsit cum suo onere.
2 *Mulier in dote præfertur alijs creditoribus nõ expræsam, sed tacitam hypothecam habentibus.*
3 *Expẽditur textus in l. à Diuo Pio §. si pignora, ff. de re iudicata.*
4 *Mulier constantem matrimonio, ni si maritus ad inopiam peruenerit, non potest dotem petere.*
Conciliatur textus in l. 2. *l. quoties* 30. *ff. soluto matrimonio, cum l. vbi adhuc Cod. de iure dotium.*
5 *Libellus alternatiuus viciatur, cũ debeat esse clarus, & certus.*
6 *Actio cum intentatur, & competit, tunc cesat iudicis officium.*
Officium iudicis est in triplici differẽtia, vt ibi exponitur.
7 *Dotis causa, & eius cognitio principaliter ad iudicem secularem expectat; ad Ecclesiasticum vero cum incidenter occurrit.*
Expenditur textus in cap. ex litteris 5. *de pignoribus, cap. per vestras de donationibus inter.*
8 *Actio hypothecaria non potest experiri contra tertium possessorem, nisi facta prius executione in bonis principalis debitori.*
9 *Vxor Primipili ob maleficium viri obligatur, & ibi exponitur textus in l. satis, Cod. in quibus causis pignus, vel hypothecat.*
Primipilus quis dicatur, ibi declaratur.

1 CONCLVSIO, mulier agit pro dote cõtra quẽlibet detinentem bona mariti. Consonat textus in *l. mulier* 19. *ff. qui potiores in pignore, l. si fundus*, §. *in venditione, ff. de pignoribus, l. actionis gratia* 24. *ff. de obligationibus, & actionibus, l. olim* in fine, *ff. de rei vindicatione, l.* 1. *ff. soluto matrimonio, l. assiduis* 6. *ff. qui potiores in pignore habeãtur, l. res vxoris*, C. *de donationibus inter l.* 2. C. *ne vxor pro marito, l. quit quis* §. *vxoris, Cod. ad legem Iuliam Maiestatis, l. siquis Cod. de bonis damnatorum, l. vnica* §. *& plures, Cod. de rei vxoriæ actione, l. in rebus, Cod. de iure dotium, l. vbi adhuc* 29. *Cod. eodem*, §. *fuerat antea* 29. *inst. de actionibus, l.* 33. *titulo* 13. *partita* 5. Exornant *Palacius in repetitione Rubricæ de donationibus inter virum* §. 66. *num.* 19. *Antonius Gomez in l.* 50. *Tauri, num.* 39. idem in *l.* 76. *Iulius Clarus lib.* 5. §. *final quæst.* 78. *num.* 15. *Casaneus in cõsuetudinibus Burgundiæ, Folio* 98. §. 2. *num.* 3. *Negusandus de pignoribus* 2. *parte membro* 4. *num.* 24. *Couarruuias lib.* 1. *variarum cap.* 7. *num.* 1. cum sequentibus, *Simancas de Catholicis inst. cap.* 9. *num.* 70. *Repertorijj*, verbo *dotes*, & Doctores omnes in *l.* 77. *Tauri Osualdus ad Donelum lib.* 14. *comment. cap.* 7. *littera* H. cum traditis à *Barb. in Collect.* ad nostrũ textum, *Pichardo in* §. *quædam actiones* 20. *inst. de actionibus, art.* 5. *num.* 15. cum sequentibus idem in §. *fuerat antea*

antea 29. *inst. de actionibus, num.* 31. cum sequentibus.

2 Ratio depromitur ex textu nostro nẽpe: quia mulieribus circa dotem maximus fauor debetur, *l.* 1. *ff. soluto matrimonio*, & inter alios fauores illie præcipuus est, quod habeant tacitam hypothecam pro dote, cum transeat res hypothecata cum onere suo *l. vnica* §. *& vt plenius, C. de rei vxoriæ actione*, §. *fuerat antea inst. de actionibus.* Notat *Negusantius de pignoribus* 2. *parte membro* 4. *num.* 24. & alijs præferatur etiã anterioribus creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam, *l. assiduis, Cod. qui potiores in pignore* dicto §. *fuerat antea*; secus vero est dicendum, quando anteriores creditores expressam hypothecam retinent: quia tunc non est locus prælationi dotis, cum seruanda sit regula, *qui prior est tempore.* Notat *glossa* in præsenti verbo *fauor*, quam sequitur. *Imola numero* 19. *Couarruuias lib.* 1. *Variarum cap.* 7. *num.* 1. *Gomecius in l.* 50. *Tauri num.* 3. qui plura, & plures refert.

3 Primò, aduersus ea, quæ textus noster refert videlicet Roderici cum fratrem delinquentis compellendum esse retinere pro certa pecuniæ quantitate possessiones illas: quia nõ fuit inuentus alius emptor. Obstabit textus in *l. à Diuo Pio* §. *si pignora, ff. de re iudicata*, vbi apparet, quod quando emptor non inuenitur, res debitoris adiudicantur creditori pro debito. Ergo frater delinquentis non erat compellendus ea bona accipere. Cui dubio respondendum est. Quod iuxta decisionem textus in dicta *l. à Diuo Pio* §. *si pignora*, iudex potius debet dare in solutũ possessiones ipsi offenso, quam compellere fratrem eas emere. Notat *Tiraquelus de retractu*, §. 1. *glossa* 14. *num.* 2. qua de causa, cũ in textu nostro iudex minus recte processisset, sicut incaptura, quam fecit, recte repræhenditur, vt apparet ex versic. *mandamus.*

4 Secũdò, obstabit dicere, quod mulier constante matrimonio non potest dotem petere, *l.* 2. *l. quoties* 30. & per totum, *ff. soluto matrimonio*, sed in præsenti nondum erat matrimonium solutũ: vt ex littera textus constat. Ergo mulier non potuit petere dotem. Verum respondendum est quod licet regulariter verum sit, quod mulier constante matrimonio non possit dotem petere, vt in iuribus supra allegatis; tamen fallitur vbi maritus vergit ad inopiam: ne mulier maneat indotata, *l. si constante, ff. soluto matrimonio, l. vbi adhuc, ff. de iure dotium authent. de qualitate dotis*, §. *illud quoque collatione* 8. *cap. per vestras de donationibus inter l.* 29. *titulo* 11. *partita* 4. & intelligitur vergere ad inopiam, vbicumque eius bona publicantur, vt in præsenti fuit factum, notat *Abbas numero* 6. *Brixius* 8. nec requiritur consumata inopia, sed sufficit, quod incipiat vergere ad inopiam, *cap. per vestras* 7. *de donationibus inter.* Nec obstat textux in dicta *l. si constante, ff. soluto matrimonio*: vbi consumata inopia desideratur: quia communiter dici solet decisionem textus in dicta *l. si constante* hodie iure nouissimo correctam esse per textum in *l. vbi adhuc, Cod. de iure dotiũ authent. de qualitate dotis* §. *illud quoque collatione* 8. dicto *c. per vestras*, in quibus iuribus hodie sufficit, quod maritus incipiat vergere ad paupertatẽ; vt mulier possit dotẽ petere, notat *glos.* verbo *nõ sufficere* in dicta *l. si constante Alexander*, ibidẽ, *n.* 6. *Iason n.* 206. sed repræhẽditur ex eo quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

correctio iuris semper est vitanda, *l. non est nouum, Cod. de legibus, cap. cũ expediat de electione lib. 6.* quare verius est dicendum prædicta iura non esse contraria: sed vnũ ex alijs ampliatur: siquidem decisio textus in dicta *l. si constante* ampliatur per decisionem textus in dicta *l. vbi adhuc* dicta *authentic. de qualitate dotis* dicto *cap. per vestras*, in quibus iuribus declaratur non sufficere consumatam paupertatem mariti: sed satis esse, quod ad inopiam incipiat, vt mulier possit dotem petere docet *Bartolus* in dicta *l. si constante num. 2. Abb.* in dicto *cap. per vestras de donationibus inter num. 12. Corasius in l. qui liberos num. 210. ff. de ritu nuptiarum. Palatius Rubeus* in dicto *cap. per vestras*, §. 4. *Gomecius* in dicta, *l.* 50. *Tauri num. 33. Couarru. lib. 1. Variarum cap. 7. num. 3. & 4.*

5 Tertiò, contra nostrum textum in versic. *vel in possessionis*. Obstabit dicere, quod libellus alternatiuus vitiatur, *l. Prætor adicit*, §. *quod autem ff. de iniurijs*, *l. 7. §. qui autem ff. quorum legatorum*. Sed in præsenti fuit alternatiuus, vt ex dicto versic. constat: ergo admitti non debuit. Sed respondendum est, quod licet regulariter libellus alternatiuus nõ admittatur dicta *l. Prætor* §. *quod autem*: quia libellus debet esse clarus, & certus, *cap. final de libelli oblatione*: tamen vbi vnum est in obligatione, & aliud in facultate soluendi, tunc libellus alternatiuus admittitur *cap. cum dilecti, cap. penult. de emptione, & venditione l. 2. Cod. de rescindenda venditione, l. miles 6. §. 1. ff. de re iudicata*, late *Pinellus* in dicta *l. 2. Cod. de rescindenda 3. parte, cap. 3. num. 8.* Vnde cum in obligatione in præsenti solum sit rem restitui, & in facultate soluentis debitum soluere, recte potuit alternatiuus libellus sustineri dicto *cap. penultimo*, cum iuribus supra adductis.

6 Quartò, aduersus textum nostrum in versic. *æstimationem dotis*, ex quo deducitur mulierem intentasse actionem hypothecariam pro dote. Obstabit dicere, quod cum actio intentatur, & competit, tunc cessat iudicis officium: quod, cum præstatur, non præsumit actionem, nec obligationem, *l. qui per collusionem 51. §. 1. ff. de actionibus empti*; sed in præsenti officium iudicis fuit imploratum, vt constat ex eodem textu ibi. *Ex officio delegantis*: ergo nostri textus verba admitti non debent. Pro cuius dubij perfecta solutione animaduertendum est iudicis officium esse in triplici differentia, vt docet, *Bartolus in l. 1. num. 12. ff. de iurisdictione omnium iudicum*; *Iason in §. præterea inst. de actionibus, numero 17. & 39.* Nam aliud est nobile, aliud mercenarium, aliud vero aduersarium, nobile dicitur, quod per se stat, & nulli seruit quod exerceri poterit motuproprio, vel ad partis pietatem, vt inquirendo, dando tutores, vel concedendo restitutionem: in quo procedunt iura supra in argumento adducta, mercenarium officium est, quod seruit actioni, & per se non datur, & de hoc mercenario officio est intelligendus textus noster: aduersarium vero est, quod non deseruit actioni, sed ipsi actioni aduersatur, & cõtradicit, in quantum potest. Veluti, quando proponitur loco exceptionis directæ; iuxta textum in *l. plane, l. final ff. de petitione hæreditatis*, & in toto titulo *ff. de exceptionibus*, sed quamuis illa officij iudicis diuisio communiter sit recepta, verius tamen est dicendum duplicem tantum esse scilicet nobile, & mercenarium. Notat *Abb. in cap. final de officio*

io iudicis, num. 51. Imola 19. Nam superflua est illa tertia species aduersarij: quia in alijs duobus compræhenditur, vt docent Doctores supra citati, videndus *Bartolus in l. iubere, cauere, l. final ff. de iurisdictione omnium iudicum.*

7 Quintò, contra nostrum textum in versic. *Ex officio delegationis*, ex quo constat illam dotis causam apud iudicem Ecclesiasticum fuisse discusam. Obstabit textus in *l. vbi adhuc 29. l. in rebus 30. Cod. de iure dotium, l. quemadmodum 47. §. traditione ff.* eodem. Ex quibus deducitur dotis causam ad iudicẽ secularẽ pertinere. Ergo non recte in præsenti iudex Ecclesiasticus de dote cognoscit. Pro cuius dubij solutione aduertendum est verissimum esse iudicẽ Ecclesiasticum non posse principaliter cognoscere de causa dotis: poterit tamen si, incidenter occurrat, notat *glossa* verbo *accessorie* in *cap. 3. de donationibus inter*, & in *cap. plerumque* eiusdem tituli. Nec obstat text. in *cap. ex parte de foro competenti, cap. peruenit de emptione, & venditione, cap. nuper de donationibus inter.* In quibus iuribus constat iudicem Ecclesiasticum posse principaliter cognoscere de causa dotis: quia procedunt, quando vidua litigat: quo in casu priuilegium habet vt si fuerit oppressa, vel data negligentia secularis, vt in *cap. ex tenore de foro competenti*, possit de ea iudex Ecclesiasticus cognoscere: quia vidua miserabilis persona iudicatur, *Exod. 22.* ibi *Viduæ, & pupillo nõ nocebitis. Esaiæ cap. 1.* ibi *defendite viduam*, late *Felinus in cap. significantibus de officio delegati.* Nec minus obstat textus noster, vbi mulier illa, quæ litigabat coram iudice Ecclesiastico, non erat vidua: siquidem maritum viuum habebat: quia respondendum est, quod mulier, quæ maritum inutilem habet, vidua censetur, maxime, si eius vir sit vanitus, decet *glossa in l. final Cod. ad l. Flabiam de plagiarijs, cap. inter corporalia de translatione Episcopi.* Notat *Tiraquel. lib. 6. legum connubialiũ cap. 2.* tũ etiã, quia in præsenti mulier illa erat oppressa, vt ex principio nostri textus constat. Nec similiter obstat textus in *cap. per vestras de donationibus inter*: nam ideo ibi iudex Ecclesiasticus principaliter cognoscit de dote, quia Magister Clericus, contra quem de dote agebatur erat Ecclesiastica persona: cuius forum sequi tenetur. *Cap. cum sit generale de foro competenti.* Nec etiam obstat textus in *cap. de prudentia de donationibus inter*, vbi Pontifex commisit iudicibus, qui antea cognouerant de matrimonio vt postea cognoscerent de dote, & tamen dici potest non fuisse accessorium, cum iudex ille iam fuisset functus officio suo: vt aduertit *glossa*, ibidem verbo *accessorie* in fine: quia respondendũ est, quod ideo ibi Pontifex potuit dotis causam committere, quia mulier illa antea coram eisdem iudicibus pendente iudicio matrimoniali petijt dotem sibi restitui, &, cum iudices noluissent cognoscere de causa illa, nec eam terminare: quia forsan existimassent non posse de ea cognoscere, ideo reprehenduntur per Pontificem, & eis de nouo causa cõmittitur: quare propter grauamen illud, quod ei iudices fecerunt non diffiniendo de causa dotis recte mulier illa potuit vel per appellationem, vel per querelam recurrere ad Pontificem: vt in *cap. 1. de officio delegati*, & Põtifex similiter potuit causam illam de nouo committere: nam alias si prius dos non esset petita dum causa matrimonialis pendebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat fr ustra Pontifex diceret quod acceſſorie potuiſſent cognoſcere, & diffinire dotis cauſſam, notat *Antonius Auguſtinus Collectanea 2. num. 4. tit. 14. cap. 1.*

8 Sextò, obſtabit textus in *authentic. hoc ſi debitor, Codice de pignoribus authentic. ſed hodie Codice de obligationibus, & actionibus* ex quibus iuribus apparet actionem hypothecariam non poſſe expediri cõtra tertium poſſeſſorem niſi facta prius executione in bonis principalis. Ergo male in præſenti executio fuit facta contra Rodericum Fratrẽ malefactoris. In cuius textus difficultate omiſſa communi interpretatione aſſerentium textum in dicta *authent. hoc ſi debitor*, non habere locum cum debitor principalis eſt abſens, vt in præſenti maritus ipſius mulieris erat: quia abſentia principalis habetur loco executionis, quã tenet, *Aretinus in titulo de executione bonorum, num. 13.* & Doctores omnes in dicta *authent. hoc ſi debitor.* Verius tamen dicendum eſt, quod in ſpecie noſtri textus non fuit neceſſaria executio: quia ſecundum ius commune habens hypothecam poterat agere reali actione cõtra quẽlibet poſſeſſorem abſque eo, quod agere compellatur perſonali contra debitorem, *l. diſtractis, l. proſecutione Cod. de pignoribus*, & tempore noſtri textus ſeruabatur ius commune, quod eſt antiquius textu dictæ *authenticæ, hoc ſi debitor*, & conſtat ex eo: quia textus noſter eſt Innocencij III. vt apparet ex eius deſcriptione, qui fuit electus Pontifex *Anno* 1198. vt refert *Franciſcus Longius*, in eodem Anno *Platina* in vita eiuſdem Pontificis, & habetur inter geſta *Innocencij* III. *tomo* 1. *Conciliorum pag.* 733. at vero textus in dicta *authentic. hoc ſi debitor* fuit facta *Anno* 1551.

9 Septimò, obſtat textus in *l. ſatis, Cod. in quibus cauſis pignus* gloſſa verbo *alienat*, in *c. ex parte de conſuetudine*, vbi conſtat quod vxor Primipili ob maleficium viri obligatur. Sed pro huius dubij ſolutione ſciendum eſt, quid ſit *Primipilus* Conſcius in *Rubrica, Cod. de Primipilis lib.* 12. aſſerit, quod Primipilus eſt idem, quod adminiſtrator, & *Panormitan. in cap. ex parte num. final de conſuetudine* aſſerit, quod *Primipilus* eſt is, qui in bello defert tela, & primus in eo eſt *Baldus* in dicta *l. ſatis* in fine aſſerit, quod eſt collector pecuniarum, quæ ſoluuntur Cameræ Apoſtolicæ, vel Imperiali, ſed verius eſt, quod *Primipilus* erat centurio, qui Aquilę in legione præerat: & is ducebat quadragintos milites auctore. *Vegetio de re militari lib. 2. cap. 8.* docet *Prateius de verbis iuris* verbo *Primipilus Couarr. lib. 1. Variarum, cap. 16. num. 7.* erat enim Aquila apud Romanos ſignum vexilare, *como bandera de Alferez.* In qualibet legione late refert *Couarr.* vbi ſupra ex quibus omnibus iã deducitur verus ſenſus ad ſupra addu cta in *l. ſatis C. in quibus cauſis pignus*: nempe ideo bona vxoris Primipilli eſſe obligata ob malam adminiſtrationem viri: quia totius Reipublicæ ſalus, & neruus totius exercitus dependebat à militari fide, & hæc tam publica vtilitas præferebatur vtilitati priuatæ ipſius vxoris, vt probat textus in *l. 3. Cod. de Primipilis lib.* 12. quam interpretationem veriorem eſſe exiſtimo, licet aliter ſenſerit, *Panormit.* in dicto *cap. ex parte de conſuetudine, numero* 5. reliqua vide apud *Abbatem* in præſenti *numero* 4. *Couarruuias lib. 1. Variarum, cap. 8. numero* 1. *Antonium Pichardo* in dicto §. *fuerat antea* 29. *inſtitut. de actionibus, numero* 5. & 29.

cum

cum ſequentibus idem in §. *quædam actiones* 20. *inſtit. de actionibus art.* 5. *num.* 15.

Ad textum in cap. cum contra 6. huius Tituli.

Commentaria huius textus omitto: quia de eo plura ſcripſimus in *cap. ad noſtram 7. de iure iurando*, & in *cap. 1. de feudis*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in cap. ſignificante 7. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Pacto legis commiſſoriæ, ſiquis rem ſuam pignorauerit, & iurauerit, non contrauenire, iuſte impeditus intra diem ſtatutum non redemerit, poſt diem redimere poterit.*
2 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatur.*
3 *Iuramentum etiam actis nullis præſtitum debet obſeruari.*
4 *Exponitur textus in l. Apud Labeonem §. final ff. de præſcriptis verbis l. argentis. ff. commodati.*
5 *Pactum legis commiſſoriæ in venditionibus permiſſum eſt, & olim in pignoribus permitteretur, ibi declaratur.*
6 *Expeditur textus in l. cum dominam 13. Cod. de pignoribus, l. Titius Cod. de pignoritia actione.*
7 *Explicatur textus in l. quamuis, ff. de ſolutionibus.*
8 *Declaratur textus in l. Titius final ff. de contrahenda emptione.*
9 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus admittitur, cum factum eſt, ita vt pro iuſto pretio pignus maneat emptum.*

1 CONCLVSIO, ſi is, qui ſub pacto legis commiſſorię pignorauit rẽ ſuã, & iurauit non contrauenire iuſte impeditus intra diem ſtatutum non redemit, poſt diem redimere poterit. Idem probat textus in *l. 1. l. final Cod. de pactis pignorum, l. 41. titulo 5. partita 5. l. 12.* Eodem titulo, & partita, & fere omnia iura à me tradita in dicto *cap. ad noſtram 7. de iure iurando*, & in dicto *cap. illo vos 4. hoc titulo*, & *in cap. 1. de feudis* Exornant *Tiraquelus de retractu* ad finem, *num. 120.* cum ſequentibus, & *in præfactione num. 7. Couarru. lib. 3. variarum, cap. 2. num. 7.* cum ſequentibus. *Pinelus in Rubric. Cod. de reſcindenda 2. parte cap. 1. num. 26. Didacus Perez in l. 1. titulo 2. lib. 8. Ordinamenti, Conanus lib. 4. cap. 14. Cuiacius in l. Emilius*, ad finem, *ff. de minoribus, Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 33. Negusantius de pignoribus parte 4.* in principio. *Antonius Faber de erroribus Decade 21. errore 6. 8. & 9. Cuiacius lib. 7. ad Africanum in l. 23. ff. de obligationibus, & actionibus Oſualdus ad Donellum lib. 16. comment. capit. 19. littera A. B. Azor inſtitutionum moralium parte 3. lib. 7. cap. 19.* in principio. *Leſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 20. dubitatione 15. num. 133. Mantica de tacitis, & Ambiguis conuentionibus, lib. 4. titulo 19. num. 4. & lib. 11. titulo 9. num. 2.* cum traditis à *Morla in emporio titulo 9. quæſt. 10. num. 6. Duarenus ad titulum de lege commiſſoria, Doctor Larrea nouarum deciſionum Granatenſium 1. tomo aiſput. 47. num. 30. Antonius Faber in rationali* ad titulum, *ff. de l. commiſſoria* cum à me traditis, *in 1. tomo in cap. Quintabalis 23. de iure iurando num. 1. & 5.*

2 Ratio eſt: quia illud pactum legis cõmiſſoriæ in pignoribus improbatur, *l. final C. de pactis pignorũ* ſi quidem pactum illud veloti ſi debitum intra certum tempus non ſoluatur, pignus creditori adquiratur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et pleno iure fiat *l. 1. ff. de lege commissaria*: ex eo improbatur: quia obligatio pignoris pro minori quã titate, quam res valet solet fieri *cap. ad nostram de emptione, & venditione*: nam si pactum illud valeret, debitor maxime deciperetur: siquidem cupiditate habendi mutuum defacile iniret omne pactum, & sic creditores nimiam suam auaritiam exercerent, quod contineret crimen vsurarum: siquidem aliquid vltra sortem lucratur; iuxta textũ in *c. consuluit* cum vulgatis *de Vsuris*. Notat *glossa* in dicta *l. 1. ff. de lege commissoria*: quare illo pacto nõ obstante poterit debitor suum pignus redimere, ex textu nostro, & ex dicta *l. final Cod. de pactis pignorũ*. Nec in præsenti is, qui iurauit, si impeditus erat, videtur contrauenire: quia is, qui impeditus est, non intelligitur. (Licet dies sit transacta intra quem pignus redimere iurauit) iuramentum frangere cum adhuc pignus redimere poterit, *capit. ad nostram el primero de iure iurando*. Obstaret autem ei iuramentum, si non fuisset impeditus. Ratio est, quia illud iuramentum fuit præstitũ super actu à lege infirmato principaliter in fauorem iurantis, secũdarie tamen in fauorem publicum: pro inde obseruandum est, si non vi, nec dolo fuerit præstitum, *cap. cum contingat, cap. si vero de iure iurando*.

3 Primò, obstabit dicere, quod pactum hoc fuit iuratum, & iuramentum etiam actis nullis præstitum debet obseruari. *Cap. cum contingat de iure iurando, cap. debitores*, eodem titulo, *cap. quamuis pactum de pactis lib. 6*. Ergo in præsenti pactum legis cõmissoriæ saltim propter iuramentum valere, & obseruari debuit. Sed respondendum est verisimum esse vt supradiximus in ratione decidendi in præsenti iuramentum valuisse: nam alias non deberet debitor se excusare ex eo, quod nuntium misit, & quod fuit detẽtus ab Imperatore. Docet Innocentius in præsenti quæ sententia vera est, licet *Anania*, & *Butrius, num. 9*. In præsenti existiment non valuisse iuramẽtum ex eo videlicet: quia fructus computantur in sortem, & possessiones, seu pignora iubentur restitui, & si valuisset iuramentum non computarentur, nec redimeretur pignus: quia respondendum est, quod censetur debitor soluere intra tempus illud diffinitum: siquidem per eum non stetit propter impedimenta de quibus in textu mentio habetur & sic non fuit pœna pacti commissa; argumento textus in *l. quæ sub conditione §. quoties, ff. de conditione indebiti, l. in Iure Ciuili 122. ff. de regulis iuris*, & de hac nostri textus interpretatione omnino sunt videnda, quæ scripsimus in 1. *tomo in capit. Quintauallis 23. num. 5. de iure iurando*: quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

4 Secundò, aduersus textum nostrum in versic. *satisfacere non potuit, vt debebat*, ex quo constat Rodericum liberatum fuisse ab obligatione iuramenti: quia per fidelem nuntium pecuniam creditori misit, non vero fuisse liberatum ab obligatione solutionis. Obstabit textus in *l. Apud Labeonem §. final ff. de præscriptis verbis, l. Argentis, ff. commodati*. Ex quibus iuribus constat periculum ipsius pecuniæ non ad debitorem, sed potius ad creditorẽ expectare debere: ergo debitor in præsenti ex eo, quod nuntium misisset, non solum à iuramento, sed etiam à debiti solutione liberari debebit. Cui dubio respondendũ est multum inter esse, an debitor sit speciei, an vero quantitatis: nam si est speciei, si debitor misit rem cum nuntio suo, vel nuntio creditoris, si casualiter perit, perit periculo creditoris, vt in iuribus supra in argumento adductis, quod est verum: præterquæ, si debitor mitteret rem illam cum nuntio suo minus fideli, & idoneo: quia tunc sibi est imputandum, vt constat ex textu in *l. eum, qui §. final* cum *l. sequenti ff. cõmodati, l. 4. titulo 2. partita 5*. Ratio est, quia quando debitor debet speciem, creditor manet dominus *l. cõmodatæ ff. commodati*: & sic periculum expectat ad eum: quia debitor non tenetur de casu, si non præcesserit culpa, *cap. final de commodato*. Cæterum textus noster procedit in debitore quantitatis: nam tunc periculum expectat ad debitorem mittentem quantitatem: quia, ex quo sibi fuit mutuata pecunia, est factus dominus, & durat in eo dominium, quo vsque pecunia illa, vel quantitas creditori tradatur, *l. 2. §. appellatã ff. si certum petatur*, & ideo perit periculo debitoris licet nuntius existimaretur fidelis, notat *Butrius* in præsenti, *nu. 19. Ancarranus 4. Abbas 8. Imola 10. Antonius Gomez 2. tomo Variarum, cap. 7. num. 1*. cum sequẽtibus. Sed si creditor misit certum nuntium ad recipiendam pecuniam quam mutuauerat si tunc pereat perit periculo creditoris: quia ex eo quod pecunia tradita fuit ipsi nuntio pertinet dominium ad creditorem, *l. quod mihi donatur, ff. de donationibus Bartolus in l. eum, ff. commodati glossa in cap. presbyteri 95. distinct.*

5 Tertiò, obstabit dicere, quod in contractu emptionis, & venditionis est licitum, & approbatum pactum illud legis commissoriæ, *l. 4. l. commissoriæ, C. de pactis inter emptorem*. Ergo non debet improbari in pignoribus. Cui dubio respondendum est verum esse in emptione, & venditione pactum illud legis cõmissoriæ esse permissum. Ratio est, quia in emptionibus cessat illud vsurarum periculum: siquidem in vẽditionibus vt plurimum, res iusto pretio solent alienari, quæ tantum valent, quantũ vendi possunt *l. 1. §. hæres præcepto ff. ad S. C. Trebelianum*, quod in pignoribus secus obseruatur: quia regulariter res viliori pretio, quã valet pignoratur: vt supra diximus in decidendi ratione. Nec solutioni obstabit textus in *l. Titius 34. ff. de pignoratitia actione, l. quãuis 45. ff. de solutionibus, l. si fundum §. præstet ff. de pignoribus*. Ex quibus iuribus deducitur pactũ hoc legis commissoriæ etiam in pignoribus esse approbatum: quia respondendum est olim apud Iuris Consultos pactum illud in pignoribus non fuisse prohibitum: vt docet *Pinellus in Rubrica, Cod. de rescindenda Vẽditione, cap. 1. 2. parte num. 27*. at vero hodie pactum illud in pignoribus iam est prohibitum per Constãtinum Imperatorem in *l. final C. de pactis pignorum* in versic. *in posterum*, & de interpretatione ad textum in *l. 3. C. plus valere, quod agitur*, est videndus, *Beroius in cap. ad nostram, numero 13. de emptione, & venditione*.

6 Quartò, obstat text. in *l. cũ dominum 13. C. de pignoribus, l. Titius ff. de pignoratitia actione*, vbi apparet, quod si non incõtineti, sed ex post facto pactum hoc in pignoribus sit adiectum valet. In quorum iurium difficultate omissa interpretatione, quam refert *glossa* in dicta *l. Titius, Abbas* in præsenti, *num. 6. Imola 10. Beroius* in *capit. dilecti numero*

Universidad de Deusto
Biblioteca

86. *de arbitris. Gregorius Lopez in l.* 41. *titulo* 5. *partita* 5. *Couarruuias lib.* 3. *variarum cap.* 2. dum asserunt id permissum esse: quia non versatur tanta asperitas, quando ex post facto apponitur hoc pactum, quæ conuincitur ex eo: quia non solum tanta, sed maior asperitas, & eadem ratio captionis resultat, si ex post facto fiat, vt notat *Budeus in titulo de pacto legis commissoriæ, num.* 22. *Pinelus in Rubric. Cod. de rescindenda* 2. *parte cap.* 1. *num.* 29. & 30. Verius dicendum est textum in dicta *l. Titius non procedere in pacto legis commissoriæ*, sed potius in datione in solutum, quæ habet instar emptionis, *l. si prædium Cod. de euictionibus*, & ita procedit textus in dicta, *l. cum dominam* 13. Notat *Couarru.* vbi supra *Balduinus de pignoribus cap.* 17. videndus est etiam *Pinelus*, vbi supra *num.* 29. qui aliter interpretandam esse decisionem textus in dicta *l. Titius* existimat.

7 Quintò, solutioni obstat textus in *l. quamuis, ff. de solutionibus*, vbi probatur quod, si mulier stipulata est à viro, vt soluto matrimonio dabit ei prædia, quæ erant obligata pro dote: liberatur offerendo dotis quantitatem; & sic videtur, quod etiam sit improbata in pignoribus datio in solutũ, & pactũ legis commissoriæ de iure communi. Cui dubio respondet, *Bartolus* ibidem. *Budeus de pignoribus titulo de pactis legis commissoriæ num.* 23 cum sequentibus textum illum loqui in pacto legis commissoriæ, quod est improbatum inter coniuges: quia poterat donationem contrahere in fraudem edicti, de quo in *l.* 1. *ff. de donationibus*, sed hic intellectus reijcitur: quia in dubio cessat præsumptio fraudis, *l. merito* 51. *ff. pro socio c. stote de regulis iuris in decret.* & quia textus concedit marito facultatem restituendi dotem, quod non faceret, si esset fraudis præsumptio, & supponit, quod posset prædia dare, si vellet, & quia illo iure non erat prohibitum in pignoribus, vt supra diximus, quare hac, & alijs omissis verisime est dicẽdum textum illũ loqui de pacto de futura datione in solutum quod pactum valet, sed debitor potest offerendo debiti quantitatem moram purgare: nam quoties datur creditori facultas vendendi pignus, potest debitor reintegra moram purgare, *l. si residuum, l. prius quam, Cod. de distractione pignorum Couarru. lib.* 3. *variarum cap.* 2. *num.* 8. versic. *secundo infertur*, sed textus in dicta *l. Titius* supra adductus loquitur in datione in solutum de præsenti, quæ amplius reuocari non potest, si sortita est suum officium, *l. cum dominam, Cod.* hoc titulo *l. successores, l. penult. Cod. de solutionibus*, & sic grauis est differentia inter dicta pacta: notat *glossa* final ad finem in dicta *l. Titius Iason in l. in bonæ fidei num.* 3. *ff. de eo, quod certo loco Tiraquelus de retractu conuentionali*, ad finem tituli *num.* 42.

8 Sextò, obstat text. in *l. Titius final ff. de contrahenda emptione*, ex quo constat pactum illud legis cõmissoriæ permissum esse inter debitorem, & fideiussorem. Ergo similiter erit permissum inter debitorem, & creditorem. In cuius textus difficultate omissa *glossæ* interpretatione in dicta *l.* 1. *Cod. de pactis pignorum Abbatis* in præsenti *num.* 6. *Imolæ* 10. dum asserunt id speciale esse in pacto legis commissoriæ facto inter debitorem, & fideiussorẽ, vt valeat: quia ibi non datur tanta asperitas, nec præsumptio fraudis, vel captionis; quorum interpretatio conuincitur ex eo: quia tanta asperitas, & fraus præsumitur inter debitorem, & fideiusorem sicut inter debitorem, & creditorem. Deinde specialitas illa admitti non potest: siquidem eo in tempore in pignoribus non erat hoc pactum prohibitum, vt supra retulimus, & considerat. *Pinelus in Rubric. Cod. de rescindenda* 2. *parte, cap.* 1. *num.* 31. Vnde verius est dicendum textum illum loqui in pacto simpliciter facto, vt maneat emptum, pignus non pro debito, sed vt maneat emptum pro iusto pretio; vt docet *Couarru. lib.* 3. *variarum, cap.* 2. *num.* 7. & ante eum, *Bartolus* in *l. quamuis, ff. de solutionibus.*

9 Septimò, obstabit dicere, quod si conuentio inter debitorem, & creditorẽ sit facta, quod pignus maneat emptum, intelligitur pro iusto pretio, ne præsumamus delictum, *l. merito* 51. *ff. pro socio, l. quoties, ff. de rebus dubijs, cap. stote de regulis iuris in Decretalibus*, sed hoc pactũ cũ adiectione quod pro iusto pretio pignus maneat emptum valet, iuxta textum in *l. si fundus* §. *final ff. de pignoribus*: ergo etiam similiter in præsenti debuit valere. Sed huic dubio respondendum est verissimum esse valere pactum legis commissoriæ cum illo temperamento, vt pignus maneat emptum pro iusto pretio. Notat *glossa, Bartolus*, & Doctores omnes in dicta *l. si fundus* §. *final ff.* Hoc titulo *glossa* 1. *in fine Cod. de pactis pignorum Couarru. lib.* 3. *variarũ cap.* 2. *num.* 8. *l.* 12. *titulo* 13. *l.* 40. *titulo* 5. *partita* 5. Sed in textu nostro non fuit adiectum, quod pro iusto pretio maneret emptũ pignus, nec simpliciter quod maneret emptũ; quo casu intelligeretur pro iusto pretio, vt supra diximus, sed tãtum fuit factum, ne vlterius debitor molestaret creditorem: quod idem est ac si diceret, vt maneret emptum pignus pro debito: & licet supradicta in se sint vera, obstat quod tempore illius *legis, si fundus*, 9. *final ff. hoc titulo*, non dum erat improbata lex commissoria in pignoribus. Vnde textus ille potius intelligitur de conuentione dandi in solutum pro iusto pretio. Reliqua, quæ magis proprie expectant ad titulum de lege commissoria ommitto: quia de ea late scripsit, *Antonius Faber* omnino videndus in *rationali* ad eundẽ titulum.

Ad textum in cap. cum constet final huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius cauet, quod fruetur rebus immobilibus salua rerum substantia, & pecuniam, & æstimationem mobilium, quæ consumuntur, vsu finito restituet.*
2 *Vsusfructus multis modis finitur, & reuertitur ad proprietatem.*
3 *Vera species proponitur ad textum in cap. cum constet final de pignoribus.*
4 *Conciliatur textus in authentica de nuptijs* §. *hic nos collatione* 4. *cum authentica de hæredibus abintestato venientibus* §. 1. *collatione* 9.
5 *Pœnæ omnes propter secundas nuptias olim impositæ hodie iam iure Pontificio sublatæ sunt.*
6 *Species refertur ad textum in l. si vsus fructus* 9. §. *plane ff. vsus fructuarius quemadmodum caueat.*
7 *Refertur ratio ad textum in l. si tibi* 8. *versiculo*, sed si mihi, *ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. Fiscus semper idoneus ad fo. mendũ censetur.*
8 *Inscribitur decisio ad textum in l. omnes* 3. §. *desinere* 1. *ff. vsufructuarius*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuarius quemadmodum caueat.

9 *Declaratur textus in l. Titio vsusfructus 96. ff. de condit. & demonstrationibus.*

10 *Vsusfructus an in pecunia, & rebus mobilibus vsu consumptibilibus dari possit.*

11 *Perpenditur textus in §. constituit. instit. de vsufructu, & concilatur cum l. si vsusfructus 9. §. si vestro 3. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat.*

1 CONCLVSIO. Vsufructuarius cauet, quod fruetur rebus immobilibus salua ipsarum substantia, & pecuniam, & æstimationem mobiliũ, quæ consumuntur vsu, finito fructu restituet: consonat textus in *l. 1. cum suis §§. l. si vsusfructus 8. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat l. 1. l. vsufructu*, C. *de vsufructu, l. vini l. 8.* cum l. sequenti, *ff. de vsufructu*; *& earum rerum, quæ vsu consumuntur, l. si cui 13. l. si vsusfructus* cum sequenti, *ff. de vsufructu, l. die 8. §. tutor*, versic. *item, ff. qui satisdare cogantur, l. final ff. si cui plusquam per legem Falcidiam §. constituitur cum §. sequenti instit. de vsufructu, l. 20. titulo 31. partita 3.* Exornãt *Petrus Gregor. lib. 4. sintagmatum, cap. 3. numero 20. Pinelus in l. 1. parte 2. ex numero 5. Cod. de bonis maternis Antonius Tesaurus decisione Pedamontana 8.* per totam late *Castillo de vsufructu, cap. 14.* cum quinque sequentibus *Cuiacius lib. 9. obseruationum, cap. 39. Antonius Gomez tomo 2. variarum, cap. 15. numero 13. Serafinus de Priuilegijs iuramenti Priuilegio 8 numero 29. Faquineus lib. 8. controuersiarum, cap. 40. 41. & 43. Matienço in l. 3. glossa 2. num. 16. titulo 1. lib. 5. Recopillationis, Donellus lib. 10. commentar. cap. 14.* cum traditis ab *Osualdo*, ibidem, *Littera A. B. Richardus* in *Rubric. instituta de vsufructu, Antonius Faber in rationali* ad textum in dicta *l. 1.* & per totum, *ff. vsufructuarius quemadmodum caueat.*

2 Ratio quare vsufructuarius in præsenti tenetur de illis rebus cautionem præstare ea est: quia alias ei daretur occasio delinquendi, & proprietatem extenuandi & sic inutiles remanerent proprietates, cum vsusfructus multis modis extinguatur, & reuertatur ad proprietatem, *l. omnium ff. de vsufructu*: siquidem vsusfructus est ius alienis rebus vtendi, & fruendi salua rerũ substantia §. 1. *instit. de vsufructu*: atque ideo in rebus immobilibus tenetur cauere, quod illis fruetur arbitrio boni viri, hoc est se non deteriorem causam vsusfructus redditurum, cæteraque facturum, quæ quisque diligẽs pater familias in re sua faceret, & quod bona, in quibus vsumfructum habet, finito vsufructu restituet, dicta, *l. 1.* in principio & *l. 2. ff. vsufructuarius, quemadmodũ caueat*: at vero in rebus mobilibus cum saluo remanere non possunt: siquidem vsu consumuntur, *l. 1. ff. de vsufructu, & earum rerũ, quæ vsu consumuntur*, & non possit cautio illa dari de vtendo salua rerum substãtia, tenetur ille, cui datur vsusfructus rerum mobilium satisdare se restituturum tantam pecuniam, quantam accepit, si pecuniam accepit, vel æstimationem aliarum rerum, vt in *l. ergo, ff. de vsufructu, & earum rerum*. Siquidem pretium succedit loco rei, *l. sed si quis ff. de peculio.*

3 Primò, nostri textus decisio valde difficilis redditur ex eo, quia secũdum iuris regulas vix dari possit, quod mater filio succedat in vsufructu bonorum, quorum proprietas ad aliam personam pertinet: nam si filius vsufructuarius erat eius

eius morte proculdubio extinctus fuit vsusfructus, vt satis constat ex textu nostro in finalibus verbis & ex *l. 3. §. morte* cum vulgatis, *ff. quibus modis vsusfructus amittatur*: sin autem ipse vsufructuarius nõ erat, sed habebat plenam bonorum proprietatem, tunc mater insolidum succedit, & si cum parentibus fratres, & sorores defuncti existãt, succedunt in virilibus portionibus: quod verum est, si testator absque liberis ab intestato decesserit: nam si cum testamento absque liberis decesserit, non poterit matrem ex hereditate iuxta textum in *Authent. in testamento Authent. defuncto, Cod. ad S. C Tertullianum*. Cuius difficultatis solutio pendet ex vera, & genuina nostri textus hypothesi: quare omissa *glossæ* sententia in præsenti relata, quam sequitur *Cardinalis numero 2.* omissa etiam, quam refert *Abb.* & *Hostiensis* in præsenti *num. 1.* quos omnes improbat *Zuarcla* in præsenti *num. 4.* Verius est dicendum textum nostrum loqui, quando mater filium, & filiam habebat ex primo matrimonio, quæ ad secundas nuptias transierat, & mortuo filio succedit ei cum sorore in viriles portiones: nam in bonis, quę ad filium obuenerunt ex patre mater illa non habet nisi vsumfructũ. Soror autem habet proprietatem tamquam heres proximior: *Authentic. de nuptijs, §. hinc nos alia enocat ratio collatione 4.* qua de causa mater illa cautionem in præsenti sorori fratris defuncti præstare debet, vt in præsenti statuitur. In qua especie supponere oportet Mariam vxorẽ Caij fuisse sororẽ defuncti filij, quæ species non obscure suadetur: tum ex eo quod alias frustra indicaretur in textu nostro Ioanam fuisse vxorem Ogerij: tum etiam, quia succedere filio quo ad vsum fructum proprie dicitur, quando quo ad proprietatem succedere nequit, quo themate retento nihil mirum, quod mater teneatur cautionem præstare sorori defuncti fratris.

4 Secundò, solutioni obstabit dicere, quod tempore Gregorij IX. de quo in textu nostro iam erat antiquata, seu abrogata dicta *Authentica de nuptijs §. hic nos collatione 4.* per textum in *Authentico de heredibus ab intestato venientibus §. 1. collatione 9.* vbi mater pleno iure adquirere videtur. Ergo neutiquam species illa ad textum nostrum figurari poterit. Cui dubio facile respondetur, si animaduertamus respetu matris ad secunda vota transeuntis nihil cautum fuisse in dicto §. 1. atque ideo intactam, atque illæsam remansisse decisionem dictæ *Authenticæ de nuptijs, §. hic nos*, quod luce clarius nos docet. Imperator ipse in *l. final Codice ad Senat. Consult. Tertullianum*, ibi *omnibus quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus Sãcita sunt in suo statu durantibus*: facit etiam textus in *l. mater 5. Codice* eodem *l. feminæ 3. l. generaliter 5. & 6. Authenticæ. ex testamento, Codice de secundis nuptijs, l. 2. Codice de indicta viduitate tollenda*, quibus docemur mulierem succedentem vni filio ex procreatis in primo matrimonio pleno iure bona illius adquirere si post mortem filij secundas nuptias non contraxerit, sin autem ad illas transierit vsumfructum dumtaxat paternorum bonorum illius; reseruata proprietate sororibus, & fratribus, si superstiterint.

5 Ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Tertiò, vniuersis resolutionibus, quas ex textu nostro, & ex iuribus supradictis deduximus obstare videtur principium illud, quo docemur, quod reseruatio proprietatis prædictorum bonorum tantũ inducta fuit in pœnam secundi contracti matrimonij, sed omnes pœne propter secundas nuptias impositæ sublatæ, & abrogatæ sunt nostro Iure Pontificio, iuxta textum in *cap. final de secundis nuptijs*. Notat *Mẽchaca de successionum progressu lib. 3. §. 27. num. 29.* & de iure Hispano apparet in *l. 3. titulo 1. lib. 5. Recopillationis*: ergo neutiquam species supra adducta ad textum nostrum figurari poterit. Cui difficultati respõdendum est in dicto *cap. final* tantũ abrogatas fuisse pœnas impositas aduersus contrahentes nuptias intra annum luctus, de quibus muntio habetur in *l. 1. l. genero 8. ff. de his, qui notantur infamia*, sed textus in dicto *cap. final* non abrogauit leges, quæ post annum luctus contrahẽtibus pœnas, imponunt: nam eas & Ius Canonicum, & Regium illæsas reliquit, quod ratione comprobatur: quia leges, quæ pœnas post annum luctus in contrahentes matrimonium statuunt, non sunt abrogatæ cum de illis nulla mentio sit habita in dicto *cap. final*: siquidem illas Ius Canonicum, & Regium illæsas reliquit præcipue, quia pœnæ illæ post annum luctus statutæ non sunt meræ pœnæ, sed est quædam filiorum prouisio, quæ consonat æquitati naturali, & voluntati defuncti, vt sic bona proprio ipsius labore quæsita cedant inuitrici vtilitatem, aut filiorum vitrici vt bene animaduertunt *Butrius, Andreas, & Præpositus* in dicto *cap. final gloſſa* verbo *honorarie* in *l. 1. Cod. de secundis nuptijs Gregorius Lopez in l. 3. gloſſa* verbo, *faſta Vn año titulo 12. partita 3. Mattençoin l. 3. gloſſa 2. numero 2. titulo 1. lib. 3. Recopillationis, Sarmiento lib. 1. Selectarum, cap. 4. numero 4. Ceuallos practicarum communium, quæſt. 742. num. 5.*

6 Quartò, prædictis obstat textus in *l. ſi Vſus fructus 9. §. plane 2. ff. Vſu fructuarius quemadmodum caueat*, vbi apparet, quod si alicui proprietas sit relicta, ex die vero vsusfructus, non tenetur cautionem præstare, augetur difficultas ex eo, quia interim, dum dies proprietatis venerit, poterit fieri, vt vsus fructus morte, vel capitis diminutione finiatur. Verum respondendum est cautionem illam in specie illius textus fructuario remitti: quia cum certum sit proprietatem, ad hæredem peruenturam & præsumptio sit eam diligenter tamquam propriã pertractarurũ, tum etiam, quia nemo ipsi sibi cauere debet, iuxta text. in *l. Imperator 16. ff. de furtis* merito interim nõ cauet: quia præsumitur quod citius veniet dies proprietatis quã finiatur vsusfructus morte vel capitis diminutione, vel alia simili causa, *l. post §. quod si in diem, ff. delegatis 1.* Notat *gloſſa* in dicto *§. plane* verbo *hanc actionem Antonius Faber in rationali*, ad eundem textũ.

7 Quintò, solutioni obstat textus in *l. ſi tibi 8.* versic. *ſed ſi mihi, ff. Vſu fructuarius quemadmodum caueat*, ex quo deducitur, quod si alicui proprietas sub conditione sit relicta, alteri vero vsusfructus pure relinquatur, hæc cautio vsufructuario non remittitur, ergo multo minus debet remitti ei, cui in diẽ vsus fructus est relictus: cum similiter interim finiri, & extingui possit. Sed respondendum est, ideo in dicta *l. si tibi 8.* cautionem non remitti: quia minus debetur ei, cui sub conditione proprietas legatur, quam ei, cui in diem legatur. Ratio differentiæ est: quia id quod in diem legatur statim debetur, statimq; cedit vt ad heredes trãsmittatur: at vero quod sub conditione debetur, non cedit statim, nec ad heredes transmittitur, nisi adueniente conditione *l. cedere diem 213. ff. de Verborum ſignificatione, l. Sempronius 26. ff. de Vſufructu, legato*, atque ideo ei, cui sub conditione proprietas legatur cautio non remittitur. Secus vero ei, cui in diem vt supra resolutum est, similiter hæc cautio fisco remittitur, quando ei vsusfructus relictus est. Ratio est; quia fiscus semper idoneus adsoluendum censetur, *l. 1. §. ſi ad fiſcũ ff. Vt legatorũ nomine caueatur*. Similiter et patri habẽti vsumfructũ in rebus aduẽtitijs filij si ad secundas nuptias non transierit, *l. cum oportet §. non autem Cod. de bonis quæ liberis*. Notat *gloſſa* in præsenti verbo *immobilibus Hoſtienſis num. 4.* & quãdo hæc cautio remitti possit plura refert. *Gothofredus in l. tribus 8. littera T.* cum sequentibus, *ff. de Vſufructu, & earum rerum, quæ Vſu conſomuntur*.

8 Sextò, aduersus ea, quæ in præsenti notãt omnes videlicet hãc cautionẽ duplicẽ esse. Prima est, quod vsufructuarius rerũ immobilium cauet se vsurũ arbitrio boni viri, & vti quisq; diligẽs pater familias in re sua faceret. Secunda est se vsurũ salua rerum substantia hoc est se restituturum bona, in quibus vsumfructum habet finito vsufructu ita, vt prior pars huius cautionis, seu stipullationis statim cõmittatur, atq; aliter fuerit vsus. Secunda vero cõmittitur finito iam vsufructu iuxta textum in *l. 1. §. habet ff. Vſufructuarius, quemadmodũ caueat Oſualdus, ad Donelum lib. 10. comment. cap. 14. littera F.* Obstabit textus in *l. omnes 3. §. deſinere 1. ff. Vſufructuarius, quemadmodum caueat*, vbi generaliter statuitur vsufructuarium cautionem committere etiam si vsusfructus non cæperit ad vsufructuariũ pertinere: nam si hæc cautio committitur cum vsusfructus ad legatariũ pertinere desinit iuxta textum in *l. 1. ff. eodem:* ergo hæc cautio neutiquã cõmitti potest si ad legatarium vsufructuarium numquam vsusfructus peruenit: siquidẽ nõ potest esse, quod nũquã esse cæpit, nec finẽ habere, quod initiũ nũquã habuit, *l. Sẽpronius 26. vers. & ideo ff. de Vſufructu legato l. nõ potest 208. ff. de reg. iuris, l. Titio 96. ff. de cõditionibus, & demonſtrationibus, l. Sẽpronius 26. ff. de Vſufructu legato*. In quorũ iuriũ contrarietate distinguendũ esse censeo inter propriam, & strictam amissionẽ vsusfructus, & inter interpretatiuã: nã proprie, & stricte loquendo amitti non potest vsusfructus, qui nũquã cẽpit pertinere: at vero interpretatiue amiti dicitur, quasi desinat pertinere, qui non cæpit, & ita de hac interpretatiua amissione est intelligendus textus in dicta *l. 3. §. deſinere 1. ff. Vſufructuarius, quemadmodũ caueat*, ita etiã interpretatiue finitũ dicitur matrimoniũ, quod nũquam contractum fuit, *l. ſi extraneus ff. de cõditione cauſa data*: nã satis desinit legatari? vsũfructũ habere, cũ desinit habere spẽ obtinẽdi ipsum, iuxta textum in *§. ex his 23. quæſt. 1.* notat *Antonius Faber in rationali* ad textum in dicta, *l. omnes §. deſinere, ff. Vſufructuarius quẽadmodum caueat*.

9 Septimò solutioni obstat textus in *l. Titio Vſusfructus 96. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*, vbi etiam si libertatis causa fauorabilis sit non admittitur huiusmodi inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pretatiua amissio. Sed respondendum est in specie illius textus, ideo non fieri prædictam interpretationem: quoniam legatarius ille non solum non habuit vsumfructum, sed etiam quia nec illum ex testamento capere poterat ac per cõsequẽs, cum nec in spe illum haberet legatarius nõ potest videri desisse vsusfructus, qui nec fuit, nec futurus sperabatur: at vero textus in dicta *l.* 3. §. 1. procedit cum saltim in spe erat vsusfructus veluti ex tempore datus, vel relictus, *l.* 4. *ff. de vsufructu*, vt recte animaduertit *Albericus* in dicta *l.* 3. §. 1.

10 Octauò, aduersus textum nostrum in versic. *pecuniam vero* dũ in eo Gregorius Põtifex docet mãtrem in vsufructu filio succedentẽ teneri etiam cautionem, seu indemnitatem filię præstare pro pecunia, & rebus mobilibus vsu consumptibilibus, quæ in hæreditate filij fuerant inuẽtæ. Obstabit dicere, quod in pecunia, & in cæteris rebus, quæ vsu consumuntur, non potest dari vsusfructus: cum repugnet eius naturæ, & definitioni: siquidem vsusfructus est ius vtendi, & fruendi alienis rebus salua eorum substantia, *l.* 1. *ff. de vsufructu principio instit.* eodem, *Donellus lib.* 10. *comment. cap.* 1. & res mobilis, quæ vsu consumitur non potest remanere salua & illæsa ita, vt restitui possit. *L.* 5. § 1. *ff. de vsufructu earum rerum*, & sic proprietatem rei ad dominum non posse reuerti, *l. si vini* 7. & *final ff.* eodem atque ideo resilire quæ vsu cõsumuntur vsumfructum non admittunt, §. *constituitur instit. de vsufructu.* Cui dubio respondendum est, quod, quamuis verum sit in rebus mobilibus vsumfructum verum dari non posse, tamen ex *S. C.* datur quasi vsusfructus ita, vt earum rerum vsusfructus constituí, & legari possit, vt eo nomine vtiliter cauetur, *l.* 1. 2. 3. & per totum, *ff. de vsufructu earum rerum*, 9. *constituitur instit. de vsufructu.* Qui quidem quasi vsusfructus est similis vsufructui, *l. patrimonijs* 12. *ff. de vsufructu Legato*, *l. cum in rem* 64. *ff. de rei vindicatione.* Notat *glossa* in præsenti verbo *pecunia Cardinalis*, *num.* 3. *Ancarranus* 4. Qua de causa in specie nostri textus recte cautio illa à matre desideratur iuxta textũ in *l.* 2. & 4. *ff. de vsufructu earum rerum*, quæ cautio non fit de eisdem rebus restituendis: siquidẽ id natura nõ patitur, cũ vtendo, & fruendo consumantur, sed de alijs eiusdem generis qualitatis, & quantitatis, *l. vini* 7. *ff. de vsufructu earum rerum*, nisi de æstimatione rei reddẽda fuerit cautum: quia tunc æstimatio rei reddi debet, & de ea cautio præstatur, vt constat ex textu nostro, & in dicta *l. si vini* 7. late refert *Donellus lib.* 10. *comment. cap.* 4. *Osualdus*, ibidem.

11 Nonò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, vt pro rebus, quæ vsu consumuntur, aut vetescunt veluti vasa, vestimenta, & similes dandam esse ordinariam cautionem de vtendo boni viri arbitrio, vt in rebus immobilibus datur iuxta textum in *l.* 1. §. *hæc stipulatio* 1. *ff. vsufructuarius quemadmodum caueat*, *l. vasorum*, *l. si vsusfructus* 9. §. *si vestis* 3. *ff.* eodem, ex quibus constat in vsufructu vestimentorum nõ esse dandam cautionem *S. C.* extra ordinariam de redenda rei æstimatione, sed tantum ordinariam de vtendo arbitrio boni viri: quod etiam docet textus in *l. sed & si* 15. §. *& si vestimentorum*, *ff. vsufructuarius quemadmodum.* Quæ doctrina etiam ratione fulcitur: quia in illis rebus proprietas non transit ad vsufructuarium. Argumento textus in *l. eum, qui ff. commodati.* Quam sententiam tenet *Abb.* in præsenti *num.* 3. *Imola* 24. *Fachineus*, *lib.* 8. *controuersiarum*, *cap.* 41. *Donel. dicto lib.* 10. *capit.* 4. Obstabit textus in §. *constituitur instit. de vsufructu*, vbi inter cæteras res, quæ cautionem ex Senatus Consulto desiderãt, Iustinianus enumerat vestimenta. Ergo in vsufructu vestimentorum non ordinaria, sed extraordinaria cautio Senatus Consulti desideratur. In qua iuriũ contrarietate omissa interpretatione, quam refert *Castillo de vsufructu*, *cap.* 51. *num.* 8. *Donel.* vbi supra distinguendum est inter vestes scenicas, aut lugubres, alias ve similes relatas in *l. vestes* 127. *ff. de Verborum significatione*, quorum vestium vsus cum rarus sit, & non tam vsufrequẽti consumantur, & inter alias vestes quotidianas, quorum vsus frequens est, quæ ipso breui vsu consumuntur: nam in prioribus, cum constet proprie vsusfructus constitui, cautio ordinaria fructuaria præstatur: & ita de illis est intelligendus textus in dicta *l. si vsusfructus* 9. §. *si vestis*, dicta *l.* 15. §. *si vestimentorum*, cũ similibus: at vero cum in posterioribus dumtaxat detur quasi vsusfructus iusta de causa in illis tantum extraordinaria cautio Senatus Consulti desideratur, iuxta textum intelligendum in dicto §. *constituitur instit. de vsufructu.* Notat *Federicus Consilio* 45. *Anania* in præsenti *num.* 7. *Cardinalis* 4. *Ancarranus* 16. *Hotomanus* in dicto §. *constituitur* verbo *vestimenta Fachineus*, *lib.* 8. *controuersiarum*, *cap.* 41. Et vtrum cautio illa in rebus, quæ vsu consumuntur à testatore remitti possit late tractat *Fachineus lib.* 8. *controuersiarum*, *cap.* 40. vsque ad 43. videndus est etiam textus in *l.* 10. *ff. de præscriptis verbis.* Cui obstat, *l. hoc S. C.* §. *si pecuniæ*, *ff. de vsufructu earum rerum* cum *l.* 69. §. *penultim. ff. de legatis* 2.

De fideiussoribus Titulus XXII.

Ad textum in cap. Clericus 1. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fideiussionibus in seruiens est abijciendus.*
2 *Fideiussores sæpe in iudicijs conueniuntur, & à creditoribus inquietantur.*
3 *Clericis omnis litium occasio est vitanda, ne à verbo Dei vacare videantur.*
4 *Fideiubere licitum est ei, qui, vt principalis obligari potest.*
Fideiubere pro alio est opus charitatis, & perfectionis.
Iuramentum de non fideiubendo est illicitum.
Interpretatur textus in cap. Clericus 1. *de fideiussoribus.*
9 *Pretium ob fideiussionem recipere licitum est.*

1 CONCLVSIO. Clericus fideiusionib9 in seruiẽs est abijciendus. Consonat textus in *cap. te quidem* 11. *quæst.* 1. *l.* 45. *titulo* 6. *partita* 1. *l.* 1. *titulo* 18. *lib.* 3. *fori l.* 8. *titulo* 10. *lib.* 9. *Recopilationis*, Exornant *Gutierrez de Iuramẽto Confirmatorio* 1. *parte*, *cap.* 72. *num.* 2. *Morla in Emporio titulo* 8. *quæst.* 25. *num.* 34. *Syluester in Summa* verbo *fideiussor Antonius Gomez tomo* 2. *variarum*, *cap.* 13. *num.* 18. *Marta de Iurisdictione parte* 4. *casu* 105. *Menochius de Arbitrarijs*, *casu* 431. *num.* 1. idem *de præsumptionibus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus lib. 2. præsumptione 46. num. 2. Cuiacius in posthumis ad nostrum textū Cenedus plures referēs in collect. ad Decretales collectan. 164. Barbos. in collect. ad nostrum textum.

2 Ratio est, quia cum fideiussores sæpe conuenīātur in iudicijs, & à creditoribus inquietentur Authent. de fideiußoribus §. 1. collatione 1. & quia Clericis semper sint euitandæ occasiones per quas eis lites possent inferri, ne earum occasione à verbo Dei vacare videātur dicto cap. te quidem 11. quæst. 1. ideo Clerici non debent facile, & indifferenter fideiusionibus se immiscere. Authent. de Sanctißimis Episcopis collatione 9. quia alias negociatione illa perplexi ab oratione Dei desisterēt iuxta illud Apostoli ad Timotheum cap. 6. versic. quinimo militans cap. 1. & per totum ne Clerici, vel Monachi cum à me traditis in cap. final de vita, & honestate Clericorum.

3 Primò, obstabit dicere, quod is, qui potest vt principalis obligari, aut conueniri potest etiam fideiubere, l. 3. ff. hoc titulo, l. 2. titulo 12. partita 5. Notat Antonius Gomez dicto cap. 13. num. 16. Sed Clericus tanquā principalis efficaciter obligatur, capit. Oluardus de solutionibus. Ergo & obligari poterit tanquam fideiussor. Cui dubio respondendum est regolam supra adductā veram esse, nisi à iure specialiter alicui sit prohibitum fideiubere, quamuis possit principaliter obligari, vt sunt Clerici secundum interpretationem infra ad textum nostrum referendam. Item mulieres quæ licet principaliter obligari possint, tamen fideiubere non poterunt, cum Senatus Consulto Beleiano inhibeantur, l. 1. & per totū ff. & Cod. ad S. C. Beleianum, l. 2. & 3. titulo 12. partita 5. Similiter & minores cum effectu non fideiubent, cum auxilio restitutionis iuuentur, l. Tutius, & Seia ff. hoc titulo l. ait Prætor §. non solum ff. de minoribus, notant Gomecius, & Gutierrez locis supra citatis.

4 Secūdò, obstabit dicere quod pro alio fideiubere est opus charitatis, & perfectionis, cum subuenia tur necessitati proximi, l. omnes 31. §. in hoc Cod. de Episcopis, & Clericis, atque ideo Clericum, & Monachū posse fideiubere constat ex textu in cap. peruenit 2. cap. quod quibusdā 4. infra hoc titulo, & fideiussiones Ecclesiasticis permissas fuisse patet ex Concilio Calcedonensi actione 4. cap. 30. Sed huiusmodi opera sunt præcipue per Clericos ad implēda iuxta textum in cap. quoniam cum materia 16. quæst. 1. Ergo pro illo actu fideiubendi non sunt Clerici puniendi, seu deponendi: vt textus noster asserit præcipue cum depositionis pœna non nisi pro graui crimine est infligenda, cap. tuæ de pœnis cap. at si Clerici, §. de adulterijs de iudicijs cum relatis, à Iulio Claro in praxi quæstione 24. & 36. Sed huic dubio respondendum est fatendo actum fideiussionis esse actum charitatis, & cōsilij: atque ita iuramentum de non fideiubendo, cum sit operis illius charitatis impeditiuum, tamquam turpe, & illicitum, non est obligatorium. Argumento textus in cap. final ad finem 12. quæst. 4. resoluit Couarru. in cap. quamuis pactum 2. parte §. 6. num. 7. Gutierrez de Iuramento confirmatorio 2. parte cap. 72. Quo supposito dicendum est, quod quāuis Clericus prohibeatur esse fideiussor in secularibus negocijs ex rationibus supra adductis; tamen si fideiubeat bene tenebitur cū opus charitatis sit, nec ob id erit puniendus. Notat Gutierrez de Iuramento. Con-

dus. Notat Gutierrez de Iuramēto Cōfirmatorio 1. parte cap. 72. in principio num. 2. Anton. Gomez dicto 2. tomo variarum cap. 13. num. 18. Nec obstat textus noster, cui plures adduci solent interpretationes, vt cōstat ex glossa 1. & 2. in dicto cap. 1. Cardinalis num. 2. Barbacia 3. Imola 4. dum asserunt textum nostrum procedere in Clerico, qui frequenter fideiusionibus se offert. Sed hęc interpretatio ex eo conuincitur, quia si fideiusio ex charitate sit, quanto frequentior fiat, tanto laudabilior erit. Argumento, textus in cap. final de consuetudine: quare hac, & alijs omissis traditis ab Abbate in præsenti verius dicendū est ideo in specie nostri textus fideiusionem Clericis fuisse prohibitam non ex eo, quod ipsi fideiussores nō essent, nec opus charitatis exercuissent, sed ex eo, quod principaliter spe lucri fideiussores se præbebant: & sic quasi fideiusionibus inseruientes, seu eorum prosecnete, quod illicitum Clericis, & animaduersione dignum erat, ideo iusta de causa illa tam graui pœna puniebantur, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi fideiusionibus inseruiens, quod idē est, ac si textus diceret fideiusionibus pro alio se offere, vt elegāter animaduertit, Morla in emporio titulo 8. q. 25. nu. 34. apud finē.

5 Tertiò solutioni obstabit dicere licitum esse pretium ob fideiusionem recipere iuxta textum in l. hoc iure §. Labeo ff. de donationibus, l. si remunerandi §. final ff. mandati, l. antique in principio Cod. ad S. C. Beleianum resoluit Couarru. lib. 3. Variarum, cap. 2. num. 6. Sed respondēdū est iura illa procedere in laicis, quibus hæc & aliæ negociationes sunt permissæ; non tamen Clericis quibus negociatio prohibita est, vt supradiximus, ex quibus patet Clericū pietatis causa posse fideiubere veluti si pro inope etiā laico obęs alienū in carcere detento iuxta textum in cap. 2. hoc titulo cap. cæterum 5. de iuramēto calumniæ cap. ex rescripto de iure iurando: at vero si Clericus pro publicano, qui conducit publica vectigalia, vel conductore alienarum possessionum, & similium fideiusserit tunc fideiusio non valebit, vt rēcte animaduertit, Cuiacius in posthumis ad nostrum textum, & plura de hac re notatu digniora refert in cap. te quidem 11. quæst. 1. glossa verbo ac fideiussor.

Ad textum in cap. peruenit 2. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 Clericus compellitur seruare fideiussorem indemnem, etiam per assignationem suorum reddituum.
2 Fideiußio est opus charitatis, & misericordiæ.
Mandans, vt quis pro eo fideiubeat, videtur etiam mandare, vt pro eo soluat.
3 Remissiue interpretatur textus in cap. 1. de fideiussoribus.
4 Fideiussor non potest conueniri antequam reus, qui præsens est, conueniatur.
5 Interpretatur text. in l. Moschis 47. ff. de iurefisci.
6 Exponitur textus in capit. ex rescripto de iure iurando.
Declaratur textus in cap. peruenit 1. de fideiussoribus.
7 Executio in stipendijs militum fieri non potest.
Clericus dominus est fructuum beneficiorum.
8 Expenditur textus in l. si remuneran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerandi §. si passus l. si viro §. adolescens, ff. mandati, l. Marcelus in fine ff. de fideiussoribus.

9 *Fideiussor si pro reo principali soluerit actionem mandati aduersus eum habet.*

Redditur ratio ad textum in l. ex cõmodato 20. §. 1. ff. mandati.

10 *Debitor, qui vsuras, etiam cum iuramento promisit eas repetere potest.*

11 *Sententia lata contra reum quem admodum non habet executionem paratam contra fideiussorem, ita similiter lata contra fideiussorem non habet executionem paratam contra reum.*

Exponitur textus in l. final §. final Cod. de vsuris rei iudicatæ.

12 *Fideiussori primum remedium est mandati actio, secundum cedendarum actionum vulgo carta de lasto.*

Solutione facta videtur sublata omnis obligatio.

13 *Cessio actionum variis de causis prohibita est.*

14 *Periurus Clericus suspendendus est.*

Refertur ratio ad textum in cap. 2. de reseriptis, cap. Quærelam de iure iurando.

1 CONCLVSIO. Clericus compellitur seruare fideiussorem indemnem etiam per assignationem suorum reddituum. Consonat textus in *l. indebitam, ff. de conditione indebiti, l. si fideiussor, Cod. mandati, l. ex mandato l. inter causas §. is qui ff.* hoc titulo, *l. inter causas §. impendia, l. idemque 10. §. fideiussores, l. quæ mutuum* in fine *ff. mandati §. penult. inst. de fideiussoribus, l. 11. & 12. titulo 12. partita 5. l. 8. & 18. lib. 3. fori, l. 8. titulo 10. lib. 9. Recopillationis.* Exornat *Francus tract. de fideiussoribus cap. 5. num. 308. Henricus Boich.* late in præsenti, *Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis quæst. 1. num. 61. Sarmiento parte 4. cap. 1.* in principio, *Bæza de inope debitore cap. 12. num. 18. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 23.* per totum *Duenis* plures referens *regula 335. limitatione 11.* præcipuè in *regul. 337. Fenestanus de censibus lib. 3. cap. 2. num. 9. Pichardus in §. siquis autem 6. instit. de fideiussoribus, Gomecius 2. tomo variarum cap. 3. num. 13. Donellus lib. 13. comment. cap. 13.* cum traditis ab *Osualdo* ibidē *littera T. Barbos. in Collect.* ad nostram textum, *num. 2. & 19. Cenedo in Collect. ad Decret. Collect. 164.*

2 Ratiō depromitur ex textu nostro versic. *ne igitur* videlicet, quia cùm fideiubere sit opus charitatis, & perfectionis, & inde meritorium, non debet ex eo fideiussor dispendium pati, ex quo præmium videtur meruisse. *Cap. sane de renũciatione, l. si seruus, §. quia de furtis,* cũ traditis *à glossa* in præsenti verbo *dispendium.* Qua de causa pluribus modis consulendum est fideiussorum indemnitati. Primo, vt recuperet fideiussor à reo, quod pro eo soluit actione mandati, *§. penult. inst. de fideiussoribus* dicta *l. inter causas §. is qui ff.* hoc titulo cum similibus supra adductis, quod verum est siue fideiussor sponte soluerit, *l. idem §. fideiussores, ff.* hoc titulo, siue coactus à iudice etiam per iniuriam, dum modo ipse culpa careat, *l. exceptione ff.* hoc titulo *l. venditor, §. licet ff. de hereditate vel actione vendita, l. nam & Seruius* iuncta *glossa* verbo *iudicium* in fine *ff. de negocijs gestis,* quinimo, & recuperat sumptus in ipsa lite factos, *l. si mandatum, l. si mandatu, §. si fideiussor ff.* hoc titulo, similiter & recuperat omnia damna interesse ex textu nostro notat *Abb.* in præsenti, atque ideo consequitur vsuras à reo iuramento promissas, & pro eo solutas. Notat *glossa* in præsenti verbo *indemnem Abb. num. 10.* Ratio est, quia reus principalis mandans, vt pro eo fideiussor intercedat, videtur

detur etiam mandare, vt pro eo soluat dicta *l. indebitam, ff. de conditione indebiti.*

3 Primò, obstat textus in *cap. 1.* hoc titulo, vbi cauetur & Clericis prohibetur fideiubere, sed fideiussio facta lege prohibente nulla est, *l. cũ lex ff.* hoc titulo, *l. non dubito C. de leg.* Ergo Clericus fideiussor in præsenti non potuit compelli ad pecuniæ solutionem. Verum huius dubij solutio petēda est ex his, quæ supra retulimus in *cap. 1.* supra hoc titulo; quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

4 Secundò, obstabit principiū illud, quo docemur, quod fideiussor non potest conueniri ante quã reus principalis, qui præsens est, sit cõuẽtus, & repertus minus idoneus in toto, vel in parte. *Authent. præsente, C. de fideiussoribus,* sed in textu nostro principalibus nõ soluẽtibus statim cõpulsus est Rodericus fideiussor, vt constat ex verbis nostri textus, ibi *illis non soluentibus.* Ergo minus recte nostri textus decisio sustineri poterit. Pro cuius dubij solutione adnotandum est olim iure Digestorũ, & Codicis licuisse creditori conuenire principalem debitorem, vel eius fideiussorem, *l. 3. §. final ff. de duobus reis l. non recte l. iure nostro, Cod. de fideiussoribus,* hodie vero de iure nouo *Authent. fideiussor* non potest conueniri ante quam debitor principalis; nisi fiat executio in bonis principalis debitoris, & reperiatur non soluendo. Iuxta formulam traditam in *Authent. de fideiussoribus, & mandatoribus §. 1. collatione 1. Authent. præsente C. eodem l. 9. titulo 12. part. 5.* Nec obstabit si dixeris hanc excusionem inductam videri de iure Digestorum iuxta textum in *l. decèm* in fine *ff. de Verborum oblig. l. fideiussor obligat. §. final l. si fideiussores ff.* hoc tit. *l. libertus* in principio, & *glossa*, ibi verbo *exper-sona ff. ad municipalem*, quia respondendum est iura illa procedere in fideiussore indemnitatis, qui numquam potest conueniri ante excusum principalem debitorem, etiam si renũciauerit beneficio dictæ *Authenticæ presente*, *Cod. de fideiussoribus* notat *Couarru. in cap. quamuis pactum 1. parte §. 4. num. 4. Gutierrez de Iuramento Confirmatorio 1. parte, cap. 13. num. 22.*

5 Tertiò, supradictis obstabit textus in *l. Moschis 47. ff. de iure fisci*, vbi etiam de iure Digestorum inuenta videtur excusio illa principalis debitoris ante quam conueniri possint tertij possessores hypothecæ. Cui dubio respondendum est textum illum procedere in tacitis hypothecis, quarum possessores ante excusionem principalis debitoris non conueniebantur etiam de iure Digestorum: vt notat *glossa*, ibidem, siquidem negari non potest specialem, & expressam hypothecã plus iuris tribuere, & magis afficere rem hypothecatam, & generalem: argumento textus in *cap. nulli de rebus Ecclesiæ* iuncta *glossa* verbo *specialis* in *Authent. de non alienandis, aut permutandis §. Sancimus*, notat *Rebuf. 2. tomo ad leges Regias titulo de constitutione reddituum art. 4.* per totum. *Cuiacius* omnino videndus in *Nouella 4.* Quibus sic breuiter præmissis cum iam appareat iure authenticorum excusionem illã fuisse inductam instat iam dubitandi ratio supra adducta, scilicet quare in specie nostri textus non seruata illius authenticæ formula conuentus fuit fideiussor. Cui dubio primo satisfacit *glossa* in præsenti, dum asserit ideo fuisse conuentum: quia renunciauit remedium dictæ *Authen-*

ticæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tica hoc ita de Cod. de duobus reis stipulan. Notat Abb. in præsenti num. 8. sed conuincitur: quia diuinatoria est cum de fideiussoris renunciatione in nulla nostri textus parte constet omissa etiam, quam refert Barbacia in præsenti num. 5. Imola 23. dum asserunt ideo in textu nostro fideiussorem conueniri: quia ab eo non fuit petitum tempus ad principales reos absentes conueniendos iuxta formulam dictæ Authenticæ præsente quare Iason in §. itẽ si quis in fraudem inst. de actionibus numero 76. asserit beneficium excusionis, de quo in dictis authenticis mẽtio habetur, procedere de iure Ciuili; secus vero de iure Pontificio ex textu nostro & in cap. ex rescripto de iure iurando: redditque rationem differentiæ: quia exceptio excusionis censetur esse de apicibus iuris iuxta glossam in l. si mancipium §. 1. ff. de euictionibus: at vero de iure canonico sola veritas attẽditur, & quod bonum, & æquum est. Notat glossa verbo subtiliter in cap. dilecti de iudicijs. Sed his, & alijs omissis verius est dicendum beneficium excusionis etiam de iure canonico attento procedere, & constat ex glossa 1. in præsenti, quæ excusionem ideo negat: quia à fideiussore remediũ illud fuerat renunciatũ. Ergo supponit de iure canonico competere renunciatione non facta, comprobatur etiam ex regula textus in cap. 1. & 2. de noui operis nunciatione. Nec obstabit textus in dicto cap. ex rescripto: quia omissa interpretatione, quam tenent Gomecius dicto cap. 13. num. 4. Gutierrez dicto cap. 23. num. 26. dum asserunt ideo ibi excusionem cessare: quia iuramentum ex parte fideiussoris fuit interpositũ, quod tollit beneficium excusionis. Verius tamen dicendum est excusionem etiam in dicto cap. ex rescripto faciendam esse: nam quod dicitur conuentionem iuratam esse obseruandam, id tamen intelligitur seruato ordine compulsionis hoc est vt prius principalis, deinde fideiussores compellantur ita sentit Barbacia Consilio 43. columna penult. lib. 2. quam sequitur Couarru. in dicto cap. quamuis pactum §. 4. num. 4.

6 Quartò, supradictis obstabit expræsa nostri textu decisio, vbi cõtrarium scriptum reperitur. Pro cuius interpretatione nonnulli affirmant exceptionẽ excusionis dilatoriam esse, atque ita ante litem contestatam proponendam fore argumento textus in l. filius familias §. veteranj, l. Procuratorem, ff. de Procuratoribus, l. licet l. ita demum, Cod. eodẽ cap. Pastoralis de exceptionibus. Atque ita ea à principio non opposita valebit processus cõtra fideiussorem non excuso principali factus. Notat glossa verbo restituat, l. 2. Cod. communi diuidundo glossa in l. si mancipiũ §. 1. ff. de euictionibus. Notat Gutierrez vbi supra num. 14. atque ideo cum fideiussor in præsenti exceptionem excusionis legitimo tempore non opposuisset, recte soluere cõpulsus fuit: quæ interpretatio ex eo conuincitur, quia licet à principio processus valeret, & iudicium procedat exceptione non opposita, tamen actor non vincet, nisi ante sententiam prius sit excussus principalis debitor, aut notorie constet eum non esse soluẽdo. Vt tenet Baldus in l. 1. Cod. communi diuidundo, quem sequuntur Paulus, & Salicetus, ibidem Gregorius Lopez in l. 9. titulo 12. partita 5. verbo primeramente: quare his, & alijs omissis verius dicendum est Rodericum in præsenti cõpulsum fuisse satisfacere post legitimã excusionem aduersus principales factam. Nec obstant verba nostri textus ibi, illis non soluentibus, quæ denotant effectum solutionis non factæ: quia respondendum est, quod licet id significent non tamen expresse apperiunt, qua de causa id contingerit, atque ita vt iuri conueniant referenda, sunt ad impotentiam debitorum, vt sit sensus illis nõ soluentibus, qui soluendo non erant; atq; ideo coactum fuisse fideiussorem. Nec huic solutioni obstabit, si dixeris principales debitores habuisse beneficia ex quorum redditibus satisfieri poterat creditori: quia respõdendum est quod forte tempore excusionis non supererant fructus, & prouentus, merito dicendum videtur non esse soluendo, cum exactio facilis, & præsens non esset, vt in iure desideratur. Argumento textus in dicta Authent. præsente, notat Baeza de inope debitore dicto cap. 5. num. 36. & 37.

7 Quintò, obstat, quod in stipẽdijs militum non potest fieri executio, l. stipendia, Cod. de exceptione rei iudicatæ. Sed beneficia dantur Clericis in stipendium, & mercedem seruitij, & laboris, cap. cum iucundum Apostolum de Præbendis, cap. final de rescriptis lib. 6. Ergo reddituum beneficiorum in præsentiarum non poterunt creditori assignari; vt asserit textus noster. Cui dubio respondendum est, quod quamuis glossa in dicta l. stipendia tenuerit in Præbendis Clericorum non fieri executionem, cui etiam similis est glossa, verbo prouentus in capit. de multa de Præbendis tenet Panormitanus, ibidem numero 7. Rationem reddunt: quia Clerici non videntur esse domini fructuum suæ Præbendæ, & beneficij, capit. ex parte final 16. quæstione 1. tamen verius est Clericos dominos esse fructuum beneficiorũ, vt constat ex textu nostro & tenet Sarmiẽto de redditibus 4. parte cap. 1. & ita recto iure in fructibus beneficiorũ executionẽ fieri vbi alia bona non supersunt probat textus in dicta l. stipendia, & glossa in lege commodis, ff. de rei vindicatione Antonius Gomez 2. tomo variarum, capit. 13. numero 18. Couarruuias lib. 2. variarum cap. 1. numero 9. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 17. Baeza de inope debitore cap. 17.

8 Sextò, prædictis obstat textus in lege si remunerandi §. si passus, l. si vero §. adolescens, ff. mandati lege Marcellus in fine ff. hoc titulo. In quibus iuribus apparet fideiussorem non recuperare id, quod pro reo soluit. Ergo fideiussor non semper seruatur indemnis. Sed respondendum est regulam nostri textus variijs modis limitari, vt constat ex dicto §. si passus, vbi quatuor limitationes traduntur, in quibus fideiussor non recuperat id, quod pro reo soluit: quas etiam refert textus in lege 12. titulo 12. partita 5. Gregorius Lopez, ibidem Gomezius dicto capit. 13. numero 5. Dueñas dicta regula 377. qui enumerant plures casus, in quibus mandati actio fideiussori denegatur; difficile tamen est quod tradit Consultus, in dicta, l. si vero 12. §. adolescens, ff. mandati, quatenus textus ille actionẽ denegat ei, qui mandato adolescentis meretrici credidit, aut pro ea fideiussit: siquidem quilibet in re propria sit moderator, & arbiter, l. 1. C. de Sacro Sanctis Eccles. l. in re mãdata, C. mandati etiã abutẽdo l. sea & si §. consulunt ff. de petione hæreditatis, & ita prodigus ante bonorũ interdictionẽ à Prætore factã valide contrahit etiam si bona sua profundat. Notat glossa in l. is, cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis, ff. de Verbor. obligat. Bartolus, Iason, & Ripa, ibidem: ac per consequens insufficiens videtur ratio Vlpiani ibidem, quæ denegat actionē ex eo, quod perdituro pecuniam credatur. Cui difficultati non satisfacit *glossa* ibidem, dum asserit textum illum esse intelligendum in adolescente minore viginti quinque annorum, quam tenet *Bart. in l. siquis cum scirct 8. ff. pro emptore*: quia convincitur ex eo, quod quamuis adolescentia vsque ad viginti quinque annos secundum aliquos dicatur, quos refert *Menochius de arbitrarijs lib. 2. casu 57. Esforcia de Restitutione in integrum 1. parte quæst. 2. articulo 2.* Tamen secundum aliam computationem ætatis adolescentia dicitur à decimoquarto, vsque ad quinquagesimum annum, vt explicat *Conanus lib. 5. commēt. cap. 11.* in principio, vbi contendit textum in dicto §. *si adolescens*, accipiendū esse in adolescente maiore: quare omissa interpretatione, quam refert *Ripa in l. is, cui bonis, ff. de verb. obligat.* verius est dicēdum textum in dicto §. *si adolescens*, esse intelligendum, prout iacet in pecunia credita, vel fideiusione facta pro meretrice alterius mandato: quia faciens contractum illum voluntate sua videtur sic datum perdere, & rursus ad malos mores incitare, vt constat ex textu, ibi *contra bonam fidem*, idest, *contra bonos mores*, vt explicat *Conanus lib. 7. comment. cap. 14.* & ita tamquam mandatum de re turpi non inducit obligationem, vt sentit *glossa* ibidem verbo *adolescens* merito, cum talis fideiusio, & pecuniæ numeratio sit voluntaria, mirum non est, quod mandati actio fideiusori denegetur. Cæterum si pecuniæ numeratio fieret ex necessitate contractus, veluti emptionis, tunc succurrendum est emptori saltim, quo ad vsucapionem, & bonā fidem, etiamsi sciat in malos vsus distracturum venditorem iuxta textum, ita intelligendum in *l. siquis, cū sciret 8. ff. pro emptore*. Notat *Antonius Faber in rationali* ad textum in dicto §. *si adolescens*: difficilior tamen est textus in *l. Marcelus ff.* hoc titulo, de quo vltra ordinarios ibidem videndus est *Ripa, Cuiacius, Donelus, & Duarenus* in dicta *l. is, cui bonis, Cozanus lib. 6. Comment. cap. 6. Robertus lib. 2. receptarum cap. 37. Rebaydus lib. 2. variarum cap. 9.* cuius commentaria omitō, ne lōgius progredi videamur.

9 Septimò, aduersus ea, quæ supra retulimus videlicet fideiussorem pro reo principali soluentem actionem mandati aduersus reum principalem habere. Iuxta textum in §. *si quid autem 6. inst.* hoc titulo dicta *l. indebitam 47. ff. de condictione indebiti*. Obstabit textus in *l. ex mandato 20. §. 1. ff. mandati*, vbi non actio mandati, sed negotiorum gestorum mactio competit. Cui difficultati respondendum est multum interesse, an fideiussor interueniat pro absente absque eius mandato, & soluat, an vero præsente, vel absente, eius rei voluntate præcedente: nam in primo casu competit actio negotiorum gestorum, non vero mandati, cum mandatum non precessisset; & ita est intelligendus textus in dicta *l. ex mandato 20. §. 1. ff. mandati*. In secundo vero casu actio mandati competit: quia præcessit mandatum, & ita est interpretandus textus noster, & textus in dicto §. *si quid autem 6. inst.* hoc titulo cum similibus supra adductis.

10 Octauò, aduersus nostrum textum in versic. *seruet indemnem*, ex quo deducunt Doctores omnes, &

& *glossa* ibidem etiam fideiussorem indemnē esse, quo ad vsuras, si eas creditori soluerit, *Abb.* in præsenti *num. 10. Henricus Boich. num. 7.* Obstabit textus in *cap. debitores de iure iurando* cum aljs ibidem à me relatis, vbi debitor, qui vsuras etiam cū iuramento promisit, repetere potest, hoc adeo verum est, quod, etiā si exceptio fuerit opposita, & per iniuriam iudicis reus fuerit condēnatus, eas non tenetur soluere iuxta textum in *l. exceptiones, ff. de fideiussoribus, l. si per imprudentiam, ff. de exactionibus*, quod dubium dilues distinctione adhibita, scilicet, multum interesse, an fideiussor iurauit sponte, & vsuras soluere expresso, vel tacito rei principalis consensu: nam si soluit antequam absolutionem iuramenti impetrasset, tunc fideiussor poterit eas à debitore actione mandati per modum damni, seu interesse repetere; & ita est intelligēdus textus noster; vbi fideiussor etiam, cum consensu debitoris iurauit debitum, & vsuras soluere, vt cōstat ex integra nostri textus: secus vero, si absolutionem, seu relaxationem iuramenti impetrasset; iuxta textum in *cap. ex administrationis de iure iurando*, & soluit: nam tunc si soluit, non repetit: quia indebitum soluit, & per inde est, ac si non iurasset. Si vero reus nominatim mandat fideiuberi pro vsuris, multum interest. An fideiussor soluat vsuras, quas debitor non promisit: & tunc fideiussor eas non repetit: quia aut soluit voluntarie, & tunc imputet sibi, aut coactus in iudicio, vel extra: nam tunc de cogentibus conqueratur, & non de debitore: nam iniuria iudicis, vel alterius non potest debitori imputari: & ita est intelligendus textus in dicta *l. exceptiones, ff. de fideiussoribus, l. si per imprudentiam, ff. de exactionibus*, vt late refert *Henricus Boich.* omnino videndus in comment. ad nostrum textū *num. 7. vsque ad 11.* vbi plura notatu digniora refert *Abb.* in præsenti *num. 10.* nam licet fideiussor teneatur excipere exceptionem competentem contra creditorem, *l. 1. si fideiussor, ff. mandati*: non tamen tenetur agere, & relaxatio illius iuramēti vicem actionis continet, *cap. 2. de officio iudicis*, vt recte ad notauit *Henricus Boich.* in præsenti *num. 9.* de quare plura scripsit *Donelus in l. 10. Cod. de fideiussoribus.*

11 Nonò, aduersus ea, quæ in præsenti notāt omnes videlicet ex confessione rei, vel creditorum asserentium fideiussorem soluisse debitum posse via ordinaria nouo incoato processu actione mandati cōsequi, iuxta textum in *l. si ex cautione Cod. de non numerata pecunia*. Ratio est: quia quemadmodum sententia contra reum lata non habet executionem paratam contra eius fideiussorem, *l. à sententia, ff. de appellationibus, l. final* versic. *adiectentes, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt glossa in cap. Vnico de iniurijs lib. 6.* Ita similiter nec sententia lata contra fideiussorem habet executionem paratam contra reum, vt recte animaduertit *Innocentius* in præsenti *num. 22.* Obstabit textus noster in versic. *monetis* iuncto versic. *restituant*, ex quo deducitur, quod statim facta fide desolutione per fideiussorem potest reus principalis compelli actione mandati, vt id, quod fideiussor soluit, restituat: quia respondendū est textum nostrum esse intelligendum suppositis terminis habilibus, hoc est, si prius via ordinaria reus principalis fuerit à fideiussore condemnatus. Notat *Innocentius* vbi supra *num. 22.* Nec solutioni obstat

textus

Universidad de Deusto
Biblioteca

textus in *l. final §. final Cod. de Vsuris rei iudicatæ*, vbi soluente fideiussore statim reus via executiua compelli tur ei satisfacere: quia textus ille procedit in fideiussore iudicatum soluẽte, qui viã executiua à reo recuperat, quod pro eo soluit, argumẽto textus in *l. 1. ff. iudicatum solui.* Notat *Innocentius* vbi supra *num. 22.* quod speciale est, tum propter finiendas lites, tum etiam ex natura stipullationis iudicatum solui, quæ ad iudicatũ rei debitoris refertur: siquidem illa conuentio in iudicio facta executionem meretur, *l. tale pactum 40. §. qui prouocauit, ff. de pactis.*

12 Decimò, aduersus principium à Doctoribus in præsenti receptum, videlicet primum remedium fideiussori ex sua persona cõpetere ex actione mandati absque vlla actionum cessione. Secundum vero cedendarum actionum *vulgo cartæ de iesto*, vt possit compellere creditores ei actiones cedere iuxta textum in *l. cum alter Cod. de fideiussoribus, l. fideiussoribus, l. vt fideiussor i. fideiussores, §. final ff.* hoc titulo. Obstabit dicere, quod solutione facta videtur sublata omnis obligatio *principio instituit. quibus modis tollitur obligatio, l. soluere, l. solutionem, ff. de solutionibus, l. 3. §. final ff. de duobus reis*, ac pro inde cum actio sit extincta cedi non poterat, *l. Modestinus, ff. de solutionibus.* Sed respondendum est ideo creditorem posse actiones cedere; quia fideiussor suo proprio nomine soluit, ac proinde, cum nõ videatur reum in totum liberare, nec actionem contra eum extinguere, *l. cum is, ff.* hoc titulo, *l. Papinianus, ff. mandati*, mirum non est, quod illa actionum cessio fieri possit, notat *glossa* in dicta *l. Papinianus, l. 11. titulo 12. partita 5.*

13 Vndecimò, prædictis obstabit principium illud, quo docemur actionum cessionem varijs de causis esse prohibitam, vt in *l. 1.* & per totum. *Cod. ne liceat potentioribus, l. penult. & final ff. de alienatione iudicij cap. 1. & 2.* eodem titulo, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ vt lite pendente, l. penult. & final. Cod. mandati.* Ergo creditor non poterit actiones cedere fideiussori aduersus reum principalem. Cui dubio facile satisfacies si dixeris iura in argumento adducta procedere, quãdo illa actionũ cessio fit voluntarie fraude, & dolo ob potentiorem actorem, seu personã, quæ actionum cessio à iure prohibita est, at vero nos loquimur in actionum cessionae, quæ absque vlla fraude ex ipsa iuris necessitate à creditore fideiussori fit, quæ in iure nostro permissa est: nam cessiones necessariæ, & non fraudulentæ legibus permittuntur iuxta textum in *l. 1.* & per totum, *ff. & C. de hæreditate, vel actione vendita*, & in *l. penult. C. mandati*, de qua re plura congerit *Donellus in l. 10. C.* hoc titulo *n. 4.*

14 Duodecimò, aduersus textũ nostrum in versic. *præsumitur* dum asserit Clericum periurum rãtum esse suspendendum. Obstabit textus in *cap. 2. de reseriptis, cap. quærelam de iureiurando*, quibus in iuribus probatur Clericum periurum priuãdum esse beneficijs. Sed respondendum est iura supra adducta procedere, quando de periurij crimine principaliter est actum: secus, si incidenter, vt in præsenti notat. *Panormit. num. 14. Barbacia 5. Innocentius 28.* Argumento textus in *cap. 1. de exceptionibus, cap. cum dilectus* in fine *de ordine cognitionũ*, & de pœna periurij videndus est *Bernardus Diaz in practica, cap. 36. Iulius Clarus lib. 5. receptarũ* verbo *periurum Menochius de arbitrarijs casu 329. Couarru. in cap. quamuis pactum 1. parte §. 2. & 7.*

Ad textum in cap. constitutus 3. cap. eum, pro quo final huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor tribus de causis potest agere contra debitorem ante quam soluat, vt ibi exponitur.*
2 *Fideiussor non debet damnum reportare à debitore, in quem contulit beneficium.*
Melius est ante tempus occurrere, quã post vulneratam causam remedium quærere.
3 *Interpretatur textus in cap. 2. versiculo* pecuniam *de fideiussoribus.*
4 *Fideiussori imputari debet, si fideiussit pro eo, qui minus idoneum debitorem iudicauit.*
5 *Conciliatur textus in l. si mandato 45. §. item 12. cum §. si iudicio 3. eiusdem legis, ff. mandati.*

1 CONCLVSIO. Fideiussor tribus de causis potest agere cõtra debitorem antequam soluat, vt illum à fideiussione liberet: prima si diu steterit in obligatione; secunda, si debitor incipit dissipari sua bona. Tertia, si ipse fideiussor fuit condemnatus. Consonat textus in dicto *Cap. constitutus 3. & final* hoc titulo, *l. Lucius Titius 38. §. final l. si mandatu 45. §. si iudicio 3. & l. qui mutuam 56. §. fideiussor, ff. mandati, l. fideiussor 45. ff.* hoc titulo *l. siquis mandato Tityj 28. ff. de negotijs gestis, l. 1. & 4. titulo 12. partita 5. l. 8. titulo 18. lib. 3. fori*, Exornant, *Antonius Gomez tomo 2. variarum, cap. 13. num. 10. Menochius de Arbitrarijs, casu 141. Hipolitus ae Marsilis in Rub. ff. de fideiussoribus, num. 216. Felicianus de censibus lib. 3. capit. 3. num. 16. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus tomo 1. lib. 16. titulo 22. num. 26. Donellus lib. 13. comment. cap. 13. Dueñas regula 336. Cardosa in praxi iudicum* verbo, *fideiussor, numero 21. Gailius lib. 2. obseruationũ, cap. 29. Antonius Faber* in rationali ad textum in dicta *l. Lucius Titius §. final*, cum similibus, *ff. mandati Barb.* plures referens *in Collect.* ad nostrum textum, *num. 3. 5. & 8. Cenedus in Collect. ad Decretal. Collect. 152.* Donellus late in *l. si pro ea 10. Cod. mandati.*

2 Ratio est, quia his in casibus habet iustam causam metuendi ne ipse pro debitore soluere cogatur, *l. si pro ea Cod. mandati* merito fideiussori ante solutionem in dictis casibus competit actio mandati aduersus reum, vt eum liberet, siquidem non debet damnum reportare à debitore, in quem contulit beneficiũ pro eo fideiubendo dicto *cap. peruenit. 2.* supra hoc titulo. Cum melius sit ante tempus occurrere, quã post causam bulneratam remedium quærere, *l. final, C. in quibus causis in integrum restitutio* merito, si is pro quo quis fideiusit diu indebiti solutione cessauit, aut dissipare bona sua cœpit, seu super hoc fideiussor fuerit condemnatus, recte poterit reũ conuenire, vt à fideiussione liberet iuxta textum in dicta, *l. Lucius, ff. mandati* cum similibus supra adductis.

3 Primò, obstabit principium illud, quo docemur fideiussorem nullum regressum habere contra debitorem, nisi prius debitum soluerit *cap. 2.* versic. *pecuniam, quam pro eis soluit.* Hoc nostro titulo *l. 1. Cod. eodem l. fideiussor. 6. l. si pro ea, Cod. mandati, l. Lucius, ff. mandati.* Ergo fideiussor, etiam si se obligauerit pro debitore, non habebit mãdati actionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem contra debitorem. Cui dubio respondendum est, quod, licet regulariter fideiussor ante solutionē non possit agere contra debitorē, vt ex dictis iuribus constat, tamen id non est perpetuum: nam temperandum est, si iusta aliqua subsit causa. Cuius generis est, si debitor diu hoc est decem annos cessauerit in solutione: siquidem nemini officiū suum damnosum esse debet. *cap. 2. hoc titulo, l. seruus §. quod vero ff. de furtis, l. sed & si quis ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. inter officium de rei vindicatione, l. post legatum §. ad vocatum, ff. de his, quibus vt indignis,* & licet ab eo nihil absit, cum non dum soluit, tamen cum sit obligatus aliquod ius ab eo abesse videtur, cum eius patrimonium ex fideiussione, & obligatione ipsa diminutum censeatur, *l. si quis 28. de negocijs gestis.* Vnde iniquum erit cogere fideiussorem, & expectare, vt in carcerem decludatur, vel soluat debitū, prius, quam solutum repetere, *l. stipulatus 15. ff.* hoc titulo *l. 3. ff. de compensationibus.* Notat *Marsilius in Rubric. ff.* hoc titulo, *num. 429. Donellus lib. 13. comment. cap. 13. &* in dicta *l. si pro ea 10. Cod. mandati num. 13.*

4 Secundò, contra secundum nostri Pontificis responsum, dum asserit fideiussorem habere actionē mandati contra debitorem, si cœperit bona sua dilapidare. Obstabit dicere, quod is, qui fideiusserit, sibi ipsi imputari debet, si pro eo fideiusserit, quē minus idoneum debitorem iudicauit. Argumento, textus in *l. si is, à quo 3. §. final l. plane* cum sequentibus, *ff. vt in possessionem legatorum, l. si creditores 16. de priuilegijs creditorū, l. si tamen 82. ff. de solutionibus.* Igitur etiam si debitor bona sua dilapidauerit, seu dissipauerit, nondum soluto debito non debuit conueniri à fideiussore. Verum respondendum est, quod, cum fideiussor semel iam suscepta obligatione teneatur mandatum pro reo adimplere, merito si debitor post susceptam fideiussionem cœperit bona dilapidare, poterit à fideiussore conueniri, ne ex inde officium, & mandatum ei sit damnosum: quia post lapidationem periculum est fideiussori, cum nec creditor post bonorum dissipationem possit satisfacere, merito æquū est in tempore subuenire fideiussori, vt res ei in tuto collocetur, quod ita fit, si ante solutionem agit aduersus debitorem, vt à fideiussione liberetur. Constat ex textu nostro cum similibus supra adductis, requiritur etiam, vt debitor dilapidare cœperit bona post iussionem: nā, si ante eam debitor iam dilapidasset bona sua, & in id perseueret, tūc ante solutionem fideiussor non poterit mandati actione aduersus eum agere: cum fideiussor id potiꝰ debeat imputare fragilitati suę, quam culpæ debitoris, & damnum debet pati in eo, quod sciens fideiussit. Argumento tēxtus in *l. 3. §. Vlt. cum l. sequenti, ff. vt in possessionem legatorum, l. inter 22. §. ab esse ff. mandati,* vbi late *Cuiacius*, notat *Donellus* in dicta *l. si pro ea 10. Cod. mandati* similiter etiam poterit fideiussor reū ante solutionem conuenire, si ita ab initio mandatum fuerit susceptum, vt tantum vsque ad certum diem fideiussio valeret, dicta *l. si pro ea* versic. *nec ff. mandati,* vbi late *Donellus num. 11.*

5 Tertiò, aduersus ea quæ in præsenti notāt Doctores omnes videlicet nostri textus remedium cōpetere etiam ei, qui intercessit iudicio sisti, ita vt ante solutionem possit contra debitorem agere, si causæ supra adductæ interuenerint: alias autem

autem si non interueniunt non posse ante solutionem agere. Iuxta textum in *l. si mandato 45. §. Item ff. mādati.* Obstabit textus in *§. si iudicio* seqūenti eiusdem legis, vbi ei, qui promisit se aliquem iudicio staturum statim datur actio mandati absque aliqua conditione, quæ iura ad concordiam reduces, si dixeris textum in dicto *§. si iudicio* procedere in obligatione ad faciendum non vero in obligatione, in qua fideiussor promisit soluere, vel quid dare pro debitore: nam in obligatione ad faciendum agit fideiussor ante solutam pecuniam *§. quoties 5.* eiusdem *legis.* Differentiæ rationem tradit textus in dicta *l. mandatu* in principio, *ff. mandati,* de qua re omnino est videndus *Antonius Faber in rationali* in dictis iuribus, *Donellus* in dicta *l. 10. Cod. mandati,* vbi plures alias causas refert, ob quas fideiussor ante solutionem poterit reum conuenire, vt eum liberet à fideiussione: vbi similiter refert casum nostri textus: videlicet, si fideiussor fuerit condemnatus ex *num. 6.* cum sequentibus.

Ad textū in cap. quod quibusdam 4. huius Tituli.

De materia huius textus vide, quæ infra dicemus in *cap. 1. de solutionibus*, & quæ supra retulimus in *cap. 1. de deposito.*

Ad textum in cap. eum pro quo final huius Tituli.

Commentaria huius textus sunt petenda ex his, quæ supra scripsimus in *cap. constitutus 3.* huius tituli.

De solutionibus Titulus XXIII.

Ad textum in cap. ad hoc 1. capit. si quorundam 2. huius Tituli

SVMMARIVM.

1 *Successor in beneficio tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta.*
2 *Filius quemadmodum tenetur debita patris soluere, ita Prælatus sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitatibus contracta.*

Beneficium transit in successorem cum suo onere.

Molestari nemo potest pro alienis debitis.

3 *Successio in beneficium non admittitur.*

Successor, qui non habet causam à prædecessore, non tenetur eius debita soluere.

4 *Refertur species ad textum in cap. significauit 36. de rescriptis.*
5 *Conciliatur textus in cap. dilecti filij 17. de foro competenti cum capit. significauit 36. de rescriptis.*
6 *Rescriptum adeo sui natura stricti iuris est, vt non sit extensibile ad alias personas, quam in eo nominatas.*

Successor non potest conueniri rescripto impetrato contra antecessorem, nisi successor in vicium defuncti succedat.

7 *Ratio redditur ad textum in l. vnica Cod. vt nullus ex vicaneis pro alio vicaneo lib. 11.*
8 *Successor in maioratu tenetur soluere*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uere debita prædeceſſoris inſtitutoris, etiam ſi ipſius nomine ſint contracta.

Bona fideicõmiſſi alienari prohibita, poterunt propter debita alienari, ſi ſunt cõtracta ab eo, qui fideicommiſſum reliquit.

9 *Succeſſor in Regno an teneatur debita prædeceſſoris ſoluere ibi exponitur.*

Interpretatur textus in l. 4. titulo 15. partita 1.

10 *Expenditur textus in cap. licet de voto.*

11 *Refertur ratio ad textum in l. final ff. de exercitoria actione.*

Creditor, qui mutuum Eccleſiæ, vel minori dedit tenetur probare in eius vtilitatem verſum fuiſſe, vt petere poſſit.

12 *Interpretatur textus in cap. ad hoc verſiculo* ſicut filius *de ſolutionibus.*

Dictio ſicut *non importat omnimodã ſimilitudinem.*

1 CONCLVSIO. Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ contracta. Conſonat textus in *Cap. quod quibuſdam de fideiuſſoribus, cap. dilecti filij* iuncta *gloſſa de foro competenti, cap. cum ſecundum Apoſtolum* verbo *ſucceſſores de Præbendis, cap. licet de voto, cap. 3.* à contrario ſenſu *de pignoribus, cap. ſignificauit 36. de reſcriptis, cap. 1. cap. grauis de depoſito, cap. final ne Prælati vices ſuas, cap. hoc ius §. & is creditor, cap. de precarijs 10. quæſt. 2. l. domos 58. ff. de legatis 1. l. 1. §. ſi hæres, l. mulier 22. §. ſedem, ff. ad S. C. Trebelianum, l. Ciuitas 27. ff. de rebus creditis, l. vlt. ff. de exercitoria actione, l. ſi Pupilli 6. §. 1. ff. de negocijs gæſtis, l. 4. Cod. de executoribus, & exactoribus, l. ſiquis in ſuo 33. §. legis Cod. de inofficioſo teſtamento, l. 1. & 3.* in fine, *C. ne vxor pro marito, l. æris 15. l. ſi patri 24. Cod. de donationibus, l. final Cod. de hæreditarijs actionibus, l. 1. Cod. ne de ſtatu defunctorũ Authent. habita*, verſic. *nec ob alterius, Cod. ne filius pro patre, l. prouidendum 23. C. de Decurionibus, l. 9. titulo 17. partita 1. gloſſa 1. in l. 4. titulo 15. partita 2. gloſſa 1. in l. 10. titulo 26. partita 4.* Exornaut, *Couarru. lib. 2. variarum, cap. 15.* in principio cum ſequentibus & *cap. 17. num. 3. Nauarrus, lib. 3. Conſiliorum de regularibus Conſilio 14. num. 4. & 14. Molina lib. 1. de primogenijs, cap. 10. nu. 24. Gomecius in l. 40. Tauri num. 72. Sarmiento lib. 8. Selectarum in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia num. 3. ff. de legatis 2. Menoquius de arbitrarijs caſu 432. num. 32. Eſtephanus Gratianus diſceptationum forenſium, cap. 94. num. 3. Morla in Emporio titulo 4. quæſt. 3. num. 15.* cum ſequentibus idem, *titulo 10. quæſt. 2. num. 2.* cum ſequentibus, & *titulo 1. quæſt. 21. numero 9. Garcia de Expenſis, cap. 16. num. 12. & 14. Felicianus de la Vega* in dicto *cap. dilecti filij 17. de foro cõpetenti, num. 21. & 22. Faquineus lib. 2. cõtrouerſiarum, cap. 77. & 78. Bobadilla in Politica lib. 3. cap. 8. numero 72.* cum ſequentibus, *Balençuela in l. prouidendum 23. Cod. de Decurionibus, num. 2.* vbi *Doctor Amaia num. 7.* cum ſequentibus cum traditis à *Barb. in Colle.* ad noſtrum textum, *Cenedo in Collect. ad Decretales Collect. 76. num. 5. & Collect. 86. Tuſcus verbo ſucceſſor cõcluſione 875. & 876. Queſada diuerſarum quæſtionum, quæſt. 32.*

2 Ratio depromitur ex verbis textus: nam ſicut filius debita patris ſoluere tenetur ita Prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitatibus contracta, & non ex eo, quod in Eccleſia ſeu beneficio ſit hæres ſui præceſſoris, ſed quia in ipſa Eccleſia, ſeu beneficio, quod debito obnoxium eſt, ſuccedit. *Cap. conuenior 23. quæſt. 8.* cuius doctrinę ratio eſt: quia cum beneficium ſit corpus fictum, & repræſentatiuum, vt Ciuitas, & hæreditas, *l. mortuo 23. ff. de fideiußoribus, l. proponebatur, ff. de ſolutionibus, l. non minus 3. ff. de hæredibus inſtituendis, l. 1. §. Scebola, ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe,* & ſemper duret, & vna ſit: quia dignitas nũquã moritur, *c. ſi gratioſe de reſcriptis lib. 6.* & ſi per diuerſos ſucceſſores, & beneficiatos repræſentetur: argumento textus in dicta *l. proponebatur, ff. de ſolutionibus*, cum â Prælato negocium illud geritur, quod in beneficij vtilitatem verſum eſt, iuſta de cauſa ipſum beneficiũ obligat, quẽadmodum Ciuitas, quæ eſt corpus fictum obligatur ex debito contracto in eius vtilitatem, *l. Ciuitas, ff. ſi certum petatur notat Garcia* vbi ſupra *num. 12.* ita Eccleſia ex ipſo contractu obligatur, ſic ſimiliter eius ſucceſſor debita ſoluere tenetur, atq; ipſum beneficium obligatum eſt, cum beneficium tranſeat in ſucceſſorem cum illo obligationis onere, *cap. ex litteris de pignoribus, c. dilectus de donationibus*, cum mens, & intentio eius qui debitũ contraxit ea fit, vt pro vtilitate Eccleſię, officij, aut dignitatis cederet, merito attenditur, quod principaliter actũ eſt, nõ vero quod contractum fuit dicta *l. Ciuitas 27. ff. de rebus creditis, l. cũ, qui 13. C. eodem* cum traditis à *Doctore Amaia* in dicta *l. prouidendum 23. C. de Decurionibus, num. 8.* non tamen tenebitur ſucceſſor debitum ſoluere, quod anteſſor contraxit proprio nomine, non Eccleſiæ, ſeu dignitatis. Ratio eſt quia non ſolũ graue, verum etiam æquitati naturali contrarium eſt, vt pro alienis debitis alius moleſtetur, *l. vnica C. vt nullus ex vicarijs, l. hac definitione 12. C. de omni agro deſerto* dicta *l. 1. & 3.* in fine, *C. ne vxor pro marito*, cum traditis à *Doctore Amaia* in dicta *l. prouidendũ 23. C. de Decurionibus, n. 2.* cum à me traditis in dicto *c. 1. de depoſito.*

3 Primò, obſtabit dicere quod in beneficijs nõ præſtatur ſucceſsio *c. 1. de Præbendis* vbi late ſcripſimus, ſed tantũ ex collatione, & canonica inſtitutione conferuntur, *cap. beneficiũ* cum vulgatis *de reg. iuris lib. 6. cap. ex frequentibus de inſtitutionibus*: ergo ſi ſucceſſor non habet cauſam à prædeceſſore non tenebitur eius debita ſoluere iuxta textũ in *l. eum qui 3.* verſic. *quæ vero ff. de interdictis, & relegatis.* Cui dubio reſpondendũ eſt, quod licèt in beneficijs non detur ſucceſsio, tamẽ cũ poſſeſſor beneficij in eo ſuccedat grauate, & onerato debitis cõtractis à prędeceſſore in beneficij vtilitatẽ, quo caſu, vt ſupradiximus, beneficium obligatur ideo tenetur ea debita ſoluere *cap. qui ſentit de regulis iuris lib. 6. c. rationi cõgruit*, eodem titulo, *& lib. l. ſecundum naturam, ff.* eodẽ *cap. Paſtoralis, §. præterea de officio ordinarij*, & cùm beneficium ſit obligatum ad debita, & dignitas nũquã pereat, *l. proponebatur, ff. de iudicijs, c. ſi gratioſe de reſcriptis n. 6.* merito is, qui in eo ſuccedit, etiã ſuccedit cũ onere, ad quod ipſum beneficiũ obligatũ eſt, quod cũ reale ſit trãſfertur in quẽcũque ſucceſſorẽ. *l. final §. final, ff. de cõtrahẽda emptione, l. vltia C. de adquirẽda poſſeſſione, c. quoniã Abb. de officio Delegati*: vbi delegatio facta dignitati trãſit in ſucceſſorẽ dignitatis. Notat *Couar. in c. requiſiuit n. 1. de teſtamentis*, & Doctores omnes in dicto *c. quoniã*, & in dicto *c. ſi gratioſe.*

4 Secũdò, obſtabit tex. in *c. ſignificauit 36. de reſcriptis* vbi apparet, quod etiã ſi ſucceſſor ſit vniuerſalis, & debitũ ab anteceſſore ſit cõtractũ pro vtilitate comitatus, ſucceſſor ille non poteſt conueniri pro debito illo. Cui dubio reſpõdendũ eſt, ideo in dicto *c. ſignificauit* Comitiſſam illã nõ potuiſſe cõueniri pro debito à prædeceſſore fratre facto, (non quidem ex defectu obligationis, quaſi nõ eſſet obligata) ſed potius ex defectu iuriſdictionis, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet ex eo: quia rescriptũ de quo ibi, tantum fuit impetratum contra Episcopum Tulensem cum clausula illa, *& quosdam alios*, & virtute illius clausulæ creditores intendebãt comitem conuenire, & comes re in tegra antequam citatus esset, decessit, & ei succesit soror quam tam quam successorem conuenerunt, & respondit Pontifex non potuisse cõuenire ea ratione: quia iurisdictio delegata non habuit subiectum contra Comitissam, nec contra eam ex rescripto procedi poterat, cum rescripta delegatoria de se limitata sint, nec ad personas alias, nisi in rescripto comprehensas extendantur, nec natura illius clausulæ aliud patitur iuxta textum *in cap. Pastoralis* 14. §. *final de rescriptis*, tenet *glosa* in dicto *cap. significauit*, *Anb. num.* 4. *Capella Tolosana decisione* 266. *Felicianus de la Bega in cap. quia V.* 11. *de iudicijs, num.* 31. idem in dicto *cap. dilecti filij* 17. *num.* 81. *de foro competenti* cum à me traditis in 1. *tomo* in dicto *cap. quia V.* 11. *de iudicijs.*

5 Tertiò, solutioni obstat textus in dicto *cap. dilecti filij* 17. *de foro competenti*: vbi rescriptum contra anteceforem Episcopum Dulmensem impetratum à quibusdam Ciuibus Romanis super quodam debito ab eo contracto, & etiam si prius quam creditores Episcõpum conueniissent, decesserit, etiam re adhuc integra nihilominus Gregorius Põtifex affimat rescriptum illud etiã non dum intimatum anteceſori prorogandum esse aduersus successorem nouiter electum, & confirmatum: quod omnino contrarium est decisum in dicto *cap. significauit* 36. *de rescriptis*. In cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus, verisime est dicendum ideo successorem Episcopum Dulmensem cum rescripto illo posse conueniri, etiam si re ad huc integra anteceſſor decesserit: quia anteceſſor, & successor pro vna, eademque persona reputantur, & sic quamuis in rescripto anteceſſor tãtum sit nominatus, similiter etiam successor comprehensus intelligitur, cum principaliter rescriptum illud non sit directum ad personã, vt particularem, sed ad eius officiũ seu dignitatem, quæ delegatio potius realis, quam personalis dicitur, & sic transmissibilis in successorem, cum debitum sit receptum ab Episcopo Dulmensi pro vtilitate suæ Ecclesiæ, atque ideo mirum nõ est, quod actio illa aduersus possessorem experiri possit, & cum rescriptum illud potius reale, quam personale sit; vt colligitur ex subiecta materia, cui adiungitur: argumento textus in *l. meminisse* 10. *de officio Proconsulis*, *cap. Veritatis* 14. *de iure iurando Clement. exiui de paradiso* §. *cum autem de verborum significatione*, notat *Bonacina in tract. de legibus disput.* 1. *quæst.* 3. *de privilegijs pũncto* 8. §. 1. *num.* 5. *Basilius de Matrimonio lib.* 3. *disput.* 13. §. 1. Quæ rationes cessant, & similiter illa Pontificis intentio non præsumitur ex illa rescripti clausula, *& quosdam alios*, de qua mentio habetur in dicto *cap. significauit* 36. *de rescriptis*, quam interpretationem late scripsit, *Doctor Felicianus de la Bega* in dicto *cap. dilecti filij* 17. *de foro competenti, num.* 50. cum sequentibus.

6 Quartò, solutioni obstabit dicere, quod rescriptum sui natura adeo stricti iuris est, vt non sit extẽsibile ad alias personas, quam in eo nominatas: vt docet textus *in cap. P. & G.* 40. *de officio delegati*. Vnde successor non potest conueniri ex rescripto contra anteceſorem, nisi successor

cessor in vitium defuncti successerit iuxta textum in dicto *cap. quia V.* 11. *de iudicijs*, notat *Morla* vbi supra dicto *titulo* 2. *quæst.* 21. *num.* 6. Verum huic difficultati respondendũ est quod quamuis rescripta personalia sint nec ad alias personas, quã in rescripto comprehensas extendãtur ex iuribus supra adductis, tamen quando sunt realia, & concurrunt cum officio, & dignitate, seu Ecclesia: vt in textu nostro, & supra traditis nullum est inconueniens, vt fiat transitus de vna ad alteram personam, cùm tunc expresio nominis anteceſoris iudicetur pro successore: vt notat *glosa* verbo *cõtra* in dicto *cap. dilecti filij* 17. *de foro competenti*, *Felicianus de la Bega in cõment.* ad eundem textum *num.* 82.

7 Quintò, prædictis obstat textus in *l. Vnica Cod. Vt nullus ex vicaneis pro alieno vica. libro* 11. Ex quo apparet satis iniquum esse, vt successor conueniatur pro solutione debiti contracti ab anteceſſore, vt patet in versic. illius textus, ibi *grauc est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis molestari*, constat etiam ex *l. hoc diffimitæ* 12. *Cod. de omni agro deserto lib.* 12. *l. nullam* 12. *Cod. de executoribus, & exactionibus*, eodem *libro*: ergo contra rationem est, quod successor in Ecclesia teneatur pro contractu sui prædeceſoris. Quibus omnibus respõdendũ est, quod iura illa procedunt indebitis contractis proprio nomine, & non tuitu officij, vel dignitatis nam in primo casu debita illa prout extranea, & aliena iudicantur, vt non transeant ad successores propter rationes in dictis iuribus traditis, secus vero est dicendum in textu nostro, vbi debitum Ecclesiæ nomine contractum est, notat *Narbona in l.* 11. *titulo* 5. *lib.* 7. *Recopilationis glossa* 3. *num.* 5. *Felicianus de la Bega* in dicto *cap. dilecti filij* 17. *de foro competenti, num.* 85. *Bobadilla lib.* 2. *Polit. cap.* 21. *num.* 250. *Doctor Amaia* in dicta *l. prouidendum* 23. *Cod. de Decurionibus, num.* 23. *&* 24.

8 Sextò, solutioni obstabit dicere quod successor in maioratu tenetur soluere debita præceſoris instituto ris etiã si ipsius nomine sint contracta, siue successor sit mediatus, siue immediatus, iuxta textum in *l.* 2. iuncta eius *glosa Cod. ad S. C. Trebel. l. siquis seruum* cum *l.* sequenti *ff. de legatis* 2. *l. filius familias* 114. §. *Dini el segundo* versic. *nam si hæres ff. de legatis* 2. *Gamecissin l.* 40. *Tauri num.* 72. *Molina lib.* 2. *de primogenijs, cap.* 18. per totum *Garcia de Expensis, cap.* 16. *num.* 17. cum traditis ab *Amaia*, vbi supra, *num.* 10. *Cenedo dicta Collect.* 76. *&* 86. Quod dubium dilues, si dixeris, ideo mediatum, vel immediatum successorem in maioratu teneri debita etiam nomine anteceſſoris contracta soluere. Ratio est, quia successor vniuersalis maioratus repræsentat defunctum, quo ad vniuersum patrimonium: & ideo nihil mirum, si ad eius debita teneatur cùm æs alienum ad vniuersum patrimonium expectet, *l. si fideicommissum* 50. §. *tractatum, ff. de iudicijs, l. hæreditas*, cum similibus *ff. de legatis* 3. nam sicut instituto ri licebat maioratum disoluere, si irrebocabiliter non fuisset factum, ita debitis contractis licebit minuere: argumento textus in *l. iuris gentium* 7. §. *adeo* versic. *igitur, ff. de pactis*, notat *Garcia* vbi supra *num.* 7. *Gutierrez lib.* 2. *practicarũ, quæst.* 53. *num.* 2. cum traditis à *Barb. in Collect.* ad hunc textum, *num.* 8. *&* 9. siquidem bona fideicommissi alienari prohibita, poterunt nihilominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus propter debita alienari, si sunt contracta ab eo, qui fideicommissũ reliquit *l. cum filei heredis, ff. de fideicommissarijs libertatibus, l. peto §. prædium, ff. de legatis 2. l. alienationes, ff. familiæ erciscundæ, l. Senatus* in principio, *ff. de legatis 2.* nõ tamẽ successor tenebitur debita prædecessoris, soluere nisi cõtracta sint pro maioratus vtilitate: notat *Gomecius, Amaia, & Molina*, vbi supra. Ratio est, quia in bonis maioratus non succeditur vltimo possessori sed primo instituenti, *l. coheredi §. cum filiæ, ff. de vulgari, l. Vnum ex familia §. si de familia, ff. delegatis 2.* Cùm in illis non succedatur iure hæreditario, sed iure sanguinis, notat *Molina* vbi supra *cap. 3. per totum*, & quando bona vicem personæ non repræsentant, ex his bonis nulla in successorem transit obligatio, *l. seruus communis* in principio, *ff. de stipulatione seruorum l. mulier bona, ff. de iure dotium.*

9 Septimò, solutioni valde obstat textus in *l. 4. titulo 15. partita 2.* vbi asseritur successorem in Regno teneri debita prædecessoris soluere. In cuius textus difficultate, *Robles de præsent. lib. 3. cap. 16. n. 47. & 48. Molina*, vbi supra, *cap. 10. num. 30.* allerunt textum in dicta *l. 4.* loqui de successore Regni, qui est hæres in bonis liberis prædecessoris, vt indicant verba ibi, *porque finca en su lugar hereda sus bienes*; alij autem affirmant textum illum loqui de honestate, non vero de necessitate, sed vtraque interpretatio recte impugnatur à *Balençuela* in dicta *l. prouidendum 23. Cod. de Decurionibus, num. 7.* versic. *Ego tamen, Amaia* ibidem *num. 14.* dum affirmant diuinatorium esse dicere textum in dicta *l. 4.* loqui in successore hærede, cui bona libera relicta sunt: tũ etiã, quia verba illa non solum honestatem, sed obligationem præcisam continẽt: vt constat ex verbis illius textus, ibi *tenudo es por derecho, è por bien estuuça de hazer estas cosas por el Rey finado*, ex quo constat verba illa magis necessitatem præcisam quam honestatem continere: quare hac & alijs omissis verius est dicendum textum illum specialiter obtinere in Regno Hispaniæ: cuius successio iure sanguinis ita in Regno coniuncta est cum successione hæreditaria, vt vna ab alia separari nequeat, atque ideo cum Rex successor simul, & hæres sit in ipso Regno, non in bonis liberis (vt perperam in dicta *l. 4.* nonnulli existimarunt) mirum non est, vt tanquam hæres prædecessoris debita soluere teneatur, siquidem Regnum Hispaniæ hæreditarium est cùm in eo iure hæreditario succedatur, vt constat ex multis legibus partitarum præcipue in *l. 2. & 4. titulo 15. partita 1. l. 7. titulo 4. partita 3. l. 12. titulo 1. partita 2. l. 8. titulo 1. partita 2.* vbi supra *nu. 16. Balençuela*, & *Amaia* locis supra citatis, *num. 7.*

10 Octauò, superiori resolutioni obstat textus in *cap. licet de voto* vbi probatur successorẽ in Regno teneri soluere debitum prædecessoris, & sic adimplere votum peregrinationis, quod omisit prædecessor; & tamen in Regni vtilitatẽ versum fuisse non constat. De cuius textus interpretatione late agunt *Couarru. in cap. si heredes, num. 9. de testamentis Molina* dicto *lib. 1. cap. 9. num. 3. Garcia* dicto *cap. 16. Cenedas* plures referens in *Collect. ad Decretal. Collectanea 90. num. 2.* Ex quibus verior interpretatio deducitur videlicet ideo in specie illius textus filium teneri votum paternũ adimplere. Ratio est: quia ad illud adimplendum ipse hæres propria obligatione se astrinxit, vt cõstat ex eodem textu ibi, *se ad impletum promisit*, & ibi, *ne sonus à patre iniunctum, & à te sponte susceptum*: ex quibus aperte probatur in specie illius textus filium non astringi, ex paterna obligatione, ratione successionis votum adimplere; sed ex propria illius obligatione, qua tenetur votum illud adimplere, de qua re plura, & plures refert *Barb. in Collect.* ad eundem textum, *num. 4. 5. & 9.*

11 Nonò, aduersus id, quod cõmuniter in præsenti notant omnes, videlicet creditorem probare debere debitum illud in eiusdẽ Ecclesiæ vtilitatem fuisse cõuersum, iuxta textum in *cap. 1. de depositio* vbi latè scripsimus, *cap. quod quibusdam de fideiussoribus, l. Ciuitas, ff. si certum petatur*, & in textu nostro, in quibus omnibus iuribus constat non aliter Ecclesiam, vel Ciuitatem ad debiti solutionem teneri, nisi in eius vtilitatẽ euidenter conuersum esse constiterit, constat etiam ex textu in *Authentic. hoc ius porrectum* in fine *l. impror. Cod. de prædijs minorum*, & in *l. 11. Cod. fraudes fiscus venditorem, cap. 2. §. hoc ius 10. quæst. 2.* vbi similiter in alienatione minoris illa vtilitatis probatio desideratur, quam sententiam tenent *glossa* verbo *necessitatem* in dicto *cap. 1. de depositio*, & in dicto *cap. quod quibusdam* verbo *locupletiorem*, & in *l. 11. Cod. si aduersus venditi; Couarruuias lib. 1. Variarum, cap. 17. numero 13. Molina* vbi supra *numero 21. Fachinæus lib. 2. controuersiarum, cap. 777.* Obstabit textus in *l. final ff. de exercitoria actione*, vbi apparet Magistrum nauis obligari ex mutuo, quod in refectione nauis contraxit præpositus, si modo tantum probetur mutui tẽpore refectione nauim indiguisse, & si in eius vtilitatem mutuum versum non fuisset, idemque probat textus in *l. final ff.* eodem *l. libero* in principio, *ff. de negotijs gestis*, Augetur difficultas: quia si creditor in probatione defecerit locupletaretur Ecclesia cum alterius iactura, quod naturalis ratio non patitur, *l. nam hoc natura, ff. de conditione indebiti*, præterea quia si creditor ad hoc astringeretur Ecclesia quemquam non inueniret, qui cum ea velut cum minore vellet contrahere: quare vt inueniant multories de negatur restitutio, *l. verum 12. §. locupleti, l. quod si minor §. non semper ff. de minoribus.* Cui difficultati respõdendum est singulare ius versari in Ecclesia, & minore, vt mutuum cum illis contractũ creditor teneatur probare in eorum vtilitatem versum fuisse: Ratio specialitatis est: quia Ecclesia, vel minor contrahendo non obligantur lege prohibente, nisi meliorem suam faciant conditionem, de minori est textus in *l. contra iuris, ff. de pactis, §. 1. instit. de authorit. tutorum §. pupillus instit. de inutilibus stipulationibus*, & Ecclesia iure minoris fungitur, *cap. 1. de in integrum restitutione*: quare ex cõtractibus cũ eis gestis nulla aduersus eos oritur obligatio nisi quatenus in eorum vtilitatem versum sit: quare optimâ ratione requiritur, vt hæc vtilitas probetur, ad hoc vt nascatur obligatio, quæ alias ex contractu orta nõ erat: ex vtilitate tamẽ oritur, & hoc in casu distinguendum est: nam quando ad solutionem debiti bona vniuersalia, vel mobilia pretiosa Ecclesiæ distrahẽda sunt, tunc creditor probare tenetur suũ creditũ conuersum fuisse in Ecclesiæ, vtilitatem ea ratione, quia absque euidenti Ecclesiæ vtilitate alienatio fieri non potest;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantum cumque consensus Prælati accedat: *cap. sine exceptione* 12. *quæstione* 2. & ideo necessario requiritur, vt vtilitas à creditore probetur, in qua specie loquitur textus in dicta *Authent. hoc ius porrectum*; & in dicto §. *hoc ius porrectum* dicta *l.* 1. cum similibus: si vero solutio fieri potest ex pecunia vel ex fructibus: quia debitum probatum est ad cuius solutionem Ecclesia bona immobilia distrahere non habet necesse, tunc actor non tenetur probare suũ creditũ conuersum fuisse in Ecclesiæ vtilitatem, quæ resolutio locum habet quando debitum contractum est à Prælato pro ipsa Ecclesia, sed si contractum sit à particulari nomine Ecclesiæ, veluti à Monacho, vel Canonico tunc indistincte creditor probare tenebitur versum fuisse in Ecclesiæ vtilitatẽ, & ita interpretandus est textus in dicto *cap.* 1. *de depositis* dicto *cap. quod quibusdam.* Ratio est quia cum ipsa Ecclesia nõ contraxerit, non poterit obligari, nisi in eius vtilitatem debitum sit conuersum: Argumento textus in *l.* 1. *ff. de in rem verso.* Nec similiter obstat textus in dicta *l. Vlt. ff. de exercitoria actione*: quia species illa longe est ab similis: siquidem ibi agitur de priuatis personis, quæ ex mutuo obligantur, in qua necesse non est probare pecunia versam fuisse inutilitatem: secus tamen dicendum est in Ecclesia, vel Ciuitate, atq; ideo siquis præposuerit quemquam naui, tenetur, si modo cum pecunia crederetur, quod nauis in ea causa fuisset, vt resici deberet, nec lex requirit, vt in eam causam versio probetur: at in quæst. supra adducta nominatim id requiritur: notat *Fachineus lib. 2. controuersiarum*, quæstione 77. *in fine.*

12 Decimò, aduersus textum nostrum in versic. *sicut filius* dum asserit, quod quemadmodum filius tenetur debita patris soluere ita & Prælatus, si in Ecclesiæ vtilitatem debitum sit conuersum, & Alexander ibidem equiparat filium Prælato, & tamen si filius hæres patris sit, vt textus noster ita interpretãdus; tenetur soluere patris debita proportione hereditaria, etiam si in patris vtilitatem non sint versa. Ratio est: quia hæreditas ære alieno obligata remanet: *l. qui in aliena* 6. in principio, *l. mora* 8. *ff. de adquirenda hereditate*, *l. æris alieni*, *Cod. de donationibus*: & ideo filius, quia hæres ea debita soluere tenetur, cum defuncti personam repræsentet; *Authent. de iure iurando à moriente præstito*, in principio, & sic hæres si inuentariũ non fecerit debitis obligatus existit, quemadmodũ ipse defunctus, quia additione hæreditatis quidam quasi contractus celebratus, quo hæres creditoribus, & legatarijs tenetur: *l. apud Iulianum* 13. §. *finali ff. ex quibus causis in possessionem*, §. *hæres instit. de obligationibus, quæ ex quasi contracta.* Hinc est quod ad hoc vt creditor possit filium pro debito patris conuenire non sufficit probare esse filium, sed & hæredem. Cui difficultati respondendum est similitudinem in præsenti inter filium, & Prælatum fictam non in omnibus procedere: nam in multis differunt, & ea ratione textus noster vtitur dictione illa *sicut*, quæ non importat omnimodam similitudinem, sed in aliquo iuxta *glossam* verbo *sicut* in *cap.* 1. *de Sacra vnctione*, *glossa* in *cap. Inquisitionis de accusationibus*, & verbo *aliqua* in *cap. ex ore de priuilegijs*: *glossa final in l. si cum venderet*, *ff. de pignoratitia*, in eo tantum consentire poterit similitudo illa: vt quemadmodum filius si hæres est, tenetur soluere

uere debita patris, ita & Prælatus debita suę Ecclesiæ: si tamen in Ecclesiæ vtilitatem conuersa sint: vt supra retulimus, & an successor in beneficio, vel maioratu teneatur stare locationi factę à predecessore: videndus est *Couarr. lib. 1. Variarum, cap. 15. num. 6. Tiraquellus de retractu Conuenti. §. 3. glossa vnica Morla in Emporio titulo* 10. *quæst.* 2. fere per totam præcipue *num.* 20. & in *titulo* 5. *quæst.* 3. *Fachineus lib. 3. controuersiarum, cap.* 29. & 30. qui plura notatu digniora referunt, cũ traditis à *Cenedo* in dicta *Collect.* 76. *Barb. in præsenti num.* 5.

Ad textũ in c. Oduardus 3. hoc Titulo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, si non habeat, vnde satisfaciat suis creditoribus, nõ debet excommunicari, neque aliter molestari: præstabit tamen cautionem saltem iuratoriam de soluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.*

2 *Milites comestes aquiparantur militibus terrestribus.*

3 *Milites in plas, quam facere possunt condemnari non debent.*

Locupletari quis non debet cum alterius iactura.

3 *Exponitur textus in cap. Archidiaconus 5. de officio Archidiaconi: Archidiaconus de iure communi censuram Ecclesiasticam imponere non potest.*

4 *Declaratur textus in cap. cum tu 5. de vsuris.*

5 *Exponitur textus in cap. finem litibus de dolo, & contumacia.*

6 *Species proponitur ad textum in cap. 1. de depositis.*

7 *Expenditur textus in cap. ex rescripto 9. de iure iurando.*

Pactum obstagij illicitum est, & obligationem non producit.

8 *Refertur D. Paulini factum Nolanæ vrbis Episcopi, de quo meminit Paulus Diaconus in Martino.*

9 *Declaratur Cõcilium Tridentinæ sessione* 25. *de reformatione cap.* 3. *Iudices Ecclesiastici in executionibus realibus, vel personalibus à censuris Ecclesiasticis se abstinere debent.*

10 *Interpretatur textus in cap. vnico, de Clericis coniugatis lib.* 6.

11 *Exponitur textus in cap. nullus de foro competenti.*

12 *Declaratur textus in l. ex contractu* 3. *C. de bonis auctoritate iudicis possidendis.*

Beneficium cessionis prodest debitori cedenti; non vero ei, qui post cessionem contraxit.

13 *Exprimitur ratio ad textum in l. final* §. *final ff. quæ in fraudem creditorum.*

14 *Conciliatur textus in l. debitoris* 7. *ff. de cessione bonorum, cum dicta l. final, ff. quæ in fraudem creditorum.*

15 *Ad concordiam reducitur textus in l. diuortio* 35. *ff. de negocijs gestis, cum l. non tantum* 20. *ff. de re iudicata.*

Socer nisi in id, quod facere possit non condemnatur.

16 *Redditur ratio ad textum in l. sicut* 21. *ff. de re iudicata, l. ex diuerso* 17. *ff. soluto matrimonio.*

17 *Expenditur textus in l. penult. ff. de iure dotium.*

18 *Socius, nisi in quantum facere possit, non condemnatur.*

Ad concordiam reducitur textus in l. verum, ff. pro socio cum l. sunt qui 16. *ff. de re iudicata.*

Denator condemnari non potest, nisi in id, quod facere possit.

19 *Conciliatur textus, in l. si extraneus* 33. *ff. de iure dotium, l. Nesonius* 41. *ff. de re iudicata.*

1 CONCLVSIO, si Clericus non habeat vnde satisfaciat suis creditoribus non debet excommunicari, nec aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliter molestari, præstabit tamen cautionem, saltem iuratoriam de soluendo cum venerit ad pingiorē fortunam. Quæ conclusio licet singularis sit, tamen comprobari potest ex textu in *cap. dilectis de appellationibus*, *cap. vt fama*, *cap. sacro de sententiâ excommunicationis*, *cap. si Clericus eodem titulo lib. 6. cap. quēadmodum de iure iurando*, *cap grauis de pœnis*, *cap. olim de restitutione spoliatorum*, *cap. 2. de pignoribus*, *cap. peruenit de testibus*, *cap. Duibertū* 1. 2. *q.* 7. *c. faciat.* 12. *quæst.* 2. *cap. ad falsariorum de crimine falsi*, *cap. nouimus de verborum significatione*, *cap. non satis* apud medium 86. *distinct. cap. studeat* 50. *distinct. cap. impossibilium de regulis iuris lib. 6. l. impossibilium*, *l. in condemnatione*, *ff.* codē *l. mulier* 6. *l. sunt qui* 16. *l. item miles* 18. *ff. de rei vindicata*, *l.* 1. *Cod. qui bonis cedere possunt*, *l. is*, *quiff. de cessione bonorum* §. *final inst. de actionibus*, *l.* 23. *titulo* 6. *partita* 1. *l.* 3. *titulo* 15. *partita* 5. Exornant, *Gutierrez de iuramento confirmatorio* 1. *parte*, *cap.* 17. & 18. *Couarru. lib.* 2. *variarum*, *cap.* 1. *num.* 5. & 9. *Menochius de arbitrarijs casu* 183. *num.* 29. & 30. *Marta de iurisdictione* 4. *parte casu* 144. *Pax in praxi tomo* 2. *parte* 3. *cap. vnico*, *num.* 4. cum sequentibus, *Antonius Gomez* 2. *tomo variarum*, *cap.* 13. *num.* 18. *Baeza de inope debitori*, *cap.* 17. per totum, *Didacus Perez in l.* 1. *titulo* 3. *lib.* 1. *Ordinamenti*, *glosa* 1. *Pariadorus lib.* 2. *rerum quotidianarū*, *cap. final* §. 76. *num.* 24. *Antonius Faber in iurisprudēria titulo* 6. *principio* 4. *illatione* 4. *Osualdus ad Donellum lib.* 19. *comment. cap.* 9. *littera H. H. Pichardus in dicto* §. *final inst. de actionibus* fere per totū, *Gratianus disceptationū forensium*, *cap* 222. *num.* 8. cum traditis *à Barbos. in Collect. ad nostrū textum*, *num.* 1. & 2.

2 Ratio quare Clericus pro debitis ciuilibus non tenetur in plus, quam facere possit ea est: quia milites cœlestis militiæ æquiparantur militibus terrestribus, *cap. reprehensibile* 23. *quæst.* 8. Notat *Eberardus in topicis legalibus c.* 22. *in principio*. *Gutierrez* vbi supra *num.* 7. & quemadmodū militibus hoc priuilegium conceditur ne deserant militiam, *l. miles* cum supra adductis multo fortius cęlesti militi hoc priuilegium debet competere: ne à diuinis ministerijs se abstineat, & ne in ordinis opprobriū cogatur mendicare, *cap. Diaconi* 93. *dist.* notat *Coua.* vbi supra *num.* 9. præstabit tamen cautionem saltem iuratoriam de soluendo cum venerit ad pinguiorem fortunam. Ratio est: quia non debet quis locupletari cum alterius iactura, vel iniuria, *cap. locupletari de reg. iuris lib.* 6. quia cessante causa cessat effectus. *Cap. cum cessante de appellationibus*. Ideo si in pinguiorem fortunam peruenerit soluere tenetur argumento textus in *l.* 1. *Cod. qui bonis cedere possunt*.

3 Primò, aduersus textum nostrum dum asserit sententiam excōmunicationis ab officiali Archidiaconi Remensis contra Oduardum Clericum prolatam valuisse. Obstabit *textus in cap. Archidiaconus* 5. *de officio Archidiaconi*. Ex cuius decisione apparet Archidiaconum ex Ecclesiastica institutione non posse excommunicationis sententiam imponere: ergo in præsenti iniuste ab officiali Archidiaconi Remensis fuit promulgata aduersus Oduardum Clericum. Pro cuius dubij solutione ad notandum est, valde inter Doctores controuersum esse, an Archidiaconus ex iure communi, an vero ex consuetudine possit excommunicationis sententiam ferre, cum hac in re iura interse valde repugnantia reperiantur, vt constat ex textu in dicto *cap. Archidiaconis* 5. *cap. dudum* 54. versic. *tandem de electione*, *cap. ad hæc cap. cum satis*

satis de officio Archidiaconi, *capite* 1. *de eo qui furtiue ordines* constat ex *Hostiensi in summa titulo de officio Archidiaconi*, §. *quid sit eius officium Azorio institutionum moralium parte* 2. *lib.* 3. *capite* 14. *quæstione* 2. *versiculo atque*, *hæc quidem*. Sed multis omissis verius dicendum est Archidiaconum cēsuram Ecclesiasticam de iure communi ferre non posse: nisi ex Episcopi permissu, vt constat ex dicto *cap. Archidiaconis* 5. *de officio Archidiaconi*, in versiculo *ex Ecclesiastica constitutione* notat *Barb. in Collect.* ad eundem textum. Nec obstat textus noster: quia in præsenti Archidiaconus Remensis potuit aduersus Clericum illum, illam excommunicationis sententiā proferre: quia id specialiter Archidiacono Remensi ex priuilegio sibi concesso permissum est, vt insinuare videtur, *textus in capite Romana* 5. *de sententia excommunicationis lib.* 6. vbi notant omnes de qua re plura, & plures refert *Barbosa in Collectanea ad textum* in dicto *capite Archidiaconis* 5. *de officio Archidiaconi*.

4 Secundò, obstabit textus in *capite cumtu* 5. *de vsuris*, vbi Alexander III. in impijssimos, & detestabiles vsurarios ob pecuniam ex ea causa debitam, si nota fuerit eorum paupertas, non esse vinculo excommunicationis plectendos asserit: ergo multo minus in præsenti Clericus, qui propter aduersas fortunas amisit illa excommunicationis sententia plecti debuit, cum eius paupertas officiali Archidiaconi nota fuerit: vt constat ex verbis illius textus, ibi, *sed propter rerum inopiam soluere non valentem*, atque ideo illa excommunicationis sententia ligari non poterat: cum, nisi propter in obedientiam, de qua in specie nostri textus non constitit, nemo excommunicari possit. *Capite nemo Episcoporum* cum alijs 11. *quæstione* 3. Verum huic dubio respondendum est in specie textus in dicto *capite cumtu* 5. *de Vsuris*, notoria erat inopia vsurariorum, atque ideo non poterant excommunicationis pœna innodari, cum illa notoria paupertatis causa eos excuset. Argumento textus in *l.* 6. *ff. de dolo*, & ideo illa excommunicationis sententia tamquam iniusta proferri non poterat. Argumento textus in *capite erit autem lex* 4. *distinctione*, *capite si dominus*, *capite Iulianus*, *capite qui resistit* 11. *quæstione* 3. at vero in specie nostri textus ideo excommunicationis sententia à principio valuit: quia Archidiacono Remensi de illius Clerici inopia non constitit, vt ex eius contextura aperte colligitur. Præcipue ex verbis illis, *mandamus quatenus si constiterit*, sicque de eius contumacia apparuit, ac proinde nihil mirum sententiam illam excommunicationis à principio prolatam vires obtinuisse, licet veritate comperta relaxari debeat præstita prius idonea cautione, de qua in præsenti mentio habetur. Nec obstant verba illa *propter rerum inopiam*: quia tantum fuerunt inserta in facti narratione, & partis allegatione postquam iam excommunicationis sententia fuisset prolata, quo in tempore nondum de paupertate constabat:

5 Tertiò, prædictis obstabit vulgaris textus in *capite finem litibus de dolo*, *& contumacia*, vbi apparet, quod si Clericus adeo pauper sit, quod soluere non possit illa debiti solutio arbitrio iudicis commutari

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest in pœnam corporalem, & quod ibi de Clericis sit actum patet ex verbis illius textus ibi, *præsertim cum de beneficijs Ecclesiasticis litigatur.* Augetur difficultas ex illa vulgari regula, qua docemur, quod qui non habet in ære luat in corpore. *l. final ff. de in ius vocando, l. si quis id §. in seruos autem ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. 1. §. final ff. de pœnis, l. quicumque Cod. de seruis fugitiuis*, cum traditis à *Farinacio 1. parte praxis criminalis, quæst. 16. num. 1.* Sed huic dubio respondendum est in specie nostri textus priuilegium illis solis fuisse cõcessum, quibus calamitate aduersa, & iniuria temporis deperditæ & exactæ fuerant facultates, non vero illis, qui ob maleficium, & perpetratum delictum conueniuntur: vt resoluit *Baeza de inope debitore, cap. 11.* per totũ. Quo supposito non obstat textus in dicto *cap. finem litibus de dolo, & contumacia*: quia ideo ibi ob expensarum cõdemnationem, & pauperratem arbitraria corporalis pœna in Clericum fuit imposita: quia Clericus ille malitiosè, & solum animo calumniandi, & morandi falsas exceptiones in iudicio proposuit: notat *Abb. in præsenti num. 5. Cuiacius in dicto cap. finem litibus de dolo, & cõtumacia Couarr.* vbi supra *num. 8.* quam quidem distinctionem inter causam ciuilem, & criminalem ita, vt Clericus æquiparetur laico, in criminali, vt luat in corpore, si non habet in ære: ex dicto *cap. finem litibus de dolo, & contumacia*: tenet *Baeza* plures referens *de inope debitore, cap. 11. num. 13.*

6 Quartò, huic doctrinæ valdè obstabit textus in *cap. 1. de depositis*: vbi apparet, quod, si Canonicus depositi actione sit conventus (quæ ciuilis est, vtpote ex contractu, & ciuili obligatione descendens, *§. præterea inst. quibus modis re contrahitur obligatio, l. contractus 14. ff. de reg. iuris*) non solum vltra quam facere possit condemnatur contra nostri textus priuilegium, sed etiam vinculis, donec soluat, detineri debet: igitur nulla inter Seculares, & Ecclesiasticì ordinis personas potest differentia constitui, sed illius textus difficultas facile diluitur. Primo, quia in specie illius textus nullo modo de illius Canonici inopia apud iudicem constitit, imo potius ad aures Pontificis peruenit locu los habuisse: vt constat ex verbis illius textus ibi, *quod vt (audiuimus) loculos habet.* Vnde nihil mirũ quod nostri textus priuilegium ei non indulgeatur, cum tantum ægenis, & miseris Sacerdotibus sit indultũ, præterea omnis scrupulus remouetur ex eo, quod Clericus ille pecuniam apud eum depositam asportasset, in quo graue furti crimen commisit: vt constat ex eodem textu in verficulo, *quo circa, l. 1. §. si rem l. si sæculum 29. ff. depositi, l. 3. l. qui depositum, Cod.* eodem merito non ob debitum ex ciuili, sed ex criminali causa recto iure illa torturæ corporali pœna plectitur: vt bene animaduertit, *Barbos.* plures referens *in Collect. ad eundem textum numero 6.*

7 Quintò, prædictis valdè obstat textus difficilis in *cap. ex rescripto 9. de iure iurando*, vbi ob debita cõtracta inter Abbatem Tremensem, & quemdam P. pro securitate mutui Abbas ille quosdam ex suis Monachis obsides dedit, qui de obseruanda conuentione iurauerunt vt latius ex littera textus patet, iubetque in hac specie, vt Abbas, & Monachi iuratam conuentionem censura Ecclesiastica, & modis omnibus

bus adimplere cogantur non obstãte eo, quod de eorum summa inopia appareret: nam si locupletes essent, & facultatibus idonei nec in obstagio Monachos nec fideiussores adhibuissent: ergo si Monachis priuilegium nostri textus denegatur multo fortius Sacerdotibus, in quibus minor ratio militat docet, *Baeza de inope debitore, cap. 17. num. 17.* vbi asserit nostri textus priuilegium, etiam Monachis competere. Sed huic dubio respondendum est in specie illius textus priuilegiũ nostri textus cessare. Ratio est quia in dicto *cap. ex rescripto*, nec euidenter, nec vllo alio modo de illius Monasterij inopia constabat, & quãuis de ea apparuisset, tamen extraordinarium nostri textus beneficiũ illis non poterat competere, cum adiecti fuissent fideiussores laici, qui locupletes, & soluendo & facultatibus idonei erant, & similiter idẽ promisserant, & ad illos expectabat soluendi necessitas principalibus debitoribus deficientibus. Nec adhuc obstabit, si dixeris pactum illud obstagij turpe, & illicitum fore, ac obligationem non producere, cum speciem seruitutis in libera persona cõtineat, cõtra decisionẽ *textus in cap. 2. de pignoribus, l. 1. & 2. ff. de libero homine exhibendo*: quia huic dubio omissis alijs respondendum est cum his, quæ supra retulimus in dicto *cap. 1. de pignoribus*, in tertio dubio, de quo similiter videndos est, *Barbos. in Collect. ad textum* in dicto *cap. ex rescripto, num. 1. & 2.*

8 Sextò, prædictis obstat illud Diui Paulini factum Nolanæ Vrbis Episcopi, de quo meminit Paulus Diaconus in Martino his verbis: *Inter has procellas vir pijssimus Paulinus Nolanæ Vrbis Episcopus postquam quid habere potuit in captiuorum Redemptionem expendit nouissime nihil aliud, nisi ipse sibi solum modo super esset, pro cuiusdam viduæ filio maternas non volens ferre pijs visceribus lacrimas, cum eadem ad Africam proficiscens se se barbaro vice Vicario in seruitium tradidit, cuius sanctitas, cum apud eamdem barbaram gentem Dei meta cognita fuisset, demũ cum omnibus suis Ciuibus ad Vrbem pro priã remeauit*, hæc sunt Paulini Diaconi verba, ex quibus constat quod & si Paulinus nihil præter mutuam charitatem deberet, se se traditus fuit in seruitium Barbari, vt proximum à captiuitate liberaret. Verum huic dubio respondendum est quod Episcopus ille id non fecit coactus, sed sponte summa charitate motus quod exemplum ad iuris consequentiam trahi non debet: vt refert *Baeza de inope debitore, cap. 17. num. 5.*

9 Septimò, prædictis obstat, *Concilium Tridentinum, sessione 25. cap. 3. de reformatione*, vbi cauetur quod in causis iudicialibus omnes iudices Ecclesiastici cuiuscumque dignitatis sint in executionibus realibus, vel personalibus ab ipsis faciendis se abstineant à censuris Ecclesiasticis. Consideratio est, ergo executio in Clericorum personis fieri poterit, ac perconsequens priuilegium nostri textus derogatum videtur ex dicto *Concilio Tridentino, cap. 3.* Sed respondendum est in dicto *cap. 3.* non fuisse sublatum beneficium Clericis concessum in textu nostro. Ratio est: quia in dicto *cap. 3.* non mandatur iudicibus Ecclesiasticis, vt capiant Clericos pro debitis ciuilibus, sed tantum illud dicitur de captione personali, quæ in multis casibus iudicibus permissa est: veluti, quando Clericus est conductor Regij vectigalis, quo in casu in carcerem mitti poterit: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

constat ex *l. fili* 118. de qua meminit *Baeza*, vbi supra *num.* 1. & 15. & plures alios casus quare Clericus in carcerem pro debito ciuili detrudi possit refert *Baeza*, & *Gutierrez* vbi supra præcipue *Barbos. in Collectan. ad nostrum textum*, & in illis est intelligendus textus in dicto *cap.* 3. prout ipse aperte, & manifeste asserit, & sic ex eo non fuisse correctũ nostri textus priuilegium, cum correctio iuris semper sit euitanda, cũ expresse non sit facta, *cap. cum expediat* cum vulgatis *de electione*, quam interpretationem refert *Gutierrez de Iuramento Confirmatorio, dicto cap.* 17. *nu.* 91. *Salzedo in praxi, cap.* 123. *folio* mihi 387. *Paz in praxi* 2. *tomo* 3. *partis, cap. Vnico, num.* 6.

10 Octauò, aduersus communem Doctorum sententiam in præsenti receptam; videlicet nostri textus decisionem tantum obtinere in Clericis Sacris Ordinibus initiatis, vel in illis, qui altari, aut Ecclesiæ proprio ministerio seruiunt, vel beneficium obtinent, non vero in illis, qui tantum minoribus ordinibus decorantur, iuxta *Concilium Tridentinum sessione* 26. *cap.* 6. tenent *Couarru. lib.* 2. *Variarum, cap.* 1. *num.* 9. *Baeza* vbi supra *cap.* 17. *num.* 20. *Gutierrez* vbi supra *cap.* 17. *num.* 8. cum traditis à *Barbos. in Collect. ad hunc textum, num.* 8. obstabit *textus in cap. Vnico de Clericis coniugatis, lib.* 6. vbi Bonifacius 8. priuilegiũ *Canonis si quis suadente* 17. *quæst.* 4. cõcedit Clericis in minoribus ordinibus constituris, qui tantum tonsurã, & vestem Clericalem habent. Verum respondendum est decisionem textus in dicto *cap. Vnico*, & eius priuilegium minoribus ordinibus constitutis concessum rãtum locum habere, quoad causas criminales, siue de illis criminaliter, siue ciuiliter fuerit actum: non vero, quo ad ciuiles pecuniarias, cum de illis in textu illo non solum nulla fuerit facta mentio, imo potius expresse fuerint exclusæ; vt constat in versiculo *in cæteris*: notant *Couarru. Baeza*, & *Gutierrez*, vbi supra *Barbos. in Collectan. ad textum* in dicto *cap. In eo de Clericis coniugatis lib.* 6. *num.* 8. & 9. & sic in dicto *cap. Vnico* Clericũ coniugatum tantum duobus in casibus gaudere priuilegio Clericali. Primo in priuilegio textus in dicto *capit. si quis suadente diabolo* 17. *quæst.* 4. Secundo in excessibus eorum Clericorum respectu fori: in alijs vero non gaudere, ac proinde pro debito ciuili à iudice laico carcelari poterunt: vt docet *Gutierrez* vbi supra *num.* 10. apud finem. Nec solutioni obstãt verba textus in dicto *cap. Vnico* in versiculo *criminaliter, aut ciuiliter*: quia debet intelligi non de causa ciuili, sed de criminali, quæ ciuiliter intentatur: notat *Thomas Sanchez lib.* 7. *de Matrimonio disp.* 46. *numero* 22. *Suarez in tract. de defensione Fidei Catholicæ lib.* 4. *de immunitate Ecclesiastica, cap.* 27. *num.* 16. *Rectus in praxi variarum resolutionum* 2. *tomo resolutione* 391. *Felicianus de la Bega in comment. ad textum in cap. nullus* 2. *de foro competenti, num.* 9.

11 Nonò, solutioni supra additæ obstat textus in *cap. nullus* 2. *de foro competenti*, vbi probatur, quod nullus iudex secularis potest condemnare, nec procedere cõtra Diaconum, vel Clericum vllum sine permisso Pontificis: ergo nec contra Clericum in minoribus ordinibus constitutum, etiam ex ciuili causa poterit procedere ponderando verbum illud, *illud, etiam si Ecclesias non seruiat*, iuncto versiculo *minores* cum eius *glossa* verbo *minores*. Sed respondendum est textum illũ esse intelligendum cum decisione textus in dicto *c. Vnico de Clericis cõiugatis lib.* 6. hoc est nõ posse laicũ cognoscere in excessibus ab illis Clericis in minoribus factis ordinibus constitutis, non vero in debitis ciuilibus, & licet textus ille loquatur in debitis, tamen debet intelligi in Clericis minoribus alligatis seruitio Ecclesiæ: quia licet incedant in habitu, & tonsura, non gaudent immunitate illa, nisi inseruiãt Ecclesiæ, vt constat ex dicta *sessione* 26. *cap.* 6. Argumento textus in *cap. exceptionem de priuilegys, lib.* 6. Quã interpretationem sequitur *Gutierrez*, vbi supra dicto *cap.* 17. *num.* 12. *Felicianus de la Bega* in dicto *cap. nullus* fere per totum. Hæc dicta sufficiant de Clerico in Sacris Ordiniibus constituto, cui absque cessione bonorum subuenitur cum remedio nostri textus; ne conueniatur vltra id, quod facere possit præstita cautione, de qua in præsenti mentio habetur: aliud vero obseruatur inter laicos: nam vt laicus vltra id, quod facere possit, non conueniatur necesse est, vt prius bonis cedat, & post cessionem bonorũ in id, quod postea adquisierit, similiter non potest conueniri: nisi in id, quod facere possit: iuxta textum in § *final. instit. de actionibus, lege iſqui bonis* 4. *lege qui bonis* 6. & 7. *ff. de cessione bonorum, lege cum ea filij* 7. *Codice qui bonis cedere possunt, lege ex contractu* 3. versiculo, *aut tunc demum, Codice de bonis authoritate iudicis possidendis, lege* 1. & 3. *titulo* 15. *partita* 5. tenent *Pichardus* in dicto §. *final* per totum *instit. de actionibus. Petrus Gregorius* 3. *parte Syntagmatum lib.* 22. *capite* 8. cum sequentibus, *Couarruuias, lib.* 2. *Variarum, capite* 1. *Baeza de inope debitore, capite* 1. per totum. *Gutierrez de iuramento confirmatorio* 1. *parte, capit.* 16. *Barbos. in lege maritum* 13. *ex numero* 1. & *in lege alia* 9. *Eleganter ex numero* 50. *ff. soluto matrimonio, Paz in praxi* 1. *tomo* 4. *parte cap.* 5. *numero* 8. & 3. *parte secundi tomi, c. p. Vnico* cum traditis à *Pichardo* vbi supra *numero* 2. & *in manuductionibus ad praxim* §. 9. per totum *Osualdo ad Donellum lib.* 27. *comment. cap.* 9. *littera P.*

12 Decimò, huic resolutioni obstabit textus in *l. ex contractu* 3. *Cod. de bonis authoritate iudicis possidendis*, vbi Gordianus scripsit eum, qui bonis cessit ex contractu, qui cessionem antecessit non conuenire; recte tamen ex cõtractu ex post facto celebrato, & si ampliorẽ non sit consecutus fortunã. Sed huic dubio respondendũ est, verisimũ esse beneficiũ cessionis prodesse debitori cedenti, non vero ei, qui post cessionẽ cõtraxit: nã & si in bonis, quæsitis tantũ cõueniri possit à creditoribus antecessionem factam obtentis tamen à creditoribus post cessionem factam obtentis in solidum conuenitur: & ita obtinet textus in dicta *l.* 3. *Cod. de bonis authoritate iudicis possidendis*. Notat *Pichardus* in dicto §. *final instit. de actionibus, num.* 42.

13 Vndecimò, prædictis obstat textus in *l. final* §. *final ff. quæ in fraudem creditorum*: ex quo cõstat, quod, & si quis bonis cedat, si tamen ante cessionẽ bona alienauerit, nihilominus in solidũ poterit conueniri. Verum respondendum est textum in dicto §. *final* procedere speciali ratione in eo, qui alienauit bona sua in fraudem creditorum, qua de causa illa bonorũ cessio non admittitur, sed in solidum condemnatur: & propter dolum, & culpam ab eo commissam amittit priuilegium illud, notat *glossa* in dicto §. *final Bar-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tolus in l. alia §. eleganter ad finem, ff. soluto matrimonio, Pichardus in dicto §. final inst. de actionibus num. 44.

14 Duodecimò, obstat textus in l. debitoris 7. ff. decessione bonorum: vbi Modestinus asserit, quod, si debitoris bona venierint postulantibus creditoribus, permittitur rursus eiusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequatur, quod vtique expresse repugnat decisioni textus in dicto §. final instit. de actionibus: siquidem ibi in bonis postea quæsitis tantum hæc distractio permittitur, quatenus debitor facere possit, non vltra. Cui dubio recte satisfacit Acursius in dicta l. si debitoris 7. dum asserit, quod ibi Modestinus in fine satis aperte explicat, quod à principio scripserat: scilicet iterum licere creditoribus debitoris, qui bona cessit ea distrahere, donec suum consequatur: quod ita accipiendum est, si tales sunt adquisitæ facultates debitori, quibus Prætor, aut iudex, cuius de ea re notio est, vt mouere possit ad distrahenda bona; sicque illa potius ex quantitate æstimandâ, vt vendantur ita, vt debitori misericordia, & sustentationis causa aliquid relinquatur, cum alimentis fraudari non possit: notat Pichardus in dicto §. final inst. de actionibus, num. 45. Osualdus ad Donellum, lib. 17. comment. cap. 9. littera F. F. idem Pichardus late in manuductionibus ad praxim §. 9. num. 4. Est enim animaduertendũ, quod plures sunt personæ, quibus cessio bonorum non permittitur, nec similiter pro debito incarcerari poterunt, nec in solidum conueniri, sed tantum quãtum facere possint: veluti maritus, vxor, pater, patronus, socius, socer, dotator, donator, cum multis alijs, de quibus mentio habetur in l. sunt, qui 16. l. Patronus 17. l. item miles 18. l. inter eos 19. §. is quoque l. non tantum 20. l. sicut 21. cum alijs, ff. de re iudicata, l. si maritum 13. l. maritus 3. ff. soluto matrimonio, l. in condemnatione 173. ff. de reg. iuris, §. itẽ si de dote 37. inst. de actionibus, l. Diuus 18. ff. de regul. iuris, cum traditis ab Osualdo ad Donellum, lib. 17. comment. cap. 9. per totum, Antonio Pichardo in manuductionibus ad praxim §. 9. Baeza de inope debitore, cap. 3. & 17. num. 34. cum sequentibus.

15 Decimotertiò, principijs supra adductis valde obstat textus in l. diuortio 31. ff. de negocijs gestis: vbi apparet in solidum vxori aduersus meritum actionem competere, si dotis nomine non agat, quod omnino contrarium refert textus in dicta l. non tantum 20. ff. de reiudicata, quæ iura primo ad concordiam reduxit Acursius in dicta l. non tantum verbo condemnandus, & in l. vxori marito verbo iudicio, ff. de donationibus inter dum asserit actionem vxori, etiam ex quocumque cõtractu agẽti aduersus maritum nõ insolidum, sed quatenus maritus facere possit competere, si tamen vxor constante matrimonio agat; secus, si post diuortium: quia tunc, etiam, si contractus constante matrimonio sit initus, in solidum agit. Verum hæc interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod ob honorem, & reuerentiam matrimonij ex contractu ante inito beneficium dictæ legis sunt, qui 16. ff. de reiudicata marito debet competere, vt constat ex textu in l. quod si maritus 3. de constituta pecunia, licet aliud senserit, Cuiatius lib. 3. differentiarum Modestini in dicta, l. non tantum 20. ff. de reiudicata Duarenus prælectione 24. in dicta l. sunt, qui & in dicta l. non tantum, qui difficultatẽ aliter diluit existimans illam

illam Diui Pij constitutionem relatam in dicta l. non tantum, accipiendam esse cum exceptione illa, de qua mentio habetur in dicta l. diuortio facto, hoc est nisi contractus sit initus soluto matrimonio ponderãdo illa. Scebolæ verba ibi, diuortio facto. Argumento textus in l. non est nouum 26. ff. de legibus. Sed hæc Duareni interpretatio dilucide impugnatur ab Antonio Pichardo in manuductionibus dicto §. 9. num. 55. Quare omissa interpretatione, quã refert Antonius Faber in rationali, ad textũ in dicta l. diuortio facto ff. de negocijs gestis, verius est dicendum constitutionem illam Diui Pij relatam in dicta l. non tantum meminisse solum contractum, non vero delictum: nam, si maritus ex delicto conueniatur, veluti iudicio rerum amotarum tunc in solidum condemnabitur, l. si verum 52. ff. de re iudicata, & huic dicto pertinet Scebolæ responsum in dicta l. diuortio ex eo, quod agi poterat ad restitutionem dotis, non dotis nomine, seu actione, sed negotiorum gestorum, & delictum in administratione commisit: quia à se non exegit. Notat Acursius in dicta l. diuortio glossa verbo facere in versiculo hinc euenit istud propter delictũ, quod in administratione commisit: quia à se non exegit: quam interpretationem late scripsit, & admisit Pichardus in manuductionibus ad praxim in dicto §. 9. num. 56. & de mariti condemnatione in solidum, quo ad interpretationẽ textus in l. vnica, §. 7. Cod. de rei vxoriæ actione, videndus est Osualdus dicto lib. 27. comment. cap. 9. littera O. O.

16 Decimoquartò, aduersus id quod supra retulimus videlicet socerum, nisi in id, quod facere possit condemnari non posse iuxta textum in l. reiudicata 15. §. socero ff. soluto matrimonio, l. ex diuerso 17. ff. eodem. Obstabit textus in l. sicut 21. ff. de reiudicata, vbi apparet, quod pater vxoris insolidum à marito conueniri poterit. Pro cuius dubij solutione adnotandum est multum referre, an pater vxoris à nuro cõueniatur soluto matrimonio, an vero eo constante: nam si constante, tunc non insolidum, sed quatenus facere possit, est conueniendus, & ita est intelligendus textus in dicta l. ex diuerso 17. ff. soluto matrimonio. Si vero soluto matrimonio socer conueniatur, tũc in solidum condemnari potest, & ita est intelligenda illa Neratij sententia in dicta l. sicut 21. in fine, ff. de reiudicata, quę interpretatio aperte deducitur ex Papiniani sententia in sequenti l. sed & hoc 22. ff. de reiudicata, & constat ex verbis illius textus in principio ibi, sed hoc ita accipitur. Ratio differentiæ est: quia constante matrimonio amor, & affinitas durat: & sic priuilegium de quo in dicta l. sunt quidã: at vero soluto amor finitur simul, & affinitas: & sic priuilegij. Notat glossa in dicta l. sed hoc. Osualdus ad Donellum lib. 17. comment. cap. 9. littera S. T. Antonius Faber, lib. 2. coniecturarũ, cap. 14. Duarenus in dicta l. 17. ff. soluto matrimonio.

17 Decimoquintò, solutioni obstat textus in l. penult. ff. de iure dotium: ex quo probari videtur, quod etiam soluto matrimonio hoc priuilegium socero competit, nisi dolus eius arguatur: quia sciens se non esse soluendo promisit dotem genero illum decipiendo: nam tunc ab hoc priuilegio arcebitur. Ergo eo cessante tuebitur illo etiam soluto matrimonio, ac perconsequens solutio supra adducta sustineri nequit. Sed huic dubio respondendũ est textum in dicta l. penult. nõ probare

Universidad de Deusto
Biblioteca

bare simpliciter, & generaliter soluto matrimonio hoc priuilegium socero compe ere, sed existimat ex iusta causa, & persona hoc priuilegium, etiam soluto matrimonio, socero concedi posse: quasi sensus sit, quod licet constante matrimonio propter solam personã soceri hoc priuilegium tribuatur, tamen eo soluto propter solam personam ei nõ tribuatur, nisi vlterius accedat causa propter quam iudex ei huiusmodi beneficium, seu priuilegium tribuat, quæ quidem interpretatio deducitur ex eadem, *l. penult.* versic. *ex causa*, quod quidem verbum simpliciter prolatum denotat causam iustam, & rationabilem iuxta textũ in *cap. 1. §. porro de statu regula. lib. 6.* Notat *Duarenus*, *Antonius Faber*, & *Osualdus* locis supra citatis.

18 Decimosextò, aduers⁹, ea quę supra retulimus, videlicet socios in plus conueniri non posse, nisi quatenus facere possint, vt Vlpianus asserit in dicta *l. sunt, qui* 16. *ff. de rei vindicata*, veluti si socij omnium bonorum sint valde obstabit textus in *l. verum, ff. pro socio* vbi priuilegium hoc socio competit, etiam si socius omnium bonorum non sit, hoc est etiam si in se tantum particularis sit socius. In quorum iurium contrarietate omissa interpretatione, quã refert *Acursius* in dicta *l. verum* verbo *vnius rei* idem in dicta *l. sunt, qui* verbo *accipiendus* verisimè est dicẽdum iura illa non esse contraria: nã cum eiusdẽ Authoris Vlpiani sint, non est verisimile credendum idẽ cõtrarium sensisse: siquidem, quod Vlpianus scripsit in dicta *l. sunt, qui* 16. *ff. de rei vindicata*, scilicet, priuilegium illud locum habere in socio omnium bonorum, similiter addidit, & explicuit in dicta *l. verũ ff. pro socio*, hoc est, idẽ esse in socio vnius rei, & si hæc essent scripta in eodẽ loco nulla repugnantia reperiretur, & sic Vlpianus suplet in dicta *l. verum*, quod in dicta *l. sunt, qui* omissum est, idque euidenter probatur ex ratione tradita ab Vlpiano in dicta *l. verum*, ibi *id summam rationem habere: quia societas ius quodammodo fraternitatis in se habet*, quæ ratio, cũ tam in socio particulari, quam in vniuersali locum habeat; merito hoc priuilegium vtrique in distincte tribuendum est. Notat *Duarenus* in dicta *l. sunt, qui* 16. *ff. de rei vindicata*. *Iason*, ibidem *num.* 6.

19 Decimoseptimò, aduersus id, quod supra retulimus, videlicet donatorem condemnari non posse, nisi in id, quod facere possit iuxta textum in *l. inter eos* 19. *ff. de rei vindicata*, ac proinde, si extraneus mulieri dotem donauerit, & mulier extraneum dotatorem, seu donatorem marito delegauerit, maritus extraneum dotatorem conuenire non potest, nisi in id, quod facere possit: nam parcendus est maritus, qui condemnauit dotatorem, & adsolutionem non præcipitauit, si defectus sit facultatibus, ac proinde de dote non petita soluto matrimonio non tenetur. Iuxta textum in *l. si extraneum* 33. *ff. de iure dotium*. Obstabit Pauli responsum in *l. Nesenius* 41. *ff. de rei vindicata*. Vbi apparet, quod, si extraneus dotator ab vxore marito fuerit delegatus in solidum, à marito condemnatur, non vero in quãtum facere possit: in qua iurium cõtrarietate omissa interpretatione, quam refert *Cuiatius*, *lib. 4. quæstionum Paul.* in dicta *l. Nesenius* verior em esse existimo, quam tradit *Antonius Faber lib. 2. coniecturarum*, *cap.* 13. dum asserit Vlpianum in dicta *l. si extraneus*, loqui quando extraneus dotem vxori simul, & marito dona-

donauit, merito, cum maritus non possit eum tamquam donatorem in solidum condemnare, nec conuenire, mirum non est, quod ei non imputetur dos, si fuerit peremptа ex eo, quod donator pauperior fuit factus: at vero in specie textus in dicta *l. Nesenius* extraneus tantum dotem vxori donauit, non vero marito, & cum maritus non titulo lucratiuo ex donatione, sed oneroso propter onera matrimonij dotis delegationem retineat, mirum non est, quod donatorem in solidum condemnare possit. Nec solutioni obstabunt verba textus in dicta *l. si extraneus* in fine; ibi *adquiri autem mulieri accipiemus*, ex quibus probari videtur mulieri solum modo dotem fuisse donatam: quia verba illa non sunt intelligenda ad hoc, quod donatio dotis solum modo mulieri fit facta: siquidem cum marito etiam esset celebrata, sed ad hoc tantum, quod quamuis vtrique fit donata, tamen mulieri magis, quam marito adquiritur: nam si mulieri solum modo fuisset donata, nulla esset dubitatio, quod mulieri adquireretur, nec Sabini interpretatio esset necessaria, sed ex eo fuit: quia primo marito donatio fuit facta siquidem forte donator non donasset, si nuptiæ non fuissent secutæ, vt recte ratiocinatur, *Antonius Faber* dicto *lib. 2. coniecturarum cap.* 13. Reliqua videri oportet apud *Osualdum lib. 27. Comment. cap. 9. littera GG. PP. Antoniũ Pichardũ in manuductionibus ad praxim. §. 9. per totum Baeza* locis supra citatis.

Ad textum in capit. is qui final huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Probare debet is, qui agit, seu conqueritur.*
2 *Actoribus vbi non est præsumptio in contrarium onus probandi incũbit.*
Actore non probante, reus & si nihil probauerit, est absoluendus.
3 *Exponitur textus in l. cum de in debito 25. ff. de probationibus.*
4 *Refertur ratio ad textum in cap. si cautio de fide instrumentorum.*
Donare in dubio nemo præsumitur.
Reus probatam habet intentionem, quandiu de falsitate causæ non apparet.
5 *Expenditur textus in cap. 1. de clãdestina desponsatione.*
Probatio matrimonij clandestini mariti an mulieri incumbat, ibi expenditur.
6 *Ratio redditur ad textum in l. non est necesse 11. ff. de probat.*
Tutor idoneus à Magistratu est nominandus.
7 *Declaratur textus in l. quingenta 12, ff. de probat. & conciliatur cũ l. cum pater 29. de iure dotium.*
8 *Species refertur ad textum in l. si quę posidetis 16. Codit de probationibus.*
9 *Declaratur textus in l. cum de lege Falcidia, ff. de probat. l. si mortis 5. Cod. ad l. Falcidiam.*
10 *Declaratur textus in l. ab ea parte 5. in principio ff. de probat.*
Specialiter, qui non est prohibitus, regulam iuris pro se habet, vt admittatur.
11 *Refertur ratio ad textum in l. si filius 8. ff. de probat.*
12 *Interpretatur textus in l. vbi falsi Cod. ad l. Corneliam de falsis l. final in fine Cod. de abolitionib. criminum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Discutitur decisio textus in l. si quis domum §. Imperator, ff. locati.*
14 *Actori probanti indebite soluisse, repetitio competit.*
Ratio petitur ad textum in l. cũ quis 10. *Cod. de iuris, & facti ignorantia, l. error C. ad l. Falcidiam.*
15 *Expenditur textus in l. qui exceptionem* 40. *in principio, ff. de conditione indebiti.*
16 *Ciuilis ratio naturalem vincere non potest.*
Nouum non est, vt æquitas cum æquitate pugnet, & fortior ratio vincat infirmiorem.
17 *Ad concordiam reducitur textus in l. domus* 52. *versiculo* vt etiam *ff. de conditione in debiti cum l. Eleganter* 23. *in principio, ff. eodem.*
18 *Interpretatur textus in l. sed & si me* 22. *§. cum inter ff. de conditione indebiti.*
19 *Ad concordiam reducitur textus in l. cum is* 32. *§. vlt. ff. de conditione indebiti cum l. si is, cui* 19. *ff. delegatis* 2.
20 *Ratio traditur ad textum in l. si quis* 39. *ff. de cõditione indebiti.*
21 *Species traditur ad textum in l. si arca* 33. *ff. de condit. indebiti.*
Edificium cedit solo.
22 *Iterum declaratur textus in dicta l. si in area* 33. *versic.* sed is, *ff. de conditione indebiti.*
Meum, quod est amplius meum fieri nõ potest.
23 *Conciliatur textus in l. repetitio* 44. *de conditione indebiti, l. de hereditate* 5. *Cod. de petitione hereditatis cum l. si pœne* 19. *§. quamuis, ff. de conditione indebiti.*
24 *Species traditur ad textum in l. cum indebitum* 57. *ff. de conditione indebiti.*
Interpretatur textus in l. si dominus in fine ff. de conditione indebiti, l. 2. *§. si quid. l.* 3. 4. *&* 5. *ff. de cõditione indebiti.*

1 CONCLVSIO. Conquerens se indebite soluisse hoc probare debet, nisi in casu hic posito. Ex prima nostri textus parte illa generalis regula deducitur, quod is, qui conqueritur, & qui agit, probare tenetur. Quę cõclusio cõprobatur ex textu, *In cap. final §. vltim. de iure iurando cap.* 1. *vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, cap. inter dilectos de fide instrumentorum, cap. accusator vlt.* 6. *quæst.* 5. *l. quoties* 1. *l. ei incumbit* 2. *l. emptorem* 4. *l. ab ea parte* 5. *l. Patronum* 6. *l. verius* 1. *l. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus, l. vt creditor* 1. *l. possessiones* 2. *l. frustra* 8. *l. actor.* 23. *Cod.* eodē *l. final Cod. de rei vindicatione, l. qui accusare, Cod. de edendo, l. negantes* 9. *Cod. de oblig. & actionibus*, §. 1. *Cod. de alienatione iudicij, l. extat* 25. *ff. de iure fisci. §. & certus, §. nõ solum inst. delegatis, §. retinẽdæ inst. de interdictis* cum traditis *à Gotbofredo* in dicta *l.* 2. *ff. de probationibus littera N. l.* 1. *titulo* 4. *partita* 3. *l.* 6. *titulo* 14. *partita* 3. *l.* 29. *tit.* 14. *partita* 5. Exornant late *Cuiatius lib.* 3. *quæstionum Pauli* in dicta *l. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus*, idem in *l.* 1. *Cod.* eodem *Pacianus, lib.* 1. *de probationibus, cap.* 6. *Iulius Clarus in Practica Criminali, l.* 5. *§. si nullquæst.* 66. fere per totam, *Couar. lib.* 1. *variarum, cap.* 1. *num.* 8. *Menochius de arbitrarijs casu* 98. *numero* 16. *Mascardus de probationibus conclusione* 36. *Sardus de alimentis, titulo* 9. *quæst.* 12. *num.* 7. *Cardoso, in praxi iudicum aduocatorum verbo* actor, *n.* 4. *Tuscus tomo* 1. *littera A. cõclusione* 117. *Serafin. de priuileg. priuilegio* 27. *num.* 1. *Menochius de præsumptionibus, lib.* 1. *quæst.* 87. *num.* 4. *Decius consilio* 1. *ex num.* 6. *Rolãdus Consilio* 60. *volumine* 1. *num.* 13. *& Consilio* 67. *volumine* 61. *num.* 7. *& Consilio* 58. *volumine* 2. *num.* 7. *& Consilio* 90. *volumine* 3. *ex num.* 2. *Duarenus lib.* 1. *disputation. cap.* 27. *Donelus in l.* 1. *Cod. de probationibus* idem *lib.* 19. *comment. cap.* 15. *& 25. cap.* 2. *& 3. & in recitationibus ad titulum ff. de probationibus* cum traditis *à Cenedo in Collect. ad Decretal. Collect.* 125.

2 Ratio

2 Ratio primæ partis est: quia actoribus vbi non est præsumptio in contrariũ onus probandi incũbit non autem reis conuentis. Quoniã regula traditur, quod in iudicijs is, qui dicit probare debeat, *l.* 1. *&* 2. cum supra traditis, *ff. de probationibus*: nam si actor in probatione deficit victoriam iudicij reportare non potest; & in ea causa succũbere debet *l. negantes* 9. *Cod. de obligation. & actionibus* dicta *l. qui accusare Cod. de edendo, l. final, Cod. de rei vindicatione*: nam actore non probante reus & si nihil probauerit est absoluendus di cto *cap. final §. Vltimo de iure iurando* dicto *cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. in fine *de causa possessionis, & proprietatis*, cũ à me ibidẽ traditis, *n.* 3. merito is, qui asserit indebite soluisse, vt ei credatur probare tenetur: quia nemo præsumitur iactare suu patrimonium *c. super hoc de renũciatione* dicta *l. cum de indebito, ff. de probationibus*: nã reo, qui negat, nulla incumbit probationis necessitas: quia negantis factum, per rerum naturam, ius directam probationem nõ admittit, *cap. quoniam contra* 11. *de probationibus* dicta *l. actor* in fine *Cod.* eodem *l. assentiuntis Cod. de non numerata pecunia.*

3 Primò obstabit textus in *l. cũ de indebito* 25. *ff. de probationibus*: ex quo colligitur, quod in conditione indebiti soluti per errorem facti aliquando onus probandi imponitur actori repetenti, quamuis neget debitam fuisse pecuniam, quam soluit aliquando reo, à quo pecunia postulatur, quamuis ipse recuser. Sed huic dubio respondendum est sententiam illius textus non repugnare nostri textus decisioni, sed potius illi conuenire. Ratio est: quia onus probandi in iudicio conditionis indebiti reo, aut actori imponitur, quando aduersarius probatam ostendit intentionem, aut per legitimã & ordinariã probationẽ, aut præsumptionem à iure comprobatam iuxta textum in *cap. final §. Vlt. de iure iurando, l. final* in principio, *ff. de eo, quod metus causa.* Notat *Menochius lib.* 1. *de præsumptionibus præsumptione* 33. quas omnes species in cõditione indebiti refert Consultus in dicta *l. cum de indebito.* Prima est quando is, qui soluit repetit pecuniam indebitam; reus autem negat solutam ei pecuniam: nam si conuictus fuerit illam accepisse, tãc reus cogitur suscipere sibi onus probandi debitam fuisse, vt inquit textus ille in principio, & refert textus no ster in fine: quia hæc est pœna mendacij. Declarat *Cuiacius* in dicta *l. cum de in debito, & lib.* 3. *quæstionum Pauli*, ibidem *Donelus lib.* 25. *commentar. cap.* 3. Secunda species est, quãdo actor repetit indebitum, reus fatetur pecuniam accepisse sed dicit sibi debitam, in qua specie reus, quãuis exceptione vtatur, & præterea affirmet debitã sibi pecuniã, actor autem neget debitum, officio actoris incumbit, vt probet indebitum stitisse: quod vel iuramento rei obtinebit vt in *§. in omnibus* 3. eiusdẽ *legis cum de in debito* 25. vel circumscribendo causam tempore obligationis, *l. optimam* in fine, *Cod. de contrahenda, & committenda stipulatione*: alias autem, si hoc non ostenderit nullam repetitionem habebit. Et hæc est sententia textus in dicta *l. cum de indebito, §. sin vero*, quæ conformis est textui nostro: nam præsumptio est pro reo: siquidem nullus intelligitur iactare, & profundere suum patrimonium, *l. Campanus, ff. de operis libert. Menochius lib.* 2. *de arbitrarijs quæst.* 83. *Cuiacius* in dicta *l. cum de indebito. Donelus in l.* 1. *Cod. de probationibus, num.* 12. *& lib.* 25. com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

comment. cap. 3. quod idem dicendum est, si pro parte indebita pecunia petatur: quia tunc similiter actor onus probationis suscipere debet dicta *l. cum de indebito*, §. *sed hæc versic. sin autem pro parte*. Tertia species est, quando is, qui conditione indebiti experitur, ignarus est rerum forensium veluti miles, mulier agricultor, minor, in qua specie distinguit Consultus, nam si omnem pecuniam tamquam indebite solutam repetit, seu condicit, transfert in reum onus probandi, qui reus debet ostendere pecuniam sibi debitam ne ab eo repetatur: quia propter cõditionẽ personarũ nulla præsumptio est cõtra actorẽ sed aduersus reũ, & sumitur ex vi negatiuæ actionis, & ab onere probadi actor releuatur; si vero partẽ solutę pecuniæ personæ istę priuilegiatæ debitã agnoscant, aliã autem partem, tãquam indebite solutam repetant, probationis onus suscipere debẽt: quoniam cessat ignorantiæ, & suspitionis coniectura propterquam in priori specie onus probationis in reum transferebatur vt dicitur in §. *sin autem* eiusdem legis.

4 Secundò, obstat textus in *capit. si cautio de fide instrumentorum* dicta *l. cum de indebito* 25. §. *final ff. de probationibus*, *l. final titulo* 13. *partita* 3. cum à me traditis in dicto *cap. si cautio*, vbi apparet, quod, si cautio in instrumento sine causa expressa fuerit facta, & actor repetat, tunc onus probandi reo incumbit: quam ob causam debitum sit, & si in probatione deficiat actor obtinebit, vt cautio sibi restituatur. Verum huic dubio respondendum est, ideo reo onus probandi in prædicta specie incumbere. Ratio est quia præsumptio inest pro actore cũ nulla obligatio sine causa facta vires obtineat *l. iuris gentium* 7. §. *sed cum nulla*, *ff. de pactis l.* 2. §. 1. *ff. de doli exceptione*, & in dubio nullus donare præsumitur dicta *l. cum de indebito* in principio versic. *sin vero*: nam vbi non est causa non potest esse causatum *l. ma numissiones*, *ff. de iustitia & iure*, & vbi non est consensus, obligatio esse nequit dicta *l. iuris gentium* 7. §. *adeo ff. de pactis*, *l. obligationum substãtia*, *ff. de oblig. & act.* nam, qui confitetur debere non adiecta causa, non habet consensum cum potius præsumatur id errore fecisse: notat *Baldus in l. sed, & siquis* §. *idem queritur*, *ff. siquis cautionibus*. Ergo nec obligari potuit cum nihil tam contrarium sit consensui, quam error, *l. per errorem* cum alijs, *ff. de iurisdictione omnium iudicum*. sed, si in eadem cautione causa exprimatur, & si falsa sit, vt actor obtineat in repetitione probare debet falsam fuisse causam: nam reus fundatam habet intẽtionem, quamdiu de falsitate causæ non apparet: quia cessat præsumptio, de qua supra cum reus ex confessione actoris intentionem probatam habeat, & tunc debet constare de falsitate euidentissimis probationibus in scriptis habitis, vt docet Consultus in dicta *l. cum de indebito*, §. *final*, hoc est instrumentis, vt declarat *glossa* ibidem, nec admittuntur testes iuxta textum, *in l. si alterius* 3. *Cod. si minor se maiorem dixerit*: quia oportet, vt iurati non producantur ab eo, qui semel confessus est legitimam causam interuenisse, ne ipsi testes ostendant falsam esse causam, quam ipse producens veram agnouit, & sic periuri fiant: quod locum habere non potest in ea probatione, quæ fit per instrumẽta: nã tunc potius ex errore cautio facta intelligitur: sed, si solutione, aut pacto obligationis causa sublata

blata dicatur, tunc per testes probari poterit: argumento textus in *l. final* in fine, *ff. quod metus causa*, *l. final C. de rei vindicatione*, *l.* 1. §. *si ex cautione*, *Cod. de non numerata pecunia l.* 9. *titulo* 1. *partita* 5.

5 Tertiò, obstat textus in *cap.* 1. *de clandestina desponsatione*: vbi in quæstione illa, cui incumbat probatio, quando controuersia vertitur super probando matrimonio clandestino, an viro, an vxori, affirmat textus hoc onus marito incumbere nõ habita distinctione, an ipse actor sit, vel reus. In cuius textus difficultate *glossa*, ibidem verbo *probatio* asserit, ideo hoc probationis onus viro competere: quia caput est mulieris, *cap. siquis vxorem* 33. *quæst.* 1. *cap. cum caput* 33. *quæst.* 5. sed conuincitur: quia etiam vxori virum petenti onus probandi imponi solet: *cap.* 1. *de ordine cognitionum*. Quare hac, & alijs omissis verius est dicendũ, ideo marito onus probandi incumbere matrimonium fuisse legitime celebratum. Ratio est: quia vir ipse affirmabat eam sibi legitime despõsatam, esse; fœmina aute negaba, merito cum maritus vxorem peteret & actoris officio fungeretur iusta de causa ei onus probandi incũbit: siquidem is qui dicit non qui negat probare debet, *l.* 2. *ff. de probationibus*, & sic legendus est textus ille: scilicet, *siquidam despõsauerit aliquã, & mulier negat huiusmodi despõsationẽ, non vero, & mulier, vel vir*; vt recte animaduertit *Cuiatius* in notis ad eũ dem textũ, *glossa*, & *Hostiensis*, ibidẽ.

6 Quartò, prædictis obstabit textus in *l. non est necesse* 11. *ff. de probationibus*: vbi apparet, quod etiã si pupillus egerit cõtra Magistratum, qui nõ idoneũ tutorẽ nominauit cũ idoneũ nominare deberet, *l.* 1. §. *si magistratus*, *ff. de magistratibus conuenendis*, *l. penult. C.* eodẽ reo, hoc est magistratui incũbit onus probandi tutores idoneos esse tẽpore nominationis, nõ vero actori: scilicet nõ fuisse idoneos, quod etiã docet textus in dicta *l.* 1. §. *probatio*, *ff. de Magistratibus conueniendis*. In cuius textus difficultate omissa glosæ interpretatione in dicta *l. non est necesse Cuiatij*, ibidẽ in recitationibus ad eũ dẽ titulũ *Duareni lib.* 1. *disp. c.* 17. Verius dicendũ est cũ eodẽ Consulto Celso ideo magistratũ reũ cõtra regulã nostri textus onus probationis suscipere debere: quia cum ratione officij idoneũ tutorẽ nominare, aut approbare debuisset ex iuribus supra adductis cũ eo satisfecisse non videtur, nisi prius mõstraret eũ idoneũ elegisse, ac ideo, quãdo agit pupillus cõtra magistratũ pro indẽnitate, perinde est, ac si rationẽ administrationis ab eo exigat cur tutorẽ ita nominauit, aut approbauit non idoneũ, sufficitque ad suæ intentionis implementũ, quod probet iudicẽ tutorẽ approbasse, vt magistratus facti sui rationem reddat merito reus; magistratus ostendere debet tutorẽ idoneũ fuisse tẽpore approbationis, cum ab aliquo administratore rationes suscepti officij postulãtur, sufficit ostendere bona administrasse, & id ipse reus exhibere cogitur aliter enim contra eum in litem iuratur: *l.* 1. §. *officio ff. de tutelis, & rationibus distrahendis*. Nec obstabit si dixeris vnumquemque idoneũ præsumi: iuxta text. in *l. eum pater* 77. §. *rogo ff. delegat.* 2. quia hęc præsumptio quo ad mores procedit, nõ vero quo ad facultates: vt declarat *Alciatus in regula* 3. *præsumptione* 2. & id circo nullus diues, aut pauper præsumitur: sed hoc probãdum est ab eo, qui id affirmat: notat *Maseard. de probationibus tomo* 2. *conclus.* 1258. *Menoquius lib.* 6. *de præsumptionibus præsumptione* 25. *num.* 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Quintò, obstat textus in *l. quingenta* 12. *ff. de probationibus*: vbi ab hærede probatio postulatur, si legatarius ex duplici scriptura testamenti simul, & codicillorum eandem quantitatem sibi legatam petat, & ipse hæres respondeat simplici præstatione voluntatem testatoris adimplere: quia ipse testator legatum repetere voluit non duplicare. Sed huic dubio respondendũ est Iuris Consulti sententiam ea ratione defendi: quia legatarius ex duplici scriptura legatum petens fundatam habet intentionem: vt is exigat. Notat *Alexander Consilio* 4. *num.* 3. *volumine* 1. Cum autem hæres obijciat non fuisse legatum relictum animo duplicandi, sed repetendi id circo, etiam cum excipiat, probare debet: quia in exceptionibus reus actor efficitur, *l. in exceptionibus, ff. de probationibus* longe aliud obseruatur, si in eodem testamento eadem quãtitas sæpius eidẽ fit legata: quia ex vna scriptura facile præsumitur testatorem animũ repetendi, non duplicandi habuisse obiitus potius legati ad cohæredẽ sæpius onerare noluisse: merito onus probandi incumbit legatario: scilicet testatorem animum duplicandi legatum habuisse: iuxta textum in *l.* ciã 34. §. *sed si non corpus, ff. de legatis* 1. Notat *Cuiacius* in dicta *l. quingenta*, 12. *ff. de probationibus* idẽ *lib.* 14. *obseruationum, cap.* 19. *Donel. lib.* 15. *comment. cap.* 2. quam distinctionem non impugnat Consultus in *l. cum pater* 29. *ff. de iure dotium*, dum asserit semel tãtum marito deberi quantitatem dotis sibi promissæ per socerum, & postea in testamento repetitæ: quia dicendum est ideo vnica præstatione maritũ cõtentum esse debere, licet duplici scriptura eadem quantitas sibi data fuerit: quia, cum dotis nomen adiectum sit, præsumitur testatorem demonstrationis causa legatum in testamento relinquisse, & per inde habetur, ac si creditori, quod ei deberet, legauerit: quod legatum inutile est, nisi plus in legato, quam indebito existat, §. *siquis creditori inst. de legatis*: qua propter superior distinctio, & expositio ad textum in dicta *l. quingenta*. 12. *ff. de probationibus*, tuta remanet.

8 Sextò, obstat textus in *l. siue possidetis* 16. *C. de probationibus*. Vbi quæstio proponitur super diuisione bonorum paternorũ inter duos fratres, alterum in potestate patris retentum, alterum emancipatum, qui prædia sibi donata, non à patre contendebãt: in qua specie Imperator affirmat emancipato incumbere onus probandi, siue ipse petat prædium donatum, quod à fratre possidetur, siue etiam alter frater petat ab emancipato in commune cõferri prædium, quod ab ipso possidetur, quæ decisio recte procedit in prima parte: quia emancipatus prædium à fratre postulat vnde ipse actor est, &, vt vindicans, probare debet se esse dominum, *l. final C. de rei vindicatione*. In secunda autem parte, quando emancipatus prædiũ possidet, quod ab alio fratre commune fieri postulatur, mirum non est, cur emancipatus cogatur probationem ostẽdere donationis à patre factæ, cum ipse reus sit, & propterea possessor eiusdem prædij inuenitur, qui titulum suæ possessionis regulariter exhibere non compellitur, *l. cogi* 11. *Cod. de petitione hereditatis*. Sed huic dubio respondendum est cum Donel. *lib.* 25. *comment. cap.* 2. in hac specie filio emãcipato imponi necessitatem probãdi prædium sibi à patre donatum, etiam

etiam si reus sit: quia cum ab eo peteretur affirmauit illud quasi à patre donatum possidere. Vnde ipse emancipatus agnouit prædium quõdam patris extitisse, sine cuius facto ad ipsum filium peruenire non potuit, *l. id quod nostrum, ff. de regul. iuris*: imo ex persona patris, si de donatione non constat ad heredem ipsius translatum esse intelligitur: iuxta textum in *l. heres, ff. de adquirenda hæreditate* id circo, quia emancipatus frater exceptionem dominij opposuit; quæ datur in titulo donationis eam probare cogitur. Nec obstat, quod nullus compellendus est exibere titulum suæ possessionis dicta, *l. cogi* 11. quia regula illa cessat, quando exhibitio necessaria est ad fundandam possessionis exceptionem. Notat *Donelus* in dicta *l. siue possidetis num.* 5.

9 Septimò, obstat textus in *l. cum de lege Falcidia* 17. *ff. de probationibus*, *l. si mortis, Cod. ad l. Falcidiã*, ex quibus colligitur, quod onus probandi legata diminuenda per legem Falcidiam incumbit heredi, à quo legata petuntur: non autem legatario, qui ea postulat: quamuis actor sit. Quod dubium dilues, si dixeris ideo legatarium ab onere probandi immunem esse in prædictis iuribus, quia ipse habet intentionẽ suam fundatam non solum in scriptura testamenti, sed etiam in præsumptione, quæ resultat ex facto testatoris, qui intelligitur vires sui patrimonij ignorasse. Argumento textus in *l. quisquis, Cod. de rescindenda venditione*. Notant *Hotomanus*, & *Iason in* §. *si agens* in fine *inst. de actionibus*: & heres, qui excipit diminutum esse testatoris patrimonium exceptionem opponit, quam probare debet, vt supra retulimus. Notat *Couarr. lib.* 1. *variarum, cap.* 6. *num.* 3. & 4. *Baeza in tract. de non meliorandis, cap.* 36. *num.* 13. *Gutierrez lib.* 2. *practicarum, cap.* 15. *Menoquius lib.* 6. *præsumptione* 16. *Mascardus conclusione* 904. Hodie autem heres liberatur ab illo probationis onere propter beneficium inuentarij, de quo mentio habetur in *l. final* §. *licentia, Cod. de iure deliberandi*: siquidem inuentarium continet veram, & legitimam probationem patrimonij defuncti tam pro debitoribus, quam pro legatarijs, & eo exhibito heres liberatur ab onere probandi, vt tradunt, *Mascardus conclusione* 205. *Gutierrez lib.* 2. *practicarum, quæst.* 15. *num.* 2. & 4.

10 Octauò, obstat textus in *l. ab ea parte* 5. in principio, *ff. de probationibus*, vbi imponitur necessitas probandi ei, qui dicit aliquem esse prohibitum, hoc est, qui negat aliquid permitti. Pro cuius textus difficultate dum quæritur, vtrum negãti incumbat probatio, tres species negationis distinguit *Pacianus, lib.* 1. *de probationibus cap.* 51. cũ quatuor sequentibus. Prima est negatiua iuris. Secũda negatiua facti. Tertia negatiua qualitatis: & affirmat negatiuam iuris probandam esse ab eo, qui negat; & ita obtinere decisionem textus in dicta *l. ab ea parte* 5. de quibus omnibus late scripsi in 1. tomo in *cap. quoniam, contrà de probationibus*. Sed licet hæc distinctio circa negatiuas probationes magistralis sit tamen aliter explicandam censeo decisionem textus in dicta *l. ab ea parte* 5. merito dicendum est, ideo in specie illius textus negatiuam probationem incumbere ei, qui negat. Ratio est; quia aduersarius iuris regulam pro se habet, & is, qui negat à iure esse prohibitũ, velati aduocatione in ea negatiua fundamentum suæ intentionis facit

merito

Universidad de Deusto
Biblioteca

merito eam probare tenetur: nam iure permissum & factum quodque præsumitur, nisi contrarium probetur, *l.* 17. *ff. de seruitutibus rusticorum.* Notat *Gothofredus in notis*, ad textum in dicta, *l. ab ea parte* 5. *littera* A. cuius decisionis exemplum ita se habet, scilicet, siquis Titium ab aduocando, iudicando, accusando, vel testificando repellendum esse dicat, re ipsa affirmat ius accusandi, testificandi, aut iudicandi denegandum esse: quamuis negationem obijcere videatur, ipse id probare debet, quod obijcit. Ratio est: quia omnis, qui specialiter non prohibetur regulam iuris pro se habet, vt admittatur, *l. mutus* 45. *§. cum queritur, ff. de Procuratoribus*, *l. qui accusare* 8. *ff. de accusationibus*, & ideo qui negat illum postulare, accusare, vel testificare posse re ipsa affirmat illum delictum commisisse, aut defectum habere, propter quem ab iuris officijs sit repellendus: & siue excipiat, siue agat dum hæc obijciat probationis onere grauatur. Ita *Donellus* in dicta *l. actor* 23. *Cod. de probationibus*, *num.* 12. idem *lib.* 25. *comment. cap.* 2. quo sensu similiter est interpretandus textus in dicta *l. ab ea parte* verſic. *idem respondit*, scilicet, quando quis negat emancipationem rite factam: siquidem re ipsa affirmat emancipationem irritã esse, vel ex defectu solemnitatis, aut potestatis iudicis, aut propter similem causam: & in hac allegatione siue actoris, siue rei officio fungatur, vtroque in casu onus probationis accipere debet. Notat *Donellus* dicto *lib.* 25. *cap.* 2. *Osualdus*, ibidem *littera N.* Vel aliter dici potest ideo iniungi onus probandi ei, qui emãcipationem rite factam negat: quia contradicit decreto iudicis cuius tanta est auctoritas, vt rite, & recte interpositus præsumatur, *l.* 1. *in fine principij, ff. de rebus eorum*, *l. siquis, Cod. de officio ciui. iudicum*, *l. lex quæ tutoris*, verſic. *præcipimus*, ibi *inquisitionem, Cod. de administratione tutorum*, & qui contra decretum iudicis allegat onere probandi grauatur. Notat *Alciatus regula* 3. *præsumptione* 9. *Decius in c. quoniã cõtra de probationibus*, *n.* 42. *Menochius*, *lib.* 2. *de præsumptionibus præsumpt.* 75. Eodem que modo est interpretandus textus in *l. nec Codicillis* 5. *Cod. de Codicillis*, in quo apparet agentem, & excipientem contra codicillos eo colore: quia non sanæ mentis erat, qui illos cõfecit onere probationis grauari debere duplici ex causa. Prima, quia creditur vnusquisque sanæ mentis esse, dum contrarium non ostenditur: quia est qualitas naturalis, quam quisque habere præsumitur. Secunda, quia qui agit, aut excipit sanæ mentis testatorem non fuisse re ipsa affirmat furiosum extitisse, cum codicillos ordinauit; & propterea infirmandos, ex regula textus in *§. item furiosi inst. quibus nõ est permissum facere testamentum*, quæ probatio licet difficilis sit ex *Decio Consilio* 438. tamen possibilis est: & probatur furor præsumptionibus, & signis, de quibus per *Mascardum de probationibus conclusione* 826. *Menochius lib.* 6. *de præsumptionibus c.* 45. *Mantica lib.* 2. *de coniecturis vltimarũ voluntatum titulo* 5.

11 Nonò, obstat textus in *l. si filius* 8. *ff. de probationibus*, vbi filio eo neganti se esse in potestate patris, potius incumbit onus probãdi, quã patri asserenti illum in potestate habere. Sed respondendum est, Consultũ ibi procedere eo casu in quo filius ex possessione subiectionis paternæ asserit se liberum esse ab eadem potestate tunc autem recte affir-

affirmat filiũ ostẽdere debere liberum esse. Primo: quia cum probare onus sit pietatis paternæ, ratio postulat vt filio potius quam patri imponatur. Secũdo: quia sicut seruus ex possessione seruitutis in libertatem proclamans subit onus probationis, *l. liberis* 7. *§. vlt. ff. de liberali causa l. licite* 14. *l. eam* 21. *C.* eodem *l. vis eius* 16. *C. de probationibus*, ita filius negans patris potestatem re ipsa affirmat se liberum esse, quod legitimis instrumẽtis emãcipationis exhibitis probare cogitur, sed si in possessione libertatis filius esset, & pater eum cognitione prætoria sibi vindicasset, de qua in *l.* 1. *§. per hanc ff. de rei vindicatione*, tunc ipsi patri incumberet onus probandi: notat *glossa* verbo *denegandam in l. Titia* 34. *ff. soluto matrimonio*, *Bartolus*, ibidem *num.* 1. in superiori autem casu sufficit patrem ostendere filium ex iustis nuptijs procreatum, vt constet eum in potestate retinere, quandiu contrarium non ostenditur: *principio instituit. de patria potestate*: notat *Menoquius lib.* 6. *de præsumptionibus præsumptione* 55. *num.* 7. & 18.

12 Decimò, obstat textus in *l. vbi falsi* 22. *C. ad l. Corneliam de falsis*, *l. finalis fine C. de abolitionibus criminum*: in quibus iuribus constat non solũ accusatoribus, sed etiam reis accusatis necessitatẽ probãdi impoini. Cui dubio dicẽdum est textum in dicta *l. vbi falsi* speciale ius continere, vt aliquando actor, aliquando reus subeat onus probationis in crimine falsi. Primo propter detestationẽ eiusdem criminis. Secundo: quia probationis onus difficile est, cuius inquisitio fieri debet scripturis, argumentis, testibus, & alijs omnibus vestigijs veritatis: dicta *l. vbi falsi* in principio, vnde iudex etiã potest necessitatẽ probationis relinquẽdo iudicare: veluti cũ alia inditia cõtra accusatũ apparẽt: ex quibus falsitatis suspitio notatur: vt animaduertit *glossa* verbo, *probat* in *l. maiorẽ* 4. *C. ad l. Corneliã de falsis*: notat *Donellus* dicto *lib.* 25. *Coment. cap.* 2. *Osualdus* ibidẽ *littera H.* Quo ad textũ verò in dicta *l. vltima* in fine *C. de abolitionibus criminũ*, dicendũ est sentẽtiam illius decisionis, imponit necessitatẽ reis accusatis: scilicet purgãdi ab obiectis criminibus & restringi specialiter ad certa crimina, scilicet lesæ maiestatis, patrię impugnatæ, aut proditæ, peculatus, & desertæ militiæ; quæ grauissima sunt crimina, in quibus rei acusati compurgandi se onerantur, hoc est, vt excusentur ab his delictis: quia cõpurgatio est quædam delicti excusatio, vt iudex æstimare possit, quid veri, aut quid falsi probationes contineant: argumento textus in *l. is, qui reus* 5. *ff. de publicis iudicijs*. Vnde reus ibidem nõ vrgetur ad probanda quæ negat, sed ad purganda: vt refert *Donellus* dicto *lib.* 25. *comment. cap.* 2. *Osualdus*, ibidem *littera H.*

13 Vndecimò, obstat tex. in *l. si quis domũ* 9. *§. Imperator, ff. locati*: vbi reꝰ cõductor probare debet gregẽ, quẽ cõduxerat sine suo dolo fuisse à latronibus ablatũ. Augetur difficultas ex eo quia probãdi onus ei incũbere debet, qui dolũ, vel culpam allegat: *l. sine exceptionibus* 19. *§.* 1. *ff. de probationibus*, *l. si prætor* 75. *ff. de iudicijs*, *l. dolum* 6. *C. de dolo*. Cui dubio respõdẽdũ est ideo cõductorẽ in dicto *§. Imperator* dolũ abesse probare debere: quia ipse hoc asserit, tãquã fundamẽtum suæ exceptionis, vel actionis, tenetur enim actione ex locato: quia gregẽ cõduxit, & si excipiat se amisisse gregẽ, nihilominus condemnabitur: nam amissio gregis eum non liberat: igitur exhibere, & percõsequẽs probare debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

se dolo carere, sed si actor de dolo replicauerit illud probare debet: si quidem, qui dolũ arguit, siue agat, siue excipiat, dolum probare tenetur: *l. quoties* 18. §. *qui dolo ff. de probationibus*, quam interpretationem tenet *Tulius Pacius Centuria* 5. *quæst.* 17. licet aliter senserit, *Antonius Faber in rationali*, ad textũ in dicta *l. siquis damnum* 9 §. *Imperator, ff. locati.*

14 Duodecimò, aduersus ea, quæ ex textu nostro deducunt omnes: videlicet, quod si actor probauerit se indebite soluisse, ei competit repetitio ex conditione indebiti, quæ ex bono, & æquo introducta est aduersus recipientem sine iusta causa rem habentem, & soluentis damno locupletantem: iuxta textum in *l. hæc conditio* 66. *ff. de conditione indebiti*, *l.* 2. *l. quod indebitum*, *l. si non sortem*, §. *indebitum*, §. *adeo autem*, *l. qui exceptione* cum alijs, *ff.* eodem, *l. si quis operas*, §. *vlt. ff. de præscriptis verbis*, *l.* 1. *& per totum*, *C. de cõdition indebiti*, *l. siquis absentis* 5. §. *is quoque ff. de obligationibus, & actionibus*, *l. cum quis* 10. *C. de iuris, & facti ignorantia*, *l. cuius per errorem* 53. *ff. de regulis iuris*, §. *is quoque* 1. *inst. quibus modis re contrahitur obligatio*. §. *ntẽ is*, *cui de oblig. quæ ex quasi contracta nascuntur*, *l.* 19. *titulo* 36. *l.* 42. cum alijs, *titulo* 14. *partita* 5. Obstabit textus in *l. cum quis* 10. in principio, *Cod. de iuris, & facti ignorãtia*, *l. error*, *Cod. l. ad leg. Falcidiam*, vbi asseritur soluentem per ignorantiam indebitam pecuniam reperere non posse. In qua difficultate communiter dici solet discrimen esse constituendum inter eum casum, quo quis pecuniam ciuiliter, & naturaliter indebitam ignorantia ductus soluit, & inter eum, quo solura per ignorantiam naturaliter erat debita nõ vero ciuiliter: nam in primo casu, si quis soluat quod vtroque iure, vel saltim natur. li indebitum est, quocumque errore soluat siue iuris, siue facti repetere poterit: iuxta textum nostrum, & in dicto §. *recte quoque inst. quibus modis re contrahitur obligatio*. Ratio est: quia error iuris in damno amittendæ rei suæ nemini debet esse nocium, *l. iuris* 7. *l. error* 8. §. *final ff. de iuris & facti ignorantia*: nam is qui indebitum repetit agit de vitando damno rei suę amittendæ, si vero indebitum sit ciuiliter debitum vero naturaliter: tunc, si errore facti soluerit, repetere põterit, secus vero, si iuris errore soluerit, & ita asserunt obtinere textum in dicta *l. cum quis* in principio *C. de iuris, & facti ignorantia*, *l. error*, *C. ad l. Falcidiam*, notat *Acursius* in dicta *l. cum quis* glossa 1. *& glossa magna in l.* 1. *ff. de conditione indebiti*. Sed ea omnia dicẽdum est quod si debitum est naturale quocumque errore, siue iuris, siue facti soluatur, semper repetitio cessat: iuxta textum in *l. naturaliter* 13. *l. frater a fratre* 58. *ff. de conditione indebiti*: vbi indistincte apparet propter naturalem obligationem repetitionem denegari. Deinde quia hæc conditio indebiti, vt supra diximus exæquo, & bono propter æquitatem naturalem nascitur, dicta *l. hæc conditio* 66. *l. indebiti* 15. *ff. de cõditione indebiti*, & competit cum recipiens sine iusta causa rem haber, & cum soluentis damno locupleratur, qua ratio cessat cum quis id, quod sibi naturaliter debetur recipit, etiam per errorem facti solutum, cum id sine iusta causa apud eum non remaneat, cum re vera debitum sit: *l. hoc iure* 10. 9. *si quis seruo*, *ff. de donationibus*: ergo quocumque errore, siue iuris, siue facti naturaliter debitum soluatur repetitio deneganda est. Notat *Corasius*

rasius in dicta *l. cum quis*, *num.* 6. Quare omissa etiã interpretatione, quã refert *Richardus* in dicto §. *recte quoque inst. quibus re contrahitur obligationum.* 37. verius dicendum est ideo in dicta *l. cum quis*, & in dicta *l. error* 9. *Col. ad l. Falcidiam* pecuniæ indebitæ solutæ repetitionem non admitti: quia tunc ex illo iuris errore non agitur de damno vitando, sed de recuperando, quod iam amissũ erat ab eo, qui indebitam pecuniam soluerat: quo casu cum potius studeat lucrum captare, quam damnũ futurum auferre, ad quod vitandũ solum ignorantia iuris prodest, dicta *l.* 7. *l. error* 8. in fine *ff. de iuris, & facti ignorantia*, non vero ad illud, quod iam cõtigit, *l. si pleuisor*, §. *non male*, *ff. mãdati*, argumẽto textu in *l.* 1. *ff. vt in possessione legatorũ*, *l. penult.* §. *vlt. ff. de iuris, & facti ignorantia*, iusta de causa in dictis iuribus repetitio denegatur. Notat *Cuiacius lib.* 1. *diffinitionum*, in dicta *l. error facti*, *ff. de iuris, & facti ignorantia*. *Osualdus ad Donellum lib.* 14. *comment. cap.* 14. *littera F. Iulius Pacius Centuria* 4. *q.* 5. Ex quo principio infertur interpretatio ad textũ in *l.* 3. *ff. ad S. C. Macedonianũ*, *l.* 2. *ff. de confessis*, vbi iuris ignorantia ad excusationem damni non prodest siquidem iura illa sunt intelligenda de dãno quod iam contingerat non vero de futuro ad quod vitandum semper ignorantia iuris excusat dicta *l.* 7. *&* 8. in fine, *ff. de iuris & facti ignorantia*.

15 Decimotertiò, solutioni obstat textus in *l. qui exceptionem* 40. in principio, *ff. de conditione indebiti*, vbi mulier, quæ intercedẽdo propter consensum saltim naturaliter obligatur, & si soluerit, repetere poterit: ergo etiam, si naturalis obligatio præcedat, repetitio competit, ac perconsequens solutio supra adducta sustineri non potest. Sed respondendum est. Ideo ibi mulierem posse repetere, & si naturaliter esset obligata: quia exceptionem perpetuam habet: in cuius fauorem introducta est, quæ exceptio inutilem reddit naturalem obligationẽ, *l. creditores* 10. *l. creditor.* 55. *ff. de verborum significatione*. *Antonius Faber in rationali ad textum in l. siquis* 24. in principio, *ff. de conditione indebiti*: Argumento textus in *l. nihil inter est* 113. *ff. de reg. iuris*. Solutioni obstant verba eiusdem textus in fine vbi apparet, quod etiam si filius exceptionem perpetuam Macediona ni habeat, si tamen pater familias factus soluerit, repetere non potest. Pro cuius dubij solutione ad notandum est multum interesse, an exceptio perpetua, quæ ante solutionem cõpetebat, sit inducta fauore eius, cui datur, vt est exceptio Beleiani, vt repetitio cõpetat, an vero odio eius, contra quem datur, qualis est Macedonani: nam in primo casu inducitur exceptio perpetua repetitionis, non autem in posteriori, *l. sed si pater familias* 9. *ff. ad S. C. Maced.* In primo casu loquitur textus in dicta *l. exceptionem* in principio. In secundo vero in fine rationem differentiæ reddit, *Antonius Faber in rationali ad textum in dicta l. qui exceptionem* 40. *ff. de conditione indebiti*.

16 Decimoquartò, huic distinctioni obstabit dicere, quod facilios permittendum videbatur mulieri, vt renunciet iuri suo in fauorem suum introducto, quam vt renunciet filius: cum odio alterius introductum sit, & sic potius filius ex illa exceptione perpetua S. C. Macedonani, quam mulier ex Beleiani repetere debebat. Pro cuius dubij

Universidad de Deusto
Biblioteca

bij solutione adnotãdum est, quod exceptio perpetua, quæ non tam fauore excipientis, quam odio aduersarij inducta est, non tam naturali aliqua æquitate nititur, quam ciuili, vt est Macedoniani, quæ ciuilis ratio non potest naturalẽ vincere, ideoque cum filius ex cõsensu naturaliter esset obligatus, si soluerit, repetere non poterit cum necesse sit, vt illa naturalis obligatio contraria etiam æquitate potentiori debilitetur; qualis est æquitas illa quæ perpetuam exceptionem in fauorẽ excipientis inducere potest: itaque, quibus mulier, quæ contra Beleianum intercessit, perinde naturaliter sit obligata; atque filius familias, qui contra Macedonianum mutuam pecuniam accepit: tamen non prohibetur, quod per errorem soluit repetere possit: quoniam naturalis æquitas, quæ fauore mulierũ inducit ex autoritate S. C. perpetuam Veleiani exceptionem facit, vt nulla supereſſe intelligatur naturalis obligatio mulieris, cum eius vinculum contrariæ æquitatis vinculo sublatũ sit: vt in *l. Stichum, aut Pamphilum* 95. §. *naturalis*, *ff. de solutionibus*: siquidem nouum nõ est vt æquitas cum æquitate pugnet, & fortior vincat infirmiorem dicto §. *naturalis* tat Macedonani exceptio quamuis æque perpetua sit, tamen cum non tam naturali, quam ciuili æquitate nitatur, & vincere nõ possit naturalem obligationem, ideo impedire non potest, quin creditor retinere possit, vt ratiocinatur. *Anton. Faber in rationali ad textum in dicta l. qui exceptionem* 40. *ff. de conditione indebiti.* Ita similiter est interpretandus textus in *l. Iulianus* 60. *ff. de conditione indebiti*: vbi, si verus debitor à iusto creditore conuentus per imperitiam, amicitiam, inimicitiam, vel sordes à iudice sit absolutus licet illa exceptio rei iudicatæ perpetua sit, si debitor soluerit, repetere non poterit. Ratio est: quia exceptio rei iudicatæ non tam naturali æquitate nititur, quam ciuili, ac pro inde naturalem obligationem tollere non potest. Et sic repetitionem denegandam fore refert Iulianus in dicta *l. Iulianus* 60. *ff. de conditione indebiti Antonius Faber in rationali ad eundem textum*, & in dicta *l. qui exceptionem* 40. in fine, *ff. de conditione indebiti Cuiacius lib.* 3. *quæst. Pauli in dicta l. Iulianus.*

17 Decimoquintò, aduersus textum nostrum obstabit textus in *l. domus* 52. *versic. Vt etiam ff. de conditione indebiti*. Ex quo deducitur, quod si quis ex falsa causa dederit, repetitio cesset: quod omnino contrarium refert textus in *l. eleganter* 23. in principio *eiusdem tituli*. Pro quorum iurium conciliatione adnotandum est quod causa præterita obligationis potest esse duplicis generis. Vna est obligatoria quæ dimanat ex causa efficienti, veluti stipullationis, transactionis vel alterius contractus. Altera vero est, quæ obligatoria non dicitur, quæ impulsiua vocatur veluti vt beneficium accipiatur, de prima est intelligendus textus in dicta *l. eleganter* 23. *ff. de conditione indebiti*, de secunda vero loquitur textus in dicta *l. domus* 25. *ff. de conditione indebiti*: siquidem non debet prodesse ei, qui indebitum soluit, quod putabat debere ex causa præterita, non obligatoria, si dicat se non fuisse solutorum si causam falsam esse putasset siquidem condicere non potest is qui ante solutionem perpetua exceptione tutus non fuerat merito cum id, quasi sponte datum videatur, non repetitur. Notat *Antonius Faber in rationali ad textum* in dicta *l. damus* 52. & in dicta, *l. eleganter* in principio, *ff. de conditione indebiti.*

18 Decimosextò, obstat textus in *l. sed, & si me* 22. §. *cum inter ff. de conditione indebiti*, ex quo deducitur quod etiam si fundus ex venditione deberetur repetri potest si absq; itineris seruitute fuerit traditus: ergo non est necesse quod indebitum sit vt repetitio competat. Sed respõdendũ est, quod quoties quis fundũ venditũ liberũ tradidit quẽ retẽta seruitute tradere debebat verũ est debitũ, & indebitũ aliquid tradidisse: debitũ quatenus fundum tradidit, quẽ ex causa vẽditionis tradere debebat; indebitum vero quia tradidit fundum liberum, quem itineris seruitute affectum tradere debebat itaque fundum conditione indebiti condicere non potest: quia sic fieret, vt conditeret debitum, nec similiter potest condicere iter, quod non tradidit cum numquam penes eum fuisset: igitur supereſt, vt venditor contra emptorem agat ad hoc, vt iter venditori restituatur, ideſt vt seruitus itineris ei constituatur: quam seruitutem haberet, si retenta ea fundum ita tradidisset. merito, cum haberet retentionem perpetuam rei venditæ, donec seruitus in eo constitueretur, iusta de causa indebite tradidisse videtur: nam qui fundum errore ductus liberum tradidit, quem cum seruitute tradere potuit aliquid plus debito soluisse videtur: dicta *l. qui exceptionem* 40. §. *si pars*, *ff. de conditione indebiti*, notat *Antonius Faber in rationali ad textum in dicta l. sed & si* 22. in fine *ff. de conditione indebiti.*

19 Decimoseptimò, solutioni obstabit textus in *l. cum is* 32. §. *Vlt. ff. de conditione indebiti*, ex quo deducitur, quod etiam, si quis nõ habeat retentionem, sed omnino soluere deberet, potest solutum repetere: veluti, si debeat Stichum, aut Pamphilum, si per errorem credens se debere Stichum, & Stichum soluerit potest illum repetere, quod omnino contrarium refert textus in *l. si is, cui* 19. *ff. delegatis* 2. vbi is, qui hominem certum: scilicet Stichũ, aut decem debet, si putans se Stichum precise debere, & Stichum soluerit, non potest eum repetere: quia verum est eum soluisse, quod debebat. Pro quorum iurium conciliatione omissa interpretatione, quam refert *Acursius*, & *Bartolus* in dicta *l. cum is*, §. *Vltimo*, *ff. de conditione indebiti*, *Patius Centuria* 4. *quæst.* 6. *Cuiac. lib.* 8. *obseruationum, cap.* 35. Adnotandum est, quod is, qui hominem generaliter promisit, similis est ei, qui hominem æque in genere, & incertum, aut decem promisit, & is debitor per inde electionem habet, quem ex hominibus soluere velit, ac si omnes eos certos sub alternatione promisserit, *l.* 2. §. 1. *ff. de verb. oblig.* & cum in obligatione generis nullius certæ speciei debitor sit: merito, si cum existimaret Stichum promisisse, cum hominem generaliter promisisset, si Stichum soluerit repetere poterit, & ita est intelligendus textus in dicta, *l. cum is* 32. §. *Vlt. ff. de conditione indebiti*; secus vero dicendum est in alternatiua obligatione, non generis, sed speciei: veluti si quis Titium, aut Pamphilum promiserit, licet solum Titium debere se crediderit, si tamen eum soluerit, non reperit, & ita est intelligendus textus in dicta *l. si is, qui* 19. *ff. delegatis* 2. Ratio est: quia verum est eum debitum fuisse cũ in obligatione alternatiua vtraque species ponatur ad obligationem, *l. si duo* 128. *ff. de verborum obligationi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gationibus, quod in obligatione generis diuersum est, cum nullius certæ speciei debitor sit: vt in dicta *l. is 32. §. Vlt. ff. de conditione indebiti*: notat *Antonius Faber in rationali ad eundem textum*.

25 Decimo octauò, obstat text. in *l. siquis* 89. *ff. de conditione indebiti*, ex quo deducitur, quod etiã si fideicõmissum debeatur, si fuerit solutum repeti poterit. Sed respõdẽdum est indebiti conditionem non solum locum habere, quãdo siquid omnino indebitum solutum sit, sed etiã, siquid plus debito: quia & illo casu ex parte indebitũ est, & cũ illa cautio mutiana pro fideicõmisso debita totũ fideicõmissum afficiat, & perinde, antequam præstetur, nulla fideicõmissi pars debeatur, cum ibi hæredi non sit præstita, mirum non est, quod totum fideicommissum ante cautionem præstitam solutum, tamquam indebitum, condicatur interim: ideſt, quo vsque cautio præstita sit, quæ repetitio sit tantum ad hoc, vt illa Mutiana cautio præstetur, cum sit relictum sub conditione de non faciendo, atque ita repetitur, quasi plus debito soluerit. Vt recte animaduertit, *Antonius Faber inrationali ad eundem textum*.

21 Decimononò, obstat textus in *l. si in area* 33. *ff. de conditione indebiti*: vbi, siquis in area Titij edificasset, & Titius ædes possideret is, qui ædificauit condicere non poterit, qui omnino cum iactura ædificantis contra naturalem æquitatem locupletatur, ob cuius rationem condictio indebiti introducta est: *l. nam hoc natura* 14. *l. hæc condictio* 66. *ff. de conditione indebiti*. Cuius dubij solutio pendet ex eo, quod Iulianus, ibidem notat videlicet: nam cum condictio indebiti nascatur ex quasi contractu ex negotio gesto, vel ex quasi mutuo, *l.* 5. §. *is quoque ff. de obligationibus, & actionibus*, §. *penult. inst. de obligat. quæ ex quasi contractu*, & is, qui in area aliena fortasis domino absente, & ignorante (vt credibile est) ædificauerit, cum nullum negotium inter eum, & dominum gestũ esse videatur, mirum non est, quod cõditio indebiti locum non habeat, cum ædificium cedat solo, *l. qui res* 98. §. *aream, ff. de solutionibus*, *l.* 2. *ff. dẽ superficie*: Diuersa ratio extat, quãdo quis pecuniã indebitam soluit: quia tunc negotium aliquod geritur inter dantem, & accipientem: at cum in ædificio in area tua persona tua non interueniat, nullum negotium, internos contractũ videtur: siquidem res tua incapax sit vllius contractus, iusta de causa in specie proposita repetitio denegatur, vt bene animaduertit, *Cuiacius, lib.* 39. *Digest. Iuliani in dicta l. si in area* 89. *ff. de conditione indebiti*, *Antonius Faber inrationali ad eundem textum*.

22 Vigesimò solutioni obstant verba textus in dicta *l. si in area* 83. *ff. de conditione indebiti in versiculo sed is*: vbi, is, qui in aliena area ædificauit, si ipse possessionem tradidisset repetere non potest. In qua specie negari non potest, quin inter eum, & qui accipit aliquod negotium cõtractum videatur: siquidem quidquam tradi non potest, nisi sit aliquis, qui accipiat. Cui dubio respõdendum est, quod licet verum sit negotium aliquod fuisse gestum inter eum, qui ædificium tradidit, & eũ, qui accepit: tamen cum negotium sit ipsius naturæ, quod ex eo fiat aliquid accipientis, cum iam ex ædificatione fuisset factum, & adquisitũ domino area: *d. l. qui res* 98. §. *areã ff. de solutionibus*, cũ superueniens traditio quidquam adijcere nõ possit domi-

dominio iã antea quæsito ex regula illa, qua docemur quod id, quod meũ est amplius meum fieri non potest: §. *sic itaque discretis inst. de actionibus*, *l. in bello* 12. §. *siquis seruum, ff. de captiuis, & post liminio reuersis*, mirum non est quod ei, qui ædificauit, & tradidit repetitio non competat, cum nihil accipientis fecerit, cuius possessio ædificij etiam ad eum, qui solum possidet, expectet: siquidem, qui solum possidet, etiam ædificiũ possidere intelligitur: *l.* 3. §. *sed si supra ædes, ff. vti possidetis*. Notat *Antonius Faber inrationali ad textum in dicta l. in area* 33. *Iulius Patius Centuria* 4. *quæst.* 8. Et pro interpretatione ad textum in dicta *l. si in area* 33. in versic. *& ideo constat*, videndus est, *Iulius Patius Centuria* 3. *q.* 99. *Antonius Faber inrationali ad eundem textum*, in eodem versiculo.

23 Vigesimoprimò, obstat textus in *l. repetitio* 44. *ff. de cõditione indebiti*, *l. de hæreditate* 5. *C. de petitione hæreditatis*, vbi is, qui soluit, quod ipse nõ debebat non repetit, quod omnino contrariũ refert textus in *l. si pœnæ* 19. §. *quamuis, ff. de conditione indebiti*, in quorũ iuriũ contrarietate omissa, *Acursij*, *& Pauli de Castro* interpretatione in dicta *l. repetitio* 44. *Cuiacij lib.* 8. *obseruationum, cap.* 9. verissime est dicẽdũ multũ interesse, an quis suo nomine soluat, quasi ipse debeat, quod alius debet, an vero alieno nomine illius scilicet, qui verus debitor est: nã primo casu repetitio cõpetit: quia indebitũ est, & ita est intelligendus textus in dicta *l. si pœnæ* 19. §. *quãuis ff. de conditione indebiti*, posteriori vero casu repetitio nulla est, siquidẽ cũ alieno nomine soluit, verũ debitorẽ etiã inuitũ absentem, & ignorantẽ liberet, *l. soluendo* 39. *ff. de conditione indebiti*, & in hoc secũdo casu est intelligendus textus in dicta *l. repetitio* 4. *ff de conditione indebiti*, *l. de hæreditate* 5. *Cod. de petitione hæreditatis*. Nec obstabit, si dixeris, quod in dicta *l. repetitio.* 44. nec in dicta *l.* 5. constat, quod nomine debitoris an suo nomine soluerit: quia respondendũ est ex eo constare nomine debitoris fuisse solutũ: quia textus asserit non habere repetitionem à creditore, qui suum recipit: siquidem suum debitum dici non potest, nisi, quod à vero debitore, vel ab alio eius nomine solutũ est: & patet ex illo verbo *recipit*, à cuius propria significatione in re dubia recedendum non est. Notat *Donellus lib.* 14. *comment. cap.* 13. *Osualdus*, ibidem *littera A. Antonius Faber inrationali ad textum* in dicta *l. repetitio* 44. dicta *l. si pœnæ* 19. §. *quamuis ff. de cõditione indebiti.*

24 Vigesimosecundò, obstabit textus in *l. cum indebitum* 57. *ff. de conditione indebiti*, vbi apparet, quod si tutor impuberis nomine debitum numerauit, impuberis conditio est, non tutoris: & tamen conditio indebiti dãda est ei, qui dominiũ amisit tradendo rẽ, aut pecuniã, quã non debebat: siquidem cum eo negotium gestum est, *l. si in area* 33. *ff. de conditione indebiti*. Merito cum ipse tutor gessisset, & dominium amisisset, licet pupilli nomine soluisset, repetitionẽ habere debebat, non pupillus: sed respõdendũ est ideo pupillo, non tutori cõditionẽ cõpetere. Ratio est, quia cum pupilli nomine fit solutũ perinde adquiritur cõditio pupillo ac, si pupillus ipse soluerit. Nec interest an tutor suis nummis, an pupilli soluerit: cum tutor in omnibus fere pupilli, & vice dominus sit *l. isqui in puteum* 11. §. *an ignoscitur*, *ff. de conditione indebiti*: nam id, quod à tutore gestum est, si bona fide factum sit per inde habetur ac, si ab ipso pupillo, non ab alio sit factum: in quo plus iuris habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet tutor, quam procurator: tum etiam, quia verum est nec tutorem, nec curatorem, nec procuratorem solventes repetere posse; iuxta textum in *l. si procurator* 8. §. *Vlt. ff. de conditione indebiti*. Nec interesse an sua, vel pupilli pecunia solutio sit facta, dūmodo non suo, sed pupilli nomine fiat, *l. indebitum* 47. *ff. de cōditione indebiti*. Notat *Antonius Faber inrationali ad textum* in dicta *l. cū indebitum* 57 *ff. de conditione indebiti*.

25 Vigesimotertiò, solutioni obstabit textus in *l. dominus* 53. in fine, *ff. de conditione indebiti*, vbi procurator, qui mandato serui soluit, repetit, non vero ipse seruus. In cuius textus difficultate omissa interpretatione, & emendatione, quam refert, *Antonius Faber*, inrationali ad eundem textum. Verius est dicendum id procedere ex æquitate, quādo ob causam solutio facta est, quo in casu causa non secuta is repetit, qui soluit non vero is cuius nomine solutum est, cum potius intelligatur datum nomine illius, qui dedit, quam illius, cuius nomine datū est. Nec prædictis obstat textus in *l. 2. §. si quid l. 3, 4. & 5. ff. de conditione indebiti*, vbi hæres, qui proprio nomine soluit, si ab eo hæreditas euincatur repetere non potest: quia respondendum est, ideo non posse repetere: quia eo ipso, quod hæreditas ad alium cœpit pertinere, videtur soluisse nomine veri hæredis: atque ideo vero hæredi conditio cōpetit non tamen possessori soluēti: de quibus late tractat, *Antonius Faber inrationali ad dicta iura*. Omitto enim alia plura, quæ in præsenti adduci poterant, ne hoc opus fastidiosum videatur, præcipue quia de hac secunda nostri textus parte late tractat *Antonius Faber inrationali ad titulum, ff. de conditione indebiti*.

De donationibus Titulus XXIIII.

Ad textum in cap prudentes 1. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Liberalis in donando existimat se debere, quod donat.*
2 *Donatio ex quadam liberalitate nullo iure cogente proficiscitur.*
Nobilitas homines magnificos, & liberales facit.
Liberalis virtuosus est, & delectatur, cum operatur secūdum regulam propriæ virtutis.
Beatius est dare, quam accipere.
3 *Exponitur textus in cap. intellecto 33. de iure iurando.*
Perpenditur textus in cap. Constantinus, el segundo 96. distinct.
Constantinus Imperator omnem temporalem potestatem, & vniuersa Imperij iura Ecclesiæ Romanæ donauit.
Constantinus Imperator à lepra per baptismatis labracum fuit liberatus.
5 *Declaratur textus in cap. grandi de supplenda negligentia Prælatorum lib. 6.*
Portugaliæ Regis Historia refertur.
6 *Nemo præsumitur suum donare.*
Tria in donationibus sunt attendenda.
Expenditur textus in cap. cum dilecti 6. de donationib.
Remissiue illucidatur textus in l. filius 7. §. nonnumquam, ff. de donation. l. final. C. de prædijs Decurionum, lib. 10.

1 CONCLVSIO. Liberalis in donando existimat se debere, quod donat. Consonat textus in *Cap. non satis*

satis 86. *distinct. cap. cum sicut* 8. *de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, cap. prædicator* 16. *quæst.* 1. *cap. cū Marte de celebratione Missarū, cap. Constantinus* 96. *distinct. cap. sedes*, 15. in principio *de rescriptis, cap. cum dilecti* 6. hoc titulo. *Actu. Apost. cap.* 25. ibi *beatius est dare, quam accipere cap. & si quæstiones* 18. *de simonia, cap. grandi de supplenda negligentia Prælatorum lib.* 7. *cap. cum nunc* 28. *quæst.* 1. *l. cedere* §. *munus, ff. de verbor. signific. l. si quis rogatus*, §. *vlt. ff. ad S. C. Trebel. l. cū multa C. de bo. ff. ad S. C. Treb. l. cū multa C. de bonis quæ liberis, &c. in fine, Cou. de exhæred. tollendis, l. 1. filius*, §. 1. *ff. de donat. glossa in l. uxori, ff. de legatis* 3. *l. donari, ff. de regul. iuris, l. Campanus* 47. *ff. de operis libert. l. qui fundum* 7. §. *seruus meus*, versic. *vltimo ff. pro emptore, l. donare* 29. *ff. de donat. l. filius familias*, §. 1. versic. *nonnumquam, ff.* eodem, *l. penult. Codic. de donationibus inter virum, & vxorem, l.* 2. *Cod. de Consulibus, lib.* 12, *l.* 2. *Cod. de præpositis agentium in rebus eorum, lib.* 12. *l.* 1. *titulo* 4. *partita* 5. *l.* 8. *titulo* 9. *partita* 2. Exornāt *Tiraquelus de Nobilitate, cap.* 37. *numero* 34. *Mascardus conclusione* 555. *num.* 58. *& conclus.* 982. *num.* 5. *Cassaneus in Catalogo Gloriæ Mundi parte* 5. *consideratione* 8. *& parte* 8. *consideratione* 35. *Palacios Rubios in repet. Rubricæ de donat. inter* §. 9. *numero* 1. cum sequentib. *Thomas Sanchez de Matrimonio, lib.* 6. *disp.* 25. *num.* 19. *Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib.* 13. *titul.* 17. *num* 7. *Suarus de alimentis, titulo* 6. *quæst.* 11. *num* 46. *Matienco, in l.* 1. *titulo* 10. *glossa* 1. *num.* 2. *lib.* 5. *Recopillationis Otalora de Nobilitate* §. *parte, cap. final, num.* 17. *Didacus Perez in l.* 1. *titulo* 1. *lib* 4. *Ordinamenti, columna* 1315. *Bobadilla in Politica* plures referens, *lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 4. *littera* C. & plura Sacræ Scripturæ testimonia refert, *Pater Torres in Philosophia Morali Principū lib.* 22. *cap.* 1. *&* 3. *Osualdus ad Donellū lib.* 3. *Comment. cap.* 2. *littera B. & lib.* 20. *cap* 8. *littera C. Antonius Pichard. in Rubrica inst. de donationibus, cap.* 1. *num.* 16. *Ermosilla* 1. *tomo in l.* 1. *titulo* 4. *lib.* 5. *Recopilationis, glossa* 2. *num.* 8. *Menchaca de successionum creatione, lib* 3. §. 26. *numero* 44. cum traditis à *Barb. in Collect. ad nostrum textum*.

2 Ratio est: quia donatio ex quadam liberalitate nullo iure cogente proficiscitur: vt demonstrat textus noster: ibi, *quod sponte tribuit, l.* 1. in principio, *l. donari, ff. de donationibus, l. donari, ff. de reg. iuris, l. rem legatam, ff. de adimendis legatis*: nobilitas autem homines magnificos, & liberales facit: docet *Tullius in oratione pro Rege decorato*, & hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit; vt debere se, quod sponte tribuit, existimet, & nisi in beneficijs creuerit, nihil se præstitisse putet: nam liberalis virtuosus est, & delectatur, cum operatur secundum regulam propriæ virtutis. Notat *Aristoles* 4. *Ethic. cap.* 1. ideo cum liberalitas sit virtus secundum quam quisque liberalis operatur ex debito virtutis, & videtur teneri ad taliter donatum, iuxta textum in *l.* 1. *ff. de donationibus*: quare superabundantia diuitiarum datur aliquibus à Deo, vt meritum virtutis bonā dispensationis adquirant: ideo liberalis plura laudabiliter in alios expendit, quam in se ipsum. Notat *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 117. *art.* 1. Præterea quia quemadmodum hominis virtus est quædam similitudo diuinæ bonitatis. Notat *Diuus Thomas*, vbi supra, *art.* 6. & cum Deus semper nos quotidie multiplicet beneficijs, & affirmet, quod beatius sit dare, quā accipere: vt constat, ex *actuū Apost. cap.* 20. ideo iusta de causa liberalis virtuosus maxime laudatur, & gaudet ex donatione. Notat *Diuus Thomas*, vbi supra *art.* 4. sed quamuis liberalis existimet se debere, quod donat per legem virtutis, quam sibi sponte

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponte imponit: tamẽ, si aliquid dat casu, in quo per legẽ extrinsecam cogitur illud dare, ab huiusmodi actu nõ dicitur Liberalis: *l. rẽ legatã ff. de adimendis legatis*; siquidem tunc tantum quis donare videtur, quãdo nullo iure cogente dat non vero, quando ex necessitate facit: dicta *l. donari, ff. de reg. iuris, l. donare, ff. de donationibus*: Notat *Abb.* in præsenti *num.* 1. & 2.

3 Primò, nostri textus conclusio difficilis redditur ex tex. in *cap. intellecto* 33. *de iure iurando*: vbi, illustris Hũgarię Rex alienationes quasdam, & donationes fecit iuriũ Regni sui, & rerum ad honorem Regiæ Coronæ expectantium, & iuramentum de non reuocandis eisdẽ fecit, & tamen decernitur donationes illas, & alienationes illicitas, & inualidas esse: ergo donationes factæ ab Imperatoribus, qui in supremo nobilitatis gradu constituti sunt valere non debent, & sic nobiliũ propria virtus nõ est liberalitates exercere, & donationes facere: sed respondendum est, quod licet Imperatori ratione supræmæ nobilitatis maior munificentia, & liberalitas conueniat, & ob id eius donationes latissimam recipiant interpretationem: *cap. olim de verb. signific. cap. ex parte de decimis, cap. quia circa de priuilegijs, l. beneficium, ff. de constitutionibus Principum*, cum infra referendis in *cap.* 2. hoc titulo, & ita vires accipiant, vt non possint ab eius successore reuocari: *c. Abbate fauę de rei vindicata lib.* 6. *l. pen. C. de donat. inter.* Notat *Bartolus* in *l.* 1. §. *cũ vrbẽ, numero* 4. *ff. de præfecti. vrbi. Decianus, lib.* 1. *Consilio* 25. *numero* 4. *Mantica* vbi supra *numero* 16. tamen iurium Regni, & rerum Regiæ Coronæ donationes, & alienationes, quæ magnum Coronæ afferunt detrimentum, & multum ledunt Imperij dignitatem, à Principe fieri non possunt: quia donationes illæ improbantur, & irritæ iudicantur ab Honorio III. in dicto *cap. intellecto* 33. *de iure iurando*, ibi *in præiudicium Regni sui, & contra Regis honorem* docet *Couarruuias in cap. quamuis pactum* 2. *parte* §. 2. *numero* 4. *Suarez* 2. *tomo de Religione lib.* 2. *de iuramento capite* 30. *numero* 9. *Gutierrez de iuramento, capite* 30. *numero* 9. *Cenedus plures referens in Collectaneis ad Decretales Collectanea* 109. Præcipue cum Rex ille in sua Coronatione iurasset iura Regni sui, & honorem Coronæ, illibata reseruare: merito, si postea iuramentũ præstitisset se nõ reuocaturũ donationes ab ipso factas, illicitum profecto iuramentum censetur, & propterea penitus non est seruandum: notant *Couarruuias, & Gutierrez* locis supra citatis, *Barbosa* in dicto *capite intellecto* 33. *de iure iurando, numero* 2. & 3. *Acuña ad primam decreti partem* in dicto *capite Constantinus* 2. 96. *distinctione, numero* 11. Poterit tamen Imperator ex iusta causa in ordine ad sui Regni vtilitatem modicas, vel immodicas prædictorum bonorum donationes facere: iuxta textum in *l.* 2. & 3. *titulo* 9. *libro* 5. *Recopillationis*. Notat *Antonius Gabriel libro* 3. *communium titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione* 5. *numero* 48. *Molina de Iustitia, & Iure tractatu* 2. *disputatione* [illegible] *siculo cum autem Barbosa de potest. Episcopi* 1. *parte titulo* 8. *cap.* 2. *num.* 71. & 72.

4 Secundò, solutioni obstat textus in *capite Constantinus el segundo* 96. *distinctione*, vbi Constantinus Imperator desiderans Apostolicã Romanam Sedem temporali adiutorio, ac Maiestate explendescere in

pluribus terris, & Prouincijs omnem temporalem potestatem, dominiũ, & vniuersa Imperij iura Ecclesię Romanæ donauit, quæ Constãtini Imperatoris donatio, & si totius Imperij sit facta, non reuocatur, imo potius laudatur, & approbatur in *cap. fundamenta de electione lib.* 6. & *in Clementina* 1. *de iure iurando, cap. ego Ludouicus* 63. *distinctione Clem.* 1. *de iure iurando, cap. futuram* 16. *quæst.* 1. & hanc donationem cõtra hæreticorum opinionem firmam fuisse latissime defendit *Turrecremata, lib.* 2. *de potestate Ecclesiæ, cap.* 42. *Pelagius, lib.* 1. *de planctu Ecclesiæ, cap.* 43. & *lib.* 2. *cap.* 29. *Hieronymus de Monte de finibus regundis, cap.* 11. *num.* 11. cum traditis *ab Acuña ad primam decreti partem* in dicto *cap. Constantinus el segundo* 98. *distinct. cap.* 1. *num.* 1. Cui dubio respondendum est donationem illam ab Imperatore Apostolicæ Sedi factam valuisse: quia nullum præiudicium attulit Imperio ex eo, quod rerũ Ecclesiæ donatarũ optima mẽ pars dent Imperatores Deo, eiusque Ecclesiæ, multo maiora ab eo accipiunt: vt eleganter refert textus *in authent. de non alienandis rebus Ecclesiæ* §. *si minus collatione* 2. nam quod Ecclesijs donatur, Deo redditur, à quo omne bonum, & donum optimum prouenire Apostolus docet, & ideo *cum Dauid* 1. *Paralipomen. cap. vltimo* dicere potuit Constantinus: *tua sunt omnia Domine, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*, & diuino ardore promotus fuit Constantinus ad donationem illam peragendam propter lepræ curationem, à qua in Baptismatis lauacro fuit mundatus, & propter victoriam contra Magentium feliciter obtentam; quare Diuus Petrus Constantino Imperatori apparuit: vt refert *Acuña* in dicto *capite Constantinus, numero* 8. qua de causa Principes omnes, qui in Ecclesias magnifici, & liberales extiterunt, de hostibus suis fęliciter triumphum sunt consecuti, & Imperium, seu Regnum ad longissimam posteritatem traduxerunt: vt late prosequitur, *Bosius de signis Ecclesiæ tomo* 3. *lib.* 20. *capite* 89. *Belarminus, tomo* 1. *controuersi. lib.* 4. *de Ecclesia Militante, cap.* 18. Tum etiam valida censetur illa Constantini donatio Romanæ Ecclesiæ facta: quia hoc modo dominus succurrere voluit Ecclesiæ suæ in misero rerum statu existenti, vt sic opibus opulenta facilius posset contrarijs omnino resistere, qui eam tamquam omni auxilio destitutam oppugnabant: iuxta textum in *capite fundamenta de electione, lib.* 6. præterea, quia apparet huiusmodi donationem nõ à solo Constantino fuisse factam, sed abeo simul cum satrapis optimatibus, Senatu, ac Populo, vt constat ex dicto *capite Constantinus versiculo vna cum omnibus satrapis nostris, capite fundamenta de electione lib.* 6. qui quidem Populus consentiente Imperatore, in quem omnem potestatem transtulit, *l.* 1. *ff. de constitutione Principum*, recte poterat ipsam potestatem, & dominium in alium transferre: argumento textus in *capite* 1. *de regulis iuris in Decretalib.* vt recte ratiocinatur, *Barb. de potestate Episcopi parte* 3. *titulo* 3. *cap.* 2. *num.* 82. & fundamentis omnibus, quibus heretici impugnare conantur illã Cõstãtini donationẽ, erudite satisfacit, *Acuña ad primã decreti partẽ in dicto c. Constantinus el segundo* 96. *distinct.* fere per totum, atque ideo Consulto omito.

5 Tertiò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Tertiò, prædictis valde obstat textus *in cap. grandi de suplenda negligentia Prælatorum lib. 6.* vbi Summus Pontifex Portugalis Regi nobilem virum Comitem Bolonesem ipsius Regis fratrem coadiutorem dedit, vt Regnum ipsum maturius reformaret, curâ, & administratione generalem ac liberâ ta prædicti Regis, quâ ipsius Regni vtilitate ei cõcessit, vt Ecclesias, ac personas Ecclesiasticas, quas ipse vexare curabat, defenderet, & donationes omnes ab ipso factas reuocaret, & donata salubriter repararet, vt constat ex eodem textu ibi, *ac deperditorum inibi recuperationem* iuncta eius *glossa verbo liberam*, ex quo textu expresse deducitor donationes à Rege Portugaliæ factas inutiles, & inualidas esse, ab eiusque coadiutore reuocari debere. Ergo nobilium peculiaris liberalitas, & munificentia non est in eo, quod donant, cum donationes ab ipsis factæ perpetua stabilitate non gaudeant, sed ab eorum successoribus reuocentur. Sed respondendum est in specie illius textus minime probari non posse Reges qui primũ, & summum nobilitatis gradum tenent donationes facere, & liberalitates exercere: quia id esset expresse contra nostri textus sententiam: sed tantum ibi irritæ decernuntur donationes, quas prædictus Portugaliæ Rex fecit: quia eas contulit de iuribus Regni, & rebus Coronæ in præiudicium ipsius, & Regalis dignitatis ad instar furiosi, & prodigi non seruata rectitudine, & meta liberalitatis. Quo in casu donationes illæ ipsis Regibus interdictæ sunt dicto *cap. intellecto de iure iurando*, & quod de illis donationibus sit locutus Innocentius IIII. in dicto *cap. grandi* manifeste constat ex verbis illius textus semel, atque iterum repetitis ibi, *ac deperdito*, & ibi, *eidem Regno destructioni opposit*, siquidẽ donationes illæ, quæ non seruatis circunstantijs ad rectitudinem, & mediocritatem actionis liberalis requisitis fiunt, potius perditiones, & prodigalitates, quam donationes appellari debent: iuxta textum in *l. si ius, ff. de donationibus, l. contra iuris, ff. de pactis*: & ea de causa merito in dicto *capit. grandi*, reuocantur docent *Archidiaconus ibidem, num. 1. Barbos. in Collect. ad eundem textum, num. 5.* Difficultatem autem, quam huius textus contextura inuolbit ea est, scilicet quare pro dando coadiutore Regi Portugaliæ ad Summum Pontificem recursum fuit, & eam nec ponimus, nec exponimus: quia nostræ notæ non est, nec his, quæ discutimus, conuenit. Iterum tantum consulendus, *Barb. de potestate Episcopi 1. parte tit. 3. cap. 2. num. 51. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 21.* qui varias, ac diuersas ad eum textum assignant rationes.

6 Quartò, prædictis obstat vulgare illud principiũ, quo docemur, quod nemo præsumitur suum donare, *l. cum de indebito 25. §. si vero ff. de probationibus, l. final, C. de donat. l. Camp nus, C. de operis libertorum, l. si cum aurum, ff. de solutionibus*, nam regulariter donatio non præsumitur, cum nemo credatur velle suum patrimonium iactare: *cap. super hoc de renunciatione*, Notat *Mascardus de probationibus conclusion. 555. Sardus de alimentis, titulo 6. quæst. 5. num. 7. Flaminius de resignatione lib. 8. quæst. 1. num. 5. Peharbus in principio inst. quibus non est permissum facere testamentum, num. 66.* nam ex omnibus modis præsumptioni donationis restitit, & interpretatio prudentum captiosam liberalitatem fregit: *l. cum Aquiliana, ff. de trãsactionibus*, & ideo in dubio dicimus magis fauendum esse repetitioni, quam aduentitio lucro, *l. non debet, 9. in re dubia, ff. de regul. iuris*: docent, & illustrant, *Mantica de contractibus 2. tomo lib. 13. titulo 9.* per totum *Tiraquellus de nobilitate, cap. 37. numero 47.* Pro cuius dubij solutione adnotandum est in donatione tria maxime esse attendenda: scilicet persona dantis, accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus: vt refert *Alexander III. in capit. & si quæstionem 18. de Simonia*: vbi late explicant requisita illa, *Abb. & Barbos. numero 2.* Vnde apparet regulam supra adductam cessare, si persona quæ donat nobilis est; quia nobiles in dubio ex nostri textus decisione animum donandi habent, & semper liberales existunt: vt expresse demonstrat Scebolæ sententia relata in *l. vxori 33. ff. delegatis 3.* vbi maritus pro vxore centum aureos creditori soluit, & ornamentum pignori positum luit, postea testamento facto vxori suæ legauit quidquid ad eum, in stipulatum ei conceserat, & amplius vicenos aureos annuos: quæsitum fuit in hac specie, an hos centenos aureos hæredes viri ab vxore, vel hæredibus eius repetere possint, respondit Scebola, si donationis causa creditori soluisset, teneri hæredes ex causa fideicommissi repetere, atque etiam petentes exceptione submoueri, quod præsumptum esse debet (inquit *Scebola*) nisi contrarium ab hæredibus probetur, cuius ratio ex eo prouenit: quia vir ille, qui creditori vxoris centum soluit, nobilis erat, & vxor coniuncta persona: dicto *cap. & si quæstionem de Simonia*: quia cum ex nobilitate ipsa liberalis, & munificus sit, & ad donationes faciendas

se reputet obligatus ex textu nostro cum similibus, solutionem illam solutionis nomine factã potius præsumitur donationis causa factam, quam obligandi vxorem, & ea de causa hæredes, si centum repetant ex causa fideicommissi restituere tenentur vxori, vel eius hæredibus, & si non repetant exceptione sumobendi sunt: docet *glossa ibi verbo quod præsumptum*, & post eam *Bart. ibidem, Tiraquelus, dicto cap. 87. num. 47.* Ex eodemque fonte dimanat interpretatio ad textum in *cap. cũ dilecti. 6* hoc titulo *de donat.* vbi proponitur nobilẽ virum quasdam terras pure, & simpliciter Monasterio donasse, item aliam terram eidem Monasterio cõcessisse sub conditione pẽsionis, vt si forte pensio nõ solueretur, redigere posset terrã illã in floresta, quo defuncto illius terras illas violẽter in floresta redigere cupiebat, iudices, quibus causa cõmissa fuit, discursso negotio dubitarũt pro qua parte sententiam ferrẽt, & ideo causam instructã cũ instrumento donationis ad Pontificẽ remiserũt rescribit Pontifex eisdẽ iudicibus mandans vt sententiam pro Monasterio appellatione remota profer ãt: quia ex tenore instrumenti euidẽter apparet, quod hæc fuit mens, & intẽtio donatoris, vt clausola de floresta, quæ in fine instrumenti ponitur non ad Superiorem donationem, sed ad inferiorem concessionẽ, quæ pensionẽ habet insertam, referatur, reddirque rationem: quia in contractibus plena, in testamento plenior, in donationibus plenissima interpretatio facienda est, ex quo loco manifeste deducitur donationem à nobili viro Ecclesiæ factam plenissime accipiendam & interpretandam esse adeo, quod, licet clausula in fine instrumẽti adhibita ad omnia præcedentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

soleat referri, *cap. Apostolus* 32. *quæstione* 7. *cap.* 2. *requiris* 41. *de appellationibus*, cum infra tradendis in dicto *cap. cum dilecti* 6 hoc titulo, tamen in hac specie potit duas donationes à nobili viro factas onerosa clausula apposita priorem donationem tantum respicit siquidem verba cuiusque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda secundũ mentem disponentis, *cap. humanæ aures* 22. *quæst.* 5. *cap. intelligentia de verborum significa.* quæ mens in dubio colligitur ex ratione expressa in dispo[illegible]one, vel ex alijs verisimilibus c[illegible]iecturis: verisimile autem non e[illegible], quod per onus impositum in vnam re nobilis ille donator voluerit grauare priorem donationem pure, & libere factam, ne incontinenti corrigat liberalitatem à se factam: & sibi ipsi videatur esse contrarius: quia ex nostri textus sententia nobilis donans propter nullam aliam causam dat, quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, cuius seipse existimat debitorem, & ideo in dubio præsumendũ est, quod sicut nobilis ille fuit magnificus in concedendo, ita etiam voluit verba sua plenissime esse interpretanda, & donationem etiam plenissimum sortiri effectum: qua de causa clausula onerosa in fine posita in dubio refertur tantum ad vltimam donationem, non ad priorem docent *Abb. & Hostiensis*, ibidem *num.* 6. de quo nos late supra agemus in dicto *cap. cum dilecti* 6. hoc titulo, videndus est etiam *textus in l. filius* 7. §. *nonnunquam, ff. de donationibus*, & *textus* difficilis *in l. final C. de prædijs Decurionum lib.* 10. De cuius interpretatione late scripsimus in *cap. nulli* 5. *de rebus Ecclesiæ indecimo* dubio.

Ad textum in cap. fraternitatem 2. cap. cæterum 3. cap. Apostolicæ 9. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio nõ valet, quam facit Prælatus in consulto capitulo.*
2 *Episcopus, & quilibet Prælatus rerum Ecclesiasticarum Procurator est, non dominus, & ideo conditionem Ecclesiæ meliorem facere potest, non deteriorem.*
Donator præsumitur rem perdere.
3 *Interpretatur textus in cap. cæterum 3. de donationibus.*
Prælati, Decuriones, tutores de rebus Ecclesiæ, Ciuitatis, vel pupilli paruas donationes vulgo aguinaldos sine debita solemnitate facere possunt.
Exponitur textus in cap. ad hæc 8. *de testamentis.*
4 *Declaratur textus in cap. cũ olim* 14. *versic.* præterea *de priuilegijs.*
5 *Ratio redditur ad Concilium Toletanum* 9. *cap.* 5. *relatum in cap. hæc* 74. 12. *quæst.* 2.
6 *Dilucidatur Concilium Toletanũ* 3. *cap.* 4. *relatum in cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2.
7 *Ad concordiam reducitur textus in cap. ad audientiam* 3. *de Ecclesijs ædificandis cum d. cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2.
8 *Expenditur Concilium Cabilonense relatum in cap. Ecclesiæ* 43. 16. *quæst.* 1.
9 *Inuestigatur ratio ad Concilium Aurelianense* 4. *cap.* 35.
10 *Solutio depromitur ad textum in cap. quicumque* 66. 12. *quæst.* 2. *cap. vltimo* 16. *quæst.* 6.
11 *Alienatio licet Curialibus sit prohibita, non tamen censetur donatio.*
Remissiue interpretatur textus in l. final C. de prædijs Decurionum lib. 10

1 CON-

1 CONCLVSIO. Non valet donatio, quam facit Prælatus inconsulto capitulo, & in damnum Ecclesiæ. Consonat *textus in cap. nulli* 5. *versic. donationem de rebus Ecclesiæ, cap. sine exceptione* 52. 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis, cap.* 1. *de in integrum rest. minorum, cap. quod autem de iure patronatus, can. præsentî* iuncta eius *glossa de officio ordinarij, lib.* 6. *cap. siquis presbyterũ de rebus Ecclesiæ, cap. Pastoralis* 7. *cap. Apostolicæ* 9. hoc titulo, *Extrauagans ambitiose de rebus Ecclesiæ, a.* 2. *deprecarijs, cap.* 2. *de rerum permutatione, l. ignorantis ff. de Procuratoribus, cap. vlt.* 12. *quæst.* 2. *l. contra* 18. §. *vlt. ff. de pactis, l. pactis* 22. *ff. eodem l.* 1. §. 2. *ff. quæ res pignori, l. sicut.* 8. §. *an pacisci ff. quibus modis pignus. l.* 3. §. *si seruus ff. de donat. inter l.* 1. *versic. denique ff. de officio Procuratoris Cæsaris* §. 3. §. *plane ff. quod vi aut clam l.* 1. C. *de bonis maternis, l. vlt.* C. *de curatore furiosi, l. tutor* 22. *l. Lucius* 48. §. *vltim. ff. de administ. tutorum, l. siquis* 42. §. *si seruus meus, ff. de furtis, l.* 1. *in fine principij, ff. de hut. & ration. distrahen. l.* 4. *titulo* 4. *l.* 8. *titulo* 21. *partita* 1. Exornant, *Nauarrus ac reddit. Ecclesiæ, quæst.* 1. §. 21. *num.* 1. & 3. *Duenas regula* 220. *Tiraquellus in l. si vniquam verbo donatione, num.* 174. *Gutierrez in practicis, lib.* 2. *quæst.* 114. *num.* 13. *Escobar de ratiocinijs cap.* 24. *num.* 1. & 8. *Molina lib.* 2. *de primogenijs, cap.* 10. *num.* 42. & 49. *Garcia de Expensis, cap.* 20. *num.* 9. *versic. inde Prælatis Puteus decisione* 304. *parte* 1. *in antiquis Tuscus tomo* 3. *littera E. conclusione* 387. & *littera D. conclusione* 687. *Menochius de arbitrarijs casu* 434. *Barbos. de potestate Episcopi parte* 3. *alleg.* 114. *numero* 33. cum ab eo traditis *in collect.* ad nostrum textum, *numero* 1. & 2.

2 Ratio est: quia cum Episcopus, & quilibet Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus, conditionem Ecclesiæ meliorem potest facere, non vero eam deteriorare iuxta *textum in cap.* 1. *de in integrum rest. cap.* 2. *de locato*, & cum donatio sit species alienationis *cap. nulli de rebus Ecclesiæ*: quia per eam donator dicitur perdere, *l. filius, ff. de donat.* & res Ecclesiæ non possint per Prælatũ sine cõsensu capituli: & in euidẽrem Ecclesiæ vtilitatem intercedente superioris licentia alienari, *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. ideo donatio facta à solo Prælato de rebus Ecclesiæ non tenet, & peripsum, vel eius successorem est reuocanda iuxta *textum in capit.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato.* Notat *Cuiacius in posthumis ad nostrũ textum.*

3 Primò, obstare videtur, *textus in cap. cæterum* 3. hoc titulo, ex quo deducitur ratam esse donationem rei Ecclesiæ sine vlla solemnitate factam. Sed respondendum est textum in dicto *cap.* 3. non absolute donationem permittere, sed tunc demum si rei donatæ parua quantitas sit, & simul mobilis suffulta, quæ consuetudine loci, nec ipsi Ecclesiæ damnum afferat. Notat *Cuiacius in posthumis ad nostrum textum Escobar de Ratiociniijs, cap.* 24. *num.* 8. qua consuetudinis ratione receptũ est Prælatos, Decuriones, tutores de bonis Ecclesiæ, Reipublicæ, vel minoris prædictas paruas donationes vulgo *aginaldos* posse facere, *l. cũ plures tut.* 12. §. *cũ tutor, ff. de administratione tut.* versiculo *solemnia nomine, l. sed & si* §. *si vir[illegible], ff. de donat. inter Cuiacius lib.* 38. *Pauli ad edictum in dicto* §. *cum tutor, Escobar dicto cap.* 24. *num.* 21. Vnde infertur interpretatio ad textum in *cap. ad hæc* 8. *de testamentis*, vbi nonnulli asserunt ideo permiti Clericis ægrotis donationem modicam facere contẽplatione elemosi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mosinæ: quia donatio illa facta fuerat de bonis ipsius Ecclesiæ: iuxta *textum* in dicto *cap. ceterum* 3. hoc titulo. Notat *Abb.* ibidem *Molina lib.* 1. *de primogenijs, cap.* 10. *num.* 42. Sed hæc expositio aperte repugnat menti, & verbis illius textus, vbi de bonis tuitu beneficij quæsitis fit mẽtio, sed tunc acriter vrget, quod si donatio est de his bonis, vtique rata habenda erit, siue modica, siue in modica fuerit, quasi facta abeo, qui verus dominus bonorum est ex traditis *à Molina* dicto *cap.* 10. *num.* 33. *Pater molina de Iustitia, & Iure disput.* 148. *num.* 6. *Fachineo lib.* 5. *controuersiarum, cap.* 89. *Barboj. de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 114. *num.* 4. Cuius difficultatis vitandæ causa variæ solent adduci interpretationes ad textum in dicto *cap. ad hæc* frequentius obtinuit: ideo ibi in ægritudine donationes immodicas improbari: quia fraudãdæ legis Canonicæ causa de qua in *c. cũ inofficijs* 7. *de testamentis*, factæ præsumũtur. Argumento *legis filiæ* 59. *ff. soluto matrimonio*, *l. si filia* 5. *ff. de diuortijs*, ac per inde haberi debent, ac si in testamento fierent. Argumento *textus in cap. de his de sepulturis.* Notat *Couar.* in dicto *cap. ad hæc de testamentis Sarmiento de redditibus* 4. *parte cap.* 4. *num.* 7. *Barbos. de potestate Episcopi* 3. *parte allegat.* 114. *num.* 35. idem in *Collect. eundem textum, num.* 4. Ego vero (licet aliquando aliquid mihi placeret) nunc re matu[illegible]ius considerata mihi persuadeo [illegible]ricos etiã in ægritudine positos [illegible]e facere donationes immodicas de his bonis: si modo nulla fraus interueniat, nec me mouet, aut mutat decisio textus in dicto *cap. ad hæc*: ex quo nihil aliud deducitur, quam argumentum à contrario sensu, quod videtur donationes immodicas excludere, cum tantum modicas permittat; quoniam hoc argumentum nihil cõtradicit stantibus iuris principijs in contrarium: vt recte docet *Molina de primogenijs* dicto *cap.* 20. *num.* 24. Ex quibus constat non admitti vulgarem solutionem inter donationes modicas, & immodicas à Doctoribus traditas in bonis tuitu beneficij quæsitis, sed tantum in bonis Ecclesiæ iuxta textum nostrum, & textũ in dicto *cap. ceterum* 3. hoc titulo.

4 Secundò, solutioni obstat textus in *cap. cum olim* 14. versic. *præterea de priuilegijs*: vbi constat donationem ab Episcopo in ægritudine constituto factam, etiam de bonis tuitu Episcopatus quæsitis improbari: quia immodica fuerat: vt seriũs *Ioannes Andreas*, ibidẽ, *num.* 8. *Abb. num.* 8. *&* 15. *Butrius* 25. Verum eorum sententijs omissis dicẽdum est ideo ibi irritam fuisse donationem, non quia immodica fuerat: nam cũ facta fuisset de bonis tuitu Episcopatus quæsitis, nihil intererat an modica, vel immodica esset: vt suprà retulimus, sed ex eo præcipue: quia Episcopus non erat donator secularis quo casu donatio valeret. Notat *glossa* verbo *reseruari* in *cap. Vltimo de officio Ordinary lib.* 6. Sed erat regularis, qui cum post Episcopatum ad huc maneret Religiosus in his, quæ nõ obstant executioni muneris Episcopalis, & cum incapax sit dominij bonorum, quæ quæ huit: notat *Sanchez lib.* 6. *ad præcepta Decalogi, cap.* 6. *num.* 8. *Barb. dicta* 3. *parte allegatione* 114. *num.* 18. mirum non est, vt bona illa donare non posset, cum potius suæ Ecclesiæ, quam sibi ea comparasset, *cap. vnic.* 18. *quæst.* 1. docet *Abb. in cap. in præsentia, num.* 67. *de probationibus, Emanuel Rodriguez tomo* 3. *Regularium, quæst.* 69. *art.* 4. *Molina* dicto *cap.* 19. *nu.* 28. *Azor lib.* 12. *moral.*

morum, cap. 10. *quæst.* 6. *Cardinalis*, in dicto, *cap. cum olim oppositione* 9. *Butrius*, ibidem *num.* 55.

5 Tertiò, prædictis valde obstat, *Concilium Toletanum* 9. *cap.* 5. relatum in *cap. bonæ* 74. 12. *quæst.* 2. vbi Episcopo permittitur donare Monasterio constituendo dotis nomine quinquagesimam partem reditiuum suæ Ecclesiæ, & aliquando centesimam, quæ constitutio seruari recipitur in *cap. Pastoralis* 9. versiculo, *ad quod de his, quæ fiunt à Prælatis*, *lege* 14. *titulo* 14. *partita* 1. dummodo detractio quinquagesimæ, vel centesimæ paris non ferat graue detrimentum Ecclesiæ: *cap. Apostolicæ* 9. hoc titulo. Sed respõdendum est his in iuribus ius singulare contineri ex eo, quod introductum est *in Concilio Toletano* 9. *cap.* 5. in fauorem sacrorum Templorum: vt ita Episcopi inuitarentur ad fundandas Ecclesias, quæ alioquin sine dote ædificari non debẽt: *cap. nemo de Consecratione distinct.* 1. *cap.* 1. *de Ecclesijs ædificandis, cap.* 2. *de censibus.* Quæ donationes cum iure singulari permittantur illis Episcopis sui capituli cõsensum non desiderant. Docet *glossa* verbo *elargiri*, & verbo *non deueat* in dicto *cap. Apostolicæ*, *glossa* verbo *salua* in dicto *cap. Pastoralis* obseruant, *Hostiensis Cardinalis, & Cuiacius*, ibidem.

6 Quartò, huic resolutioni obstat *Concilium Toletanum* 3. *cap.* 4. relatũ in *cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2. vbi Patres Concilij Toletani in hac eadem specie consensum capituli desiderant. Sed respondendum est illius Canonis verba attente in specta duos diuersos casus continere: primus est, quando Episcopus vult Ecclesiam Parrochialẽ in Monasterium transferre, quo in casu cum minor æquitas sit in mutatione status Ecclesiæ, quam in constructione nouæ Ecclesiæ, & translatio illa, vtpote alienatio fieri non possit sine capituli consensu: notat, *Moneta de commutatio. Vltimarum voluntatum, cap.* 1. *num.* 59. Ideo in primo casu cõsensus capituli desideratur. Secundus casus est, quando Episcopus eidem Ecclesiæ constructæ aliquid donat sine detrimento suæ Ecclesiæ, quo in casu donationem vtilem esse cauetur (quod Ego accipio) sine capituli consensu, vt aperte significant vltima illius verba: ibi, *res enim bonæ statuendæ Sanctum Concilium dat consensum*, alioquin, si adhuc in ea donatione capituli consensus requireretur, supervacua esset potestas Episcopo data in eo Canone, ad quos duos casus reducenda est distinctio, quam probant, *Ioãnes Andreas Abb.* & Doctores omnes in dicto *cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Prælatis sine.*

7 Quintò aduersus solutionem traditam ad textum in dicto *cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2. dicto *cap. bonæ* 74. 12. *quæst.* 2. obstabit textus in *cap. ad Audientiam* 3. *de Ecclesijs ædificandis*, vbi non aliàs licet Episcopo nouam Ecclesiam ædificare ratione distantiæ Parrochiæ, quam si prius venia Pontificis accedat quæ licentia prima fronte videtur supervacua, si verum esset, quod ante in dicto *cap. si Episcopus*, & in dicto *cap. bonæ*, primo esset receptum nullam iuris solemnitatem in prædicta specie desiderari, quam difficultatem nonnulli euitare existimant asserendo textũ in dicto *cap.* 3. *accipi* oportere iuxta decreta in dicto *capit. si Episcopus*, & in dicto *cap. bonæ* quasi sensus sit Episcopum denuo ædificare posse nouã Ecclesiam propter distantiam Parrochialis sine consensu Clericorum, sed hæc inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pretatio difficultatem non excludit: quia ibi non agitur de consensu Clericorum inquirendo, vel nõ, sed tantum de Pontificis venia: quare verius est dicendum illa Toletani Concilii iura tantum pertinere ad donationes Ecclesiarum ex redditibus Ecclesiæ propriæ Cathedralis non vero ad res alterius Ecclesiæ non Cathedralis, in quibus tantũ seruato modo quinquagesimæ, vel centesimæ cõstructio, vel ædificatio permittitur. Notat *Abb. post. Innocentium* in dicto *cap. Apostolicæ* 9. hoc titulo *num.* 5. in fine: si vero aliam Ecclesiam vellit de rebus Parrochiæ construere cessante permisso, de quo in dicto *cap. bonæ* necessaria est noua Pontificis indulgentia, qua interueniente nouæ Ecclesiæ à se constructæ poterit adiudicare possessiones alterius, licet centesimam excederent, quam potestatem etiam produxit textus in *cap. Vltimo de Ecclesijs ædificandis*, ad eum casum, quo ipsi Episcopi (vt solent) iurassent se nihil de rebus Ecclesiæ alienaturos: vt constat ex *Concilio Tridentino sessione* 21. Notat *Barb. de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 64.

8 Sextò, his omnibus valde obstat, *Concilium Cauilonense* relatum in *cap. Ecclesiæ* 43. 16. *quæst.* 1. vbi cauetur Ecclesias antiquas non esse priuandas decimis nec vllis possessionibus, vt nouis oratorijs, seu Ecclesijs donentur. In cuius textus difficultate omissa *glossæ* interpretatione in dicto *cap. Ecclesiæ* verbo *vt nobis* dicendum est textum in dicto *cap. Ecclesiæ* sumptũ fuisse ex Cõcilio Cauilonensi, si fides Gratiano habenda est, quod iuxta iuris veteris regulas id decreuisset, sed cum postea in *Concilio Toletano* 3. *&* 9. in dicto *cap. si Episcopus*, & in dicto *cap. bonæ* priuilegium illud Episcopis fuisset concessum, dicendum videtur non obstare. Subsisto namque in varijs huius textus interpretationibus traditis per *Archidiaconum* in dicto *cap. Ecclesiæ*, de quo etiam videndus est *Suarez tomo* 1. *de Religione lib.* 1. *de decimis, cap.* 17. *numero* 27.

9 Septimò, conclusioni nostræ obstat auctoritas *Concilij Aurelianensis* 4. *cap.* 35. vbi videtur permissam fuisse donationem factam ab Episcopo Clerico extraneo etiam sine vlla iuris solemnitate. Sed respondendum est eo in Canone patres donationẽ illã Clerico alterius Episcopatus factam vno casu tantum ratã habuisse: in altero vero inutilem: rata autem dicitur, quãdo Episcopus aliquid donauit clerico extraneo de facultatibus suæ Ecclesiæ forte elemosinæ causa, cum Clericus pauper esset, quod Episcopis permissum est in *Concilio Toletano* 4. *cap.* 37. *docet Imola* in dicto *cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à Prælatis, Alciatus in cap.* 1. *hoc titulo limitatione* 1. *numero* 22. *versic.* 5. inutilem vero donationem asserunt post Clerici mortem ex illa ratione: quia iniquum est, vt sub spe donationis piæ Ecclesia damno impertiatur, quæ multis subuenit, cuius differentiæ exempla refert *textus in cap. possessiones* 61. 16. *quæst.* 1. Argumento *textus in l. iubemus* 14 *§. Vlt. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, cap.* 2. *§. Economus* 10. *quæst.* 2. videndus est *Mantica lib.* 4. *de tacitis conuentionibus titulo* 7. *num.* 98.

10 Octauò, obstat textus in *cap. quicumque* 66. 12. *quæst.* 5. *cap. Vlt.* 16. *quæst.* 6. vbi videtur permissa rei Ecclesiasticæ donatio sine vlla solemnitate. Cui difficultati respõderi solet ea iura non de mera, sed de remuneratoria donatione intelligenda esse. Vnde nihil mirum, si sub alternationis interdicto talis donatio non contineatur, quod agnouisse videtur *Gratianus in cap. liberti* 65. *versiculo pro remuneratione* 12. *quæstione* 51. & ideo libertas data seruo benemerito sustinetur in *cap. siquis* 52. 12. *quæst.* 2. Docet *Reuuanus hoc titulo quæst.* 51. *cap.* 21. & alia donatio de qua in *cap. per tuas hoc titulo*, sicut minori ex eadem remunerationis causa permittitur seruum suũ manumittere: *l. etiam* 15. *§. ex prætor ff. de manumissis vindicta*: Quæ species donationis similiter tutori sine decreto permittitur: *l. cũ plures* 12. *§. cum tutor, ff. de administrat. tutorum* prosequitur *Tiraquellus in l. si vnquã verbo donatione, num.* 25. *Escobar de rationibus, cap.* 24. *num.* 24.

11 Nonò, obstat textus in *l. final C. de prædijs Decurionũ lib.* 10. vbi apparet, quod licet alienatio curialibus sit prohibita, non tamen censetur prohibita donatio, de cuius solutione, plura scripsimus in *cap. nulli* 5. *versic. donationem de rebus Ecclesiæ dubio* 10. Omitto prolixam illã quæstionem: scilicet, an repudiatio hæreditatis, vel legati sit donatio ita, vt Prælatus possit sine solemnitate hæreditatem repudiare: quia de ea tractant Doctores omnes in dicto *cap. nulli de rebus Ecclesiæ*: qui omnes consulendi sunt cum ad institutum nostrum id non pertineat. Reliqua sunt petenda ex his, quæ supra retulimus in *cap. qui res* 2. *cap. consensus* 3. *de rebus Ecclesiæ*, & ex his, quæ scripsit *Abb. in cap. Apostolicæ* 9. hoc titulo *cap. Pastoralis* 9. *de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli.*

Ad textum in cap. cæterum 3. huius Tituli.

Commentaria ad hunc textum sunt petenda ex his, quæ supra retulimus in *cap. fraternitatem* 2. huius tituli.

Ad textum in cap. consultationibus 4. huius Tituli.

1 *Ecclesia non vacans in beneficiũ concedi non potest, sed in proprietatem sic de auctoritate Episcopi, & sine præiudicio Prælati.*
2 *Titulus semel obtentus per Rectorem viuentem non potest esse penes alium.*
Duo sicut non possunt habere vnam vxorem carnalem, ita neque spiritualem.
Occasio captanda mortis alienæ vitanda est.
Episcopus cum consensu capituli potest vnam Ecclesiam alteri vnire.
3 *Remissiue referuntur iura omnia tradita in titulo de concessione præbendæ.*
4 *Exponitur textus in cap. ex insinuatione* 14. *versic.* liberaliter contulisset *de iure patronatus.*
5 *Interpretatur textus in cap. illud* 8. *versic. licet Religioso loco de iure patronatus.*
6 *Laici, neque cum consensu Episcopi poterunt Ecclesiam donare, cum eã possidere non possunt.*
7 *Refertur ratio ad textum in cap. cura* 11. *de iure patronatus.*
8 *Donatio Ecclesiarum ex diuturni temporis præscriptione cum consensu Episcopi facta præsumitur.*
9 *Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, & ibi iterum exponitur textus in dicto cap. cura* 11. *de iure patronatus.*
10 *Cõciliatur textus in c.* 1. *de rebus Ecclesiæ cũ Clement.* 2. *eodẽ titulo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 CONCLVSIO, Ecclesia non vacans in beneficiũ concedi non potest, sed in proprietatem sic, de auctoritate tamen Episcopi, & sine præiuditio Prælati. Consonat *textus in cap. Pastoralis* 7. hoc titulo *cap. nouerit* 10. *quæst.* 7. *cap. causamque de præscriptionibus Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ, cap. sicut vnire de excess. hus Prælatorum, cap. Daibertum* 1. *quæst.* 7. *c. cũ veniſſet* 9. *de restitutione expoliatorum, cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ, lib.* 6. *cap. siquis deinceps cap. siquis Episcopus, cap. siquis Clericus per laicos* 16. *quæst.* 6. *cap. cum & plantare de priuilegijs, cap. exposuisti de Præbend. cap. quod autem* 5. *cap. illud* 8. *cap. cum laici* 10. *cap. cura* 11. *cap. cum seculum* 13. *cap. ex insinuatione* 14. *capit. consuluit* 15. cum alijs *de iure Patronatus, capit. vnico*, eodem titulo, *lib.* 6. *cap.* 1. 2. 3. & 4. cum alijs *de concessione Præbendæ, l.* 5. & 6. *titulo* 14. *partita* 1. *Espino in Speculo Testamentorum glossa* 27. *in principio, num.* 62. *Rebuffus in Praxi Beneficiali regula de vnione, glossa* 11. *numero* 8. idem *in titulo de reprobatione Beneficij vacantis impetratione, num.* 59. *Nicolaus Garcia de Beneficijs parte* 12. *cap.* 1. *num.* 214. *Monaca de commut. vltimarum voluntatum, capit.* 11. *num.* 331. *Selua de Beneficijs, parte* 3. *quæst.* 11. *num.* 126. *Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 148. *Azor inst. moralium parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 19. *Lambertinus de iure Patronatus lib.* 1. *parte* 2. *quæst.* 1. *art.* 9. cum traditis *à Barb. de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 66. *num.* 3. & *in Collect. ad hunc textum, & in cap. illud* 8. *de iure Patronatus, cap. vnico*, eodem titulo, *lib.* 6. & *in Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ, Tiraquellus in l. si vnquam verbo donatione largitus, num.* 253.

2 Ratio quare Ecclesia non vacans in Beneficium concedi non potest ea est, quia titulus semel obtentus per Rectorem viuentem non potest esse penes alium, *cap. maioribus de Præbend.* nam sicut duo non possunt habere vnam vxorem carnalem: *Matth. cap.* 19. ita, nec spiritualem: *cap. inter corporalia de translatione Episcopi, cap. cum non ignores de Præbend.* nã si donationes illę Ecclesiarum fierent priuatis personis, viuentibus ipsis, qui eas Ecclesias possident, daretur occasio captandæ mortis: dicto *cap.* 2. *de cõcessione Præbend.* quæ omnino detestanda est: *cap. detestanda de concessione Præbend. lib.* 6. in perpetuum tamen quo ad proprietatem cum Episcopi auctoritate concedi potest: quia tunc nõ transfertur titulus, qui est penes Beneficiatũ, sed ius proprietatis quod est penes concedentem: siquidem ex causa poterit Episcopus cum cõsensu capituli vnam Ecclesiam alteri Ecclesiæ vnire, & ius vnius cum iure alterius permutare: *cap. ad quæstiones de rerum permutatione, cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis*, cum omnes vasilicæ ad eum Episcopum pertineant, in cuius territorio sunt positæ: *cap. omnes* 16. *quæst.* 7. & si sine Episcopi auctoritate illa fuerit facta non tenet: quia pro non dato habetur, quod ab alio datur, qui non potest de iure dare dicto: *cap. Daibertum* 1. *quæst.* 7. *cap. nouæ sint* 10. *quæst.* 7. *cap. causamque de præscriptionibus*, & id fieri debet sine præiuditio viuentis: quia nemo est iure suo sine culpa priuãdus, *cap. discreta de eo, qui cognouit consanguineam Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ*. Notat *Lambertinus vbi supra lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 9. *num.* 38.

3 Primò obstabunt omnia iura, quæ pro dubitandi ratione supra retulimus in *cap.* 1. & 2. *de concessione Præbend.* quæ omnia ad hunc textũ referri poterunt, merito consulto omitto.

4 Se-

4 Secundò, obstat textus in *cap. ex insinuatione* 14. *versic. liberaliter contulisset de iure Patronatus.* Ex quibus verbis constat donationem iuris Patronatus non loco Religioso, sed fratri Clerico sine Episcopi auctoritate factam valuisse. Cui difficultati omissis plurimis interpretationibus verissime est dicendum textum illum procedere casu, in quo Patronus remittit potius, quam donat compatrono suum ius Patronatus, vel, vt clarioris doctrinę gratia loquar improprie partem suam, ideſt, actionem, quæ illi competit, fratri cedit: nam tunc non est necessarius Episcopi consensus. Ita docet *glossa* verbo *contulisset* in dicto *cap. ex insinuatione*. Ratio est: quia tunc non est proprie alteratio, vt recte animaduertit *Barb. in Collect.* ad eundem textum *Lambertinus*, vbi supra 2. *parte lib.* 1. *q.* 4. *lib.* 1. & 2. siquidem ex donatione illa facta compatrono non videtur factus alius nouus patronus. Vnde cum ex donatione illa non videatur facta alienatio, nec Ecclesia læsa, iusta de causa absque Episcopi auctoritate fit.

5 Tertiò, obstat textus in *in cap. illud* 8. *de iure Patronatus*, in verbis illis, *licet Religioso loco ius Patronatus conferendi liberam habeat facultatem*; quæ verba manifeste probant Religioso loco sine Episcopi auctoritate ius Patronatus donari posse: siquidem verbum illud *libere* significat donationem illam fieri posse sine alterius consensu, vel auctoritate. Notat *glossa*, ibidem verbo *libere Clement. dudum de priuilegijs, glossa* verbo *libere*. Pro cuius dubij solutione omissa emẽdatione *glossæ* verbo *licet Religioso* in dicto *cap. illud* animaduertendum est multum referre, an Patronus vellit donare Ecclesiam ipsam alicui loco Religioso, an vero tantum simpliciter vellit donare ius Patronatus alicui priuato laico, vel Clerico: nam primo casu, si vellit donare Ecclesiam ipsam alicui loco Religioso, vel Ecclesię, tunc id non poterit facere absque Episcopi auctoritate iuxta textum nostrum, *cap. quod autem* 5. *cap. cum laici* 10 *de iure Patronatus*, ex ratione textus in dicto *cap. quod autem* in fine ibi, *quia pro non dato habetur, quod ab alio datur, qui non potest de iure donare*; si vero tantum vellit donare ius Patronatus, tunc si donatio fiat laico, vel Clerico sine Episcopi auctoritate donatio non valet, si absque eius auctoritate fiat: siquidem Episcopus debet prospicere, & examinare, an illa donatio expediat Ecclesiæ, nec ne, cum forte debilior Patronus esset is, cuius Patronatus donatus est. Tum etiam, vt fraus venditionis, seu simoniæ euitetur; secus vero dicendum est, si tantum ius illud Patronatus vellit donare Ecclesiæ, vel alio Religioso loco: nam tũc id poterit facere sine Episcopi auctoritate, & ita est intelligẽdus textus in dicto *cap. illud* 8. versiculo *licet* iuxta textum *in cap. vnico de iure Patronatus lib.* 6. Ratio est: quia ex donatione illa melior fit Ecclesiæ conditio. Notat *Abb.* in dicto *cap. illud num.* 4. *Henricus Boich.* in dicto *cap. illud de iure Patronatus, num.* 2. & 3. *Barb. in Collect.* in dicto *cap. illud num.* 1. *Lambertinus de iure Patronatus lib.* 1. *parte* 2. *quæst.* 6. *art.* 4. *num.* 3. & *quæst.* 1. *num.* 3. & *glossa* verbo *nemini in cap. nemini* 11. 16. *quæst.* 7. *Thomas Sanchez ad præcepta Decalogi tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 146.

6 Quartò solutioni obstabit dicere, quod laicus, nec cum consensu Episcopi possit donare Ecclesiã:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum laicus non possit eam possidere. *Cap. causam de præscriptionibus, c. quod autem 5. de iure Patronatus*: ergo nec in præsenti, nec in dicto *cap. illud* laicus poterit etiam cum consensu Episcopi Ecclesias donare. Sed respondendum est textum nostrum & textum in dicto *cap. illud* esse intelligendum, quando Ecclesiæ de facto à laicis potentioribus tyrannice detinebantur. Argumento textus in *c. Ecclesijs de censibus*. Vnde vt eripiantur à manibus eorum iura concedunt, quod interueniente auctoritate Episcopi valeat donatio facta loco Religioso, vel alteri Ecclesiæ argumento textus in *cap. cum Apostolicæ de his, quæ fiunt à Prælatis*, quod verum est, dummodo donatio illa fiat, quo ad proprietatem: nam si quo ad titulum fuerit facta, inutilis redditur, iuxta textum in *cap. siquis deinceps* 16. *quæst.* 7. Notat *Abb.* in dicto *cap. illud* 8. *de iure Patronatus num.* 2.

7 Quintò, his omnibus valde obstat textus in *cap. cura* 11. *de iure Patronatus*, ex cuius textus decisione manifeste constat Ecclesiarum donationem à laicis Clericis, seu Religiosis sine Episcopi auctoritate factam iuris præscriptione vnitã firmam, & validam manere. Augetur difficultas ex eo, quod ex præscriptione illa titulus adquiri non possit cum solũ ex Canonica instit. beneficia Ecclesiastica obtineri possint, *cap.* 3. *de inst. cap.* 1. *de reg. iuris lib.* 6. In cuius textus difficultate, *glossa final* apud medium in *cap. contingit de dolo, & contumacia, & glossa in cap.* 1. *de reg. iuris lib.* 6. afferunt in specie textus in dicto *cap. cura* 11. Ecclesiam non præscribi quo ad titulum spiritualem prouenientem ex collatione vel institutione Canonica idest vt præscribens ex illa laici donatione efficiatur rector, vel Prælatus Ecclesiæ: sed solum in eo textu præscribitur Ecclesia quo ad ipsam proprietatem, & etiam quo ad bonorum temporalium subiectionem. Notat *Barb. in collect.* ad eundem textum.

8 Sextò, solutioni obstabit dicere in illa Ecclesiæ donatione, quo ad proprietatẽ nõ præcessisse Episcopi consensum atque ideo ex supra traditis valere non potuisse. Sed respondẽdum est, quod ex illa præscriptione & cursu tanti temporis tacite præsumitur Episcopi consensum interuenisse. Notat *glossa in cap. peruenit de emptione, & venditione Abb.* in dicto *cap. cura de iure Patronatus, num.* 4. nam ex eo, quod Episcopus permittit donatarium, qui Ecclesiam à laico accepit tanto tẽpore eam pacifice possidere titulũ possidendi, & præscribendi sibi præstitisse videtur: argumento textus in *cap.* 2. *&* 3. *de his, quæ fiunt à Prælatis*, & ideo in præsenti tacitus consensus pro titulo habetur: *cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis*. Notat *Henricus Boich.* in dicto *cap. cura*, *n.* 1. in fine. Est etiã similiter animaduertẽdũ, quod textus in dicto *c. cura* est intelligendus, vt intelligitur text. in dicto *c. illud*: scilicet, quãdo laici de facto Ecclesias tenebãt, & erãt ita potentes, vt ab eorũ manibus eripi nõ possint, & eas dispẽsatione, & cõsensu Episcopi interueniẽte poterãt loco Religioso donare, vel ex præscriptione, de qua in præsenti. Notat *Abb.* in dicto *cap. illud de iure Patronatus*, alias autẽ laicus cõferre, vel donare Ecclesiã nõ posset, quãtũcũque interuenerit Episcopi cõsensus: dicto *cap. siquis deinceps* 16. *q.* 7. dicto *cap. quod autẽ de iure Patronatus*: notat *Vibianus in rationali* ad textũ in dicto *cap. cura*.

9 Sep-

9 Septimò, solutioni obstabit dicere, quod præscriptio illa nullo modo potuit supplere Episcopi cõsensum, cum iure nouo Pontificio possessor malę fidei nullo tempore præscribat: *cap. possessor de reg. iuris, lib.* 6. *cap. final* cum vulgatis *de præscriptionibus*, & Religiosi in dicto *cap. cura*, ex illa donationis causa nõ potuerant habere bonam fidem, cum fuisset facta sine Episcopi auctoritate contra decisionem textus in dicto *cap. quod autem* cum similibus supra adductis, quæ mala fides semper eo in casu præsumitur interuenisse: argumento textus in *cap. qui contra de reg. iuris lib.* 6. quæ procedit ex iuris ignorantia, *l. error l. iuris ignorantia C. de iuris, & facti ignorantia*, quam difficultatem vt soluat *glossa* in dicto *cap. cura* varias assignat interpretationes, maxime *Berosius*, ibidem, *num.* 6. qui sex interpretationes refert *Rebuffus in tract. de decimis quæst.* 13. *num.* 93. *Couar. in regula possessor* 2. *parte* §. 10. *num.* 8. inter quas placet quam refert *glossa* in dicto *cap. cura* verbo *legitima*, dum asserit, quod Religiosi illi, qui Ecclesiam acceperunt de manu laicorum sine Episcopi consensu non poterãt præscribere, cum cõtra ius eam accepissent, malamque fidem habuissent, sed tamẽ eorũ successores de quibus est intelligendus textus in dicto *cap. cura*, rectè potuerũt præscribere iuste existimantes consensum Episcopi in donatione illa interuenisse. Notat *glossa in c. de quarta de præscriptionibus*, atque ea de causa recte bonam fidem habere, & per consequens præscribere potuisse: si quidem, qui in alterius locũ succedit, iustam ignorantiæ causam habere præsumitur, *l. qui in alterius ff. de reg. iuris*, de qua re omninò est vidẽdus, *Vibianus in rationali* ad textum in dicto *cap. cura de iure Patronatus*.

10 Octauò, aduersus ea, quæ textus noster refert, videlicet Episcopum posse Ecclesiam non vacantem alteri Ecclesiæ donare, seu vnire etiam primo rectore viuente, & non citato siquidem ex donatione illa, seu vnione illi in sua vita nullum fiat præiuditium: cum vnio illa, seu donatio in vita eius suspendatur: quod etiam locum habet, si Ecclesia vacauerit: cum eo in casu etiam non dato, nec vocato successore illa donatio, seu vnio ab Episcopo fieri poterit: vt expresse docet textus *in Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ*. Notat *Abb.* in præsenti *num.* 2. obstabit textus in *cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ lib.* 6. ex quo deducitur Episcopum etiam de consensu capituli non posse partem decimarum vacantis Ecclesiæ alteri pauperi dignitati donare, seu vnire nisi prius dato, & vocato defensore ipsius Ecclesiæ vacantis, quorum iurium conciliationem omitto, quia de eis late scripsimus in *cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ in* 6. *dubio*, cum sequentibus, quæ omnia iura & dubirandi rationes in præsenti sunt repetenda: Reliqua videri oportet in his, quæ refert *Barb.* in dicta *allegat.* 66. *Thomas Sanchez* dicto *lib.* 7. *ad præcepta Decalogi cap.* 29.

Ad textum in cap. per tuas 5. huius Tituli.

De materia huius textus plura scripsimus in *cap. fraternitatem* 2. huius tituli, interim videri oportet ea, qui refert *Couar. in practicis, cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. cum traditis à *Barb. in Collect.* ad hũc textũ, *num.* 3. *&* 4.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad textum in cap. cum dilecti 6. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Plenissima in donationibus fit interpretatio, & ob hoc clausula onerosa post multas donationes appositas proximam donationem respicit.*
2 *Vna, eademque res non debet diuerso iure censeri.*
Verba cuiuscumque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda secundum mentem disponentis.
3 *Donatio est contractus stricti iuris, atque ideo est interpretanda, sed intentio donantis excludi non debet.*
4 *Species ponitur ad textum in l. Titiæ 38. §. Stiæ ff. de auro, & argento legato.*
5 *Declaratur textus in cap. ex parte 27. de decimis.*
Maius vbi conceditur, minus concessum esse videtur.
Frustra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur.
6 *Declaratur textus in cap. tua 25. §. final de decimis.*
Donatio decimarum an extẽdatur ad noualia, ibi exponitur.
7 *Perpenditur textus in cap. quia circa 22. de priuilegijs.*
8 *Priuilegiũ lata significatione sumptum, multoties accipitur pro quacumque superioris concessione.*
Priuilegium proprie sumptum, dicitur, quod concessum est contra ius commune.
9 *Refertur interpretatio ad textum in cap. ad audientiam 12. de decimis.*
Decimarum concessio de laboribus cõprehendit noualium decimas.
Remissiue interpretatur textus in cap. dudum 31. de priuilegijs, cap. 2. de decimis lib. 6. cap. ex multiplici 3. de decimis, l. 2. §. merito, & §. siquis à Principe, ff. ne quid in loco publico.
10 *Expenditur textus in cap. secundo requiris 41. de appellationibus.*
Clausula appellatione remota in quacumque rescripti parte apposita ad omnia rescripti capita referri debet.
Conciliatur textus in cap. inquisitioni 71. de appellat. cum dicto cap. 2. requiris 41. eodem titulo.
11 *Exponitur textus in l. talis scriptura 30. & 31. ff. delegatis 1.*
Protestatio simpliciter facta refertur tam ad actum præsentem, quam ad illum, qui incontinenti fit.
12 *Refertur interpretatio ad textum in l. vxori 33. §. 1. ff. deleg. 2.*
Interpretatur textus in cap. ei cui 29. de præb. lib. 6.
Plenior interpretatio in testamentis debet fieri.

1 CONCLVSIO. In donationib⁹ plenissima fit interpretatio, & ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita proximam donationem respicit. Prima nostri textus pars comprobatur ex textu in *cap. olim de verb. signif. capit. vicis 16. quæst. 2. capit. frater noster 16. quæst. 1. cap. ex parte de decimis, cap. si quam §. notandum* in fine *2. quæst. 3. cap. quia circa de priuilegijs cap. hoc ait 15. de reg. iuris lib. 6. l. 3. ff. de constit. Principum, l. quod vero ff. de legibus, l. si quando Cod. de inofficioso testamento, l. 2. Cod. de noxalibus actionibus, l. cum multa Cod. de bonis, quæ liberis, l. beneficium ff. de constitut. Principum l. 2. Cod. de bonis vacantibus, l. Gallus §. 1. versic. qui ex verbis concipi possit ff. de lib. & posthumis, l. immunitates ff. de iure immunitatis, l. ex facto ff. de vulgari, & pupillari substit. l. quando ff. de bonis vacantibus, l. 28. titulo 34. partita 7.* Exornant, *Azebedo in l. 10. titulo 18. lib. 9. Recopilationis, Sarmiento lib. 3. Selectarum cap. 3. in principio, Tiraquellus in l. si vnquam* verbo *donatione largitus, num. 46.* idem *de nobilitate, cap. 37. num. 3. Suarez de Religione tract. de voto lib. 4. cap. 7. num. 12. Menochius de præsumptionibus lib. 3. quæst. 103. num. 31. Albarus Balascus consultatione 58. num. 11. Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 8. disp. 1. num. 4. Sarmiento lib. 3. Selectarum, c. 3.* In secũda nostri textus parte asseritur, quod clausula onerosa post multas donationes apposita proximam tantum donationem respicit. Quæ cõprobatur ex textu *in cap.* Inquisitioni *71. de appellationibus, cap. secundo requiris 41.* eodem titulo, *l. siquis legata, ff. de conditionibus, & demonstrat.* Argumento textus, *in l. talis, §. final ff. de legatis 1. l. 1. in fine, Cod. de liberis præteritis, l. quis quis, Cod. si certum petatur, l. 3. §. filius ff. de liberis, & posthumis.* Exornant, *Acuña ad 1. de cretis partem in cap. si Rectori 1. num. 6. 43. distinct. Porcius in suis regulis lib. 2. conclusione 38.* per totam, *Ioannes Gratianus in regul. vtriusque iuris littera S. regula 412. Nauarrus in cap. si quando de rescriptis exceptione 2. num. 1.* nouissime *Doctor Ferdinãdus Arias de Mesa, lib. 3. variarũ cap. 3.* per totum *Menochius Consilio 139. num. 5. Marta de clausulis parte 4. clausula 23. Albarus Balascus consultatione 113. num. 3. Ceuallos communium contra cõmunes, quæst. 228. num. 131.* cum traditis à *Barbos. in Collect.* ad textum in dicto *cap. inquisitioni 71. de appellat. & indictionibus, & clausulis clausula 119. Cuiacius in l. si mihi 12. §. vltim. ff. delegatis 1. Gutierrez lib. 3. practicarum quæstionum, quæst. 29.*

2 Ratio primæ partis est; quia cum donans propter nullam aliam causam donet, quam vt suam liberalitatem, & munificentiam exerceat, *l. 1. ff. de donat.* & quoniam vna, eademque res non debeat diuerso iure censeri: *cap. quia de priuilegijs cap. 1. §. diuina 16. quæst. 2.* idem in dubio est præsumendum, quod ficut donans fuit largus in concedendo, ita largus videtur, vt eius verba large interpretentur, cum si vellet, posset donationem illam restringere: *cap. cum olim de verb. significationes* nam vt textus asserit in beneficijs, & donationibus plenissima est facienda interpretatio, quod verum est, cum tantum agitur de præiuditio concedentis; secus vero cum alteri nociuum esse appareat: iuxta textum *in cap. extuarum de auctoritate, & vsupalij l. 2. §. siquis ff. nequid in loco publico.* Notãt *Innocẽti⁹, & Abb.* in præsenti: clausula autem onerosa post multas donationes in fine posita proximã tãtũ respicit. Ratio est: quia verba cuiuscumque dispositionis sunt amplianda, vel restringẽda secũdũ mẽtẽ disponẽtis: dicto *cap. secundo requiris de appellationibus,* quæ mens in dubio colligitur ex ratione expressa in dispositione, vel ex alijs vero similibus coniecturis: Notat *Iason, & Alexander in l. 2. C. de liberis præteritis* cum traditis *à Barb. in Collectaneis* ad hunc textum, *num. 4.* cum non sit verosimile, quod onus impositum in vna re, donator voluerit grauare priores donationes libere factas, nec ex inde videtur in continenti corrigere liberalitatem à se factam, & ex inde apparet sibi ipsi esse contrarius iuxta textum in *l. non adiuncta glossa* verbo *præsens ff. de conditionibus, & demonstrat.*

3 Primò, contra primam nostri textus partem obstabit dicere, quod donatio est contractus stricti iuris, atque ideo stricte est interpretanda iuxta textum in *l. eum, qui 22. ff. de donationibus, l. siquis argentum §. final, C. eodem l. Campanus ff. de operis libertorum, l. cũ de in debito, ff. de probationibus.* Notat *Gothofredus in notis* ad textum in dicta *l. eum, qui littera H.* Ergo perperam in præsenti Innocentius III. generaliter asserit in donationibus plenissimam fieri interpretationem. Qua in difficultate

Universidad de Deusto
Biblioteca

omissa *glossæ* interpretatione in præsenti *Imolæ Abb. & Hostiensis* verissime est dicendum, quod licet donatio etiam Ecclesiæ facta sit stricti iuris, & stricte interpretanda, tamen nõ adeo stricte interpretari debet, vt excludatur intentio, etiam si verba quodammodo repugnent, iuxta textum in *l. final, Cod. de donat. quæ sub modo*, vbi donatio facta sub conditione, si emancipetur: adimpletur absque emancipatione, si morte patris filius sui iuris efficiatur. Vnde cum in textu nostro intentio donantis satis aperte appareat, etiamsi verba contractus, hoc est donantis repugnent, mirum non est, quod latissime fiat interpretatio, quod expresse deducitur ex textu nostro vbi euidenter constat, quod hæc fuit mens, & intentio donatoris nam licet donationis contractus sit stricti iuris, & stricte interpretandus, tamen intentio donantis excludi non debet: nam tunc, cum de ea constet, latissima debet fieri interpretatio: itaque, si assumimus donationem absque intentione donantis stricte, si vero vltimam voluntatem plene, si vero beneficium, latissime esse interpretandũ deducitur ex textu nostro: ex qua vera interpretatione apparet verbum illud *beneficium*, de quo in textu nostro non pro donatione accipiendũ esse sed pro beneficio Principis, quod bonam fidem recipit, & latissime interpretari debet: iuxta textum in dicta, *l. beneficium, ff. de constitution. Principum.* Notat *glossa* in *l. Princeps bona ff. de verborum significatione.* Vnde apparet communiter Doctores omnes in summario nostri textus errasse, cum affirment in donatione plenissimam fieri interpretatione: siquidem textus noster id non asserit: quare potius, & melius ita sumari potest in donationibus, etiã si stricti iuris sint, plena est facienda interpretatio, vt intentio donantis non excludatur: siquidem nulla dispositio reperiatur etiam stricti iuris, & odiosa quæ interpretationem, & intentionem disponentis non admittat: Argumento textus in *lege tale pactum, ff. de pactis, lege siquis adulterium, ff. ad legem Iuliam de adulteriis, lege sed Iulianus, §. mutui datione, & lege 4. §. penultimo, ff. ad Senatũ Consultũ Macedonianum, capite si Ciuitas, vel Castrum de sententia excommunicationis lib. 6.* verficulo *expedit interpretationem fieri latiorem* cum traditis à *Sarmiento, lib. 3. Selectarum, capite 3. numero 5.*

4 Secundò, solutioni supra adductæ valde obstat textus in *lege Titia 38. §. Seia ff. de Auro, & Argento legato*: vbi, testator iussit, vt in æde Sacra ab hæredibus suis poneretur signum Dei, ex centum libris quæsitum fuit, an Ex auro Argento, vel ære signum illud poni deberet, & respondit Scebola, quod si in illa æde signa sunt ærea, vel Argentea, signum argenti ponendum sit ecce speciem, ex qua deducitur in donatione emplissimam fieri interpretationem. In cuius textus difficultate nonnulli asserunt in donationibus fauore Religionis factis in dubio latissimam interpretationem fieri debere hic tamen intellectus defendi posset, si in dicto § *Seia* admitteremus vulgarem litteram æream, aut Argenteam, vt in specie supra proposita: sed hac lectura explosa verius legendum est non ærea, sed Aurea, aut Argentea, vt legit *Gothofredus* in notis ad eundem textum *littera* R. qua admissa cessat

cessat difficultas illius textus, vt supradictis concordet: siquidem ex eo constat, quod si in æde Sacra tantum signa essent Auri, vel Argenti, tunc in donatione illa, quæ stricti iuris est, etiam si loco Religioso fiat donatio illa non latissime, sed stricte est interpretanda, quoties aliter non constet ex voluntate donantis, atque ideo cum ibi tantum reperiantur signa Auri, vel Argenti, tantum Argenti donatio facta præsumitur, quæ interpretatio vltra eo, quod textui illi sit consona cum ostendar statuam æream non esse ponendam cum æreæ statuæ, ibi non reperiantur: præcipue etiam iuri consonans est, & comprobatur ex textu in *capite ex parte 18. de censibus*, vbi votum Diuo Iacobo factum desoluenda mensura tritici intelligitur de minori mensura: nam licet id exigant personæ Ecclesiasticæ, vt *Aubas*, ibidem existimauit; exigunt tamen in vtilitatem Ecclesiæ, in cuius fauorem est emissum, & eo non obstante, cum sit donatio non latissime, sed stricte est interpretanda, & si vellis tenere litteram, quam antiquiores agnouerunt: vt textus dicat cum in eo templo non nisi ærea, aut Argentea sint dona possumus etiam dicere, quod non obstat supra traditis, cum responderi possit ideo ibi, quod maius est, debet solui: quia ex mente testatoris hoc colligitur, quod apparet ex præfatione illius textus: ibi, *si mihi per conditionem humanam contigerit. ipsa faciam, sin minus autem ab hæredibus meis fieri volo*: ex qua constat eius intentionem esse magnam rem, hoc est, Argenti potius, quam æris legare conducunt etiam verba illius textus, ibi, *cum subscriptione nominis mei*, quod honoris causa legatum videtur, & in paruo legato magis foret in contumeliam, iuxta textum in *lege at siquis §. iudex ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, quam interpretationem late scripsit *Sarmiento lib. 3. Selectarum, cap. 3.* fere per totum. Qua interpretatione admissa, videtur frustra Doctores laborasse pro interpretatione textus in dicta *lege Titia 40. §. Seia ff. de Auro, & Argento legato* cum dicto *capit. ex parte 18. de censibus*, præcipue *Couarruuias in cap. indicante numero 4. de testamentis, Molinoquius de præsumptionibus, lib. 6. præsumptione 106. Suarez ad Religione tomo 2. tractat. de voto lib. 4. cap. 7. numero 8. & cap. 11. numero 7. Thomas Sanchez late in præcepta Decalogi tomo 1. lib. 4. cap. 13. numero 6.* cum traditis à *Barbos. in Collect.* ad textum in dicto *cap. ex parte 18. numero 2. & 3.*

5 Tertiò, prædictis valde obstat textus in *cap. ex parte 27. de decimis*, ex quo deducitur, quod si Ecclesiasticæ personæ sit concessum, vt possit percipere decimas suorũ prædiorum; concessio, seu donatio illa extenditur ad noualia, quæ postea subrepserunt, redditque rationem textus: quia vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur, & sic concessionem illam, seu donationem large esse interpretandã. In cuius textus difficultate omissa nõnullorũ interpretatione afferentiũ ideo ibi cõcessionẽ illã esse ampliandã, quia id constat ex mente concedentis, vt in textu nostro, quos refert *Couar. lib. 1. variarũ c. 17. n. 13. Rebuf. de decimis, §. 4.* per totã, *Gutier. lib. 2. Canonicarũ quæstionũ, c. 21. n. 116. Suarez de Religione tom. 1. trat. 2. lib. 1. c. 23. n. 4. Barb. in Collect.*

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad eundem textum *num.* 4. Sed hæc interpretatio aperte conuincitur, ex eo, quod si concessio illa esset facta de percipiendis decimis in aliena Parrochia, restringẽda non verò amplianda esset iuxta textum in *cap. olim de verb. signif. cap. 2. de decimis lib.* 6. Quare verius est dicendum textum illum agere de concessione iuris communis percipiẽdi decimas ab eo, cui iure communi & ordinario decimæ debebantur ex propria Parrochia: quo in casu mirum non est, quod concessio illa, quæ à iure communi sibi debebatur, comprahendat etiam noualium decimas argumento textus in *cap. ad decimas de restitutione expoliatorum*: quæ interpretatio aperte deducitur ex verbis illius textus, ibi *de laboribus terræ Parrochiarum tuarũ cum integritate percipias*, quæ verba, aperte denotãt Abbatem illum Parrochũ esse illius Ecclesiæ, de qua decimarum quæstio habebatur: tũ etiam quia concessum proprie loquẽdo dicitur quod à iure communi tribuitur ex illo iuris principio frustra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur *l.* 2. in principio *ff. nequid in loco publico*: quæstio enim, seu dubitandi ratio in textu illo erat scilicet noualium decimas ad Abbatem illum non posse pertinere, vel, quia eas non possidebat, vel præscriptione eas amiserat: & sic ad Episcopum deuolui: vel quia Episcopus ipsas noualium decimas cuidam Canonico concesserat existimans ad Abbatem illum non posse pertinere: quia plures Parrochias habebat; vt constat ex verbis illius textus, ibi *Parrochiarũ suarum*. Cui dubio Innocentius 3. respondit ad Abbatem pertinere: eũ ex priuilegio posse plures Parrochias habere, & cum ei liceat, quod maius est, hoc est decimas laborũ in propia Ecclesia percipere licebit, etiam, quod est minimum, hoc est, decimas noualium etiam percipere, vt recte animaduertit *Couar.* dicto *lib.* 1. *Variarum cap.* 17. *num* 13. *Rebuffus, & Gutierez*, vbi supra *Barb.* late *in collect.* ad textum in dicto *cap. ex parte* 27. *de decimis, num.* 3. cum sequentibus.

6 Quartò, solutioni obstat textus in *cap. tua* 25. §. *final de decimis*, vbi concessio, seu donatio laicis facta percipiendi decimas, etiam si in feudum decimæ illæ laicis sint datæ, quibus feudationis iure competeret ius percipiendi decimas, concessio illa non comprahendit, nec extenditur ad noualia. Cui dubio communiter respondeti solet illam decimarã cõcessionẽ laicis factã nõ comprahendere noualiũ decimas, nec ad eas esse extendendam: quia illa decimarum donatio fuit facta laico, quæ odiosa est, *cap. cum Apostolicæ de his, quæ fiunt à Prælatis*: atq; ideo non est extendenda, sed restringenda, vt ipse textus asserit, *cap. hodie de reg. iuris lib.* 6. Notat *glossa* verbo *conceditur* in dicto *cap. ex parte* 27. *de decimis*. Notat *Vibianus in rationali* ad eundem textũ: quare hac, & alij; omissis verius est dicendum illam decimarum concessionem nõ extendi ad noualia. Ratio est, quia textus ille non agit de concessione decimarum simpliciter, & absolute facta: sed tantũ de illa, per quã decimæ antiquæ quas Ecclesia possidebat, alicui laico in feudum concedebantur. In qua specie non includũtur decimæ noualium, siquidem ad noualium decimas alia noua, & specialis concessio, desideratur iuxta textum in *in cap.* 2. in principio, & §. 1. *de decimis, lib.* 6. argumento textus in *cap. prohibemus ne de decimis*, quæ

quæ interpretatio aperte deducitur ex verbis textus in dicto *cap. tua* 25. §. *final de decimis* versic. *occasione decimationis antiquæ* iuncto versic. *nõ sit extendenda licentia, sed restringenda*. Notat *Barb. in Collect.* ad textum in dicto *cap. ex parte* 27. *de decimis, n.* 7.

7 Quintò, obstat textus in *cap. quia circa* 22. *de priuilegijs*, ex quo deducitur, quod si Episcopus simpliciter, & indefinite remiserit decimas Episcopales, non solum remisisse videtur præsentes, & præteritas, sed etiam futuras: & sic remissio illa nõ stricte, sed large est interpretanda: quamuis remissio species donationis sit, *l. si mulier, ff. de conditione data* cum traditis à *Dueñas regula* 22. *ampliatione* 1. Cui dubio respondendũ est ideo illam decimarum remissionem comprahendere non tantum decimas præsentes, sed etiam futuras, hoc est, possessionum adquirendarum. Ratio est: quia illa decimarum remissio fuit facta generaliter, & indefinite, idest, sine temporis, aut pronominis adiectione: siquidem indefinita dispositio æquipolet vniuersali, *l. si seruitus. ff. de seruitutibus Vrbanorum, l. pluribus* 45. *ff. delegatis* 2. quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text. ibi *eũ nihil exceperit, cum potuerit excepisse*: ex quibus cõstat, quod, quãdo generaliter, & indefinite proferuntur, ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur, quæ venire possũt, & continentur in illa lata verborũ significatione. Argumento textus in *cap. ad audientiam* 12. *de decimis, l. veteribus* 40. *ff. de pactis*. Notat *Barb. in Collectan.* ad eundẽ textũ, *n.* 6. *Doctor Ferdinandus Arias de Mesa lib.* 3. *Variarũ resolutionum, c.* 13. *n.* 13. cum sequentibus, *Couar. in practicis, cap.* 2. *n.* 1. in fine, *& lib.* 1. *Variarũ cap.* 13. in fine.

8 Sextò, solutioni obstabit dicere, quod illa decimarũ remissio fuit facta in vim priuilegij, quod emanauit ex persona Archiepiscopi, vt constat ex verbis illius textus, ibi *priuilegium prædecessoris tui*: at priuilegium illud, cum maxime præiudicet Ecclesiæ, & successori, tantum ad Pontificem expectare debet, *cap.* 2. *de decimis, lib.* 6. *cap. dudum* 21. *de priuilegijs*. Deinde, quia decimæ illæ à Pontifice assignatæ singulis Ecclesijs sunt, *cap.* 113. *quæstione* 1. Præterea, quia in Concilio Cauilonensi statutum fuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis priuarentur, *cap. Ecclesiæ* 17. *quæst.* 1. Rursus, quia Episcopus decimarum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum nudus administrator est, nõ Dominus, & ideo eas donare non potest. *Cap.* 2. *de donat.* Notat *Rebuffus in tract. de decimis, quæst.* 5. *num.* 28. *&* 32. Atque ideo dicendum videbatur priuilegium illud remissionis decimarum ab Episcopo factũ nõ valuisse: & si valeret (quod nõ posset) non large, sed stricte esset interpretandũ, *cap. Porro c. sane de priuilegijs, c. dilecti* 8. *c. licet* 11. *de decimis*. Sed huic dubio verisime est respõdẽdũ illã decimarũ remissionẽ ab Episcopo illo fuisse factã, nõ per modũ priuilegij, sed per modũ remissionis, & beneficij: atq; ideo ampliãdã. Nec huic interpretationi obstãt priora illius textus verba ibi, *priuilegiũ prædecessoris tui*: quia dupliciter responderi poterit: primo quod verba illa nõ sunt referẽda ad facti decisionẽ, sed ad eius narationẽ ex quib⁹ i⁹ nõ sumitur. Deinde, quia illud verbũ *priuilegiũ* lata significatione sumptũ multoties accipitur pro quacũque superioris cõcessione. Notat *Barb. in collect.* ad textũ in dicto *c. quia circa num.* 10. merito

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celestinus III. in specie illius textus ostendit remissionem illam habere naturam beneficij: in quibus amplissima debet fieri interpretatio, vt constat ex textu nostro in fine, *cap. Pastoralis*, hoc titulo. Notat *Couar. lib. 1. variarum, cap. 13.* quæ interpretatio etiam confirmatur ex eo: quia priuilegium proprie dicitur, quod concessum est contra ius commune, vt constat ex ipsius diffinitione tradita per Doctores in Rubrica de priuilegijs, sed in dicto *capite quia circa* illud beneficium remissionis decimarum fuit factum secundum Canonicas Sanctiones: siquidem interuenit capituli auctoritas, & iusta Ecclesiæ necessitas, simul & vtilitas, vt constat ex verbis illius textus: ibi, *si illa decimarum remissio facta fuit secundum Canonicas Sanctiones*, quæ verba supponũt omnia solemniter fuisse facta, vt vllud remissionis decimarum beneficiũ valeret, quo supposito mirum non est, quod cum non sit priuilegium, sed tantum beneficium, quod extendatur ad omnes decimas præsentes præteritas, & futuras vt recte animaduertit *Barbos. in Collect.* ad eundem textum, *num. 3. & 4.*

9 Septimò, prædictis valde obstat textus in *cap. ad Audientiam 12. de decimis*, ex quo deducitur, quod simonachi Cisterciẽses priuilegiũ fuerint consecuti non soluendi decimas de laboribus, quos proprijs manibus, aut sumptibus coluut, priuilegium illud non tantum comprehendit noualium decimas, sed etiã ea, quæ non sunt noualia, & tamen, vt supra retulimus, priuilegium Põtificis, si alteri nociuum est, non large, sed stricte interpretari debet: dicto *cap. Porro cap. sane de priuilegijs, cap. dilecti 8. cap. licet 11. de decimis.* Cui dubio respondẽdum est, quod licet verum sit Pontificis priuilegium in tertij præiuditium impetratum stricte esse interpretandum, tamen, quando verba priuilegij generalia sunt, & constat ex intentione cõcedentis se velle eximere Cistercienses à decimarum solutione cum illa generali formula, *ne de laboribus, quos proprijs manibus, vel sumptibus excolunt, decimas soluant*, tunc satis intendit Pontifex iuri communi, & Ecclesijs Parrochialibus præiudicare velle: vt Notat *glossa 3. in cap. cum olim 12. de priuilegijs*, ac proinde extẽditur tam ad noualia, quã non noualia: siquidem sub illo verbo *de laboribus* omnes decimæ compræhenduntur: nam si Pontifex tantum intenderet eos eximere a noualium decimis, non fuisset vsus illa generali verborum formula, *de laboribus*, sed alia strictori, hoc est, *de noualibus*, ideo in præsenti repellitur illorum praua interpretatio existimantium priuilegium illud ad solas noualium decimas referendum esse, cum omnino peruertant verba priuilegij, & Pontificis mentem. Notat *Barbos. in Collect.* ad eundem textum, *num. 2.* vbi plura, & plures refert. Et de interpretatione ad textum in *l. si seruitus 23. ff. de seruitutibus Vrbanorum*, & *l. quidam 7. ff. de tritico, Vinoque legato*, & *l. cum auram 20. ff. de auro, & argento legato*, vide, quæ late scripsit *Doctor Ferdinandus Arias de Messa* dicto *lib. 3. variarum resolutionum cap. 13. num. 3.* cum sequentibus. Poterit etiam in præsenti interpretari textus in *cap. dudum 31. de priuilegijs, cap. 2. de decimis, lib. 6. cap. ex multiplici 3. de decimis l. 2. §. merito & §. siquis à Principe ff. nequid in loco publico*, & alia iura, quę refert, *Bernardus Diaz regula 66.* & constat in regulis Doctorum verbo *Beneficium*.

10 Octa-

10 Octauò, aduersus secundã nostri textus partem, dum in ea asseritur clausulam onerosam post multas donationes positam proximam tantum donationem respicere: obstabit textus in *cap. secundo requiris 41. de appellationib.* in cuius textus decisione traditur, quod si clausula appellatione remota, in quacumque rescripti parte sit apposita, referri debere ad omnia rescripti capita tam præcedentia, quã sequentia, & tamen apparet clausulam illam *appellatione remota* esse onerosam, & odiosam, cum per eam tollatur appellationis defensio, quę regulariter indulgetur, *cap. Vt debitus honor de appellationibus l. 1. ff. quibus appellare non licet*. Tum etiam quia odia sunt restringenda. Deinde, quia iuxta decisionem textus in *cap. inquisitioni 71.* eiusdem tituli *de appellationibus*, si clausula illa *appellatione remota*, in medio litterarum sit apposita, respicit tantum præmissa, & precedentia, quibus annectitur non sequentia, nisi in fine litterarum repetatur. Verum hæc iura facilime ad concordiam reduci possunt, si animaduertamus decisionem textus in dicto *cap. secundo requiris* procedere, quando vnũ erat negotium, quod plures articulos cõtinebat, qui connexi, & dependentes erant à principali, merito, si clausula illa *appellatione remota* sit apposita post vnum, intelligitur apposita, tam ad præcedentia, quam ad sequentia: siquidem intentio Pontificis apponentis clausulam *appellatione remota* est vt de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur iustitia suum consequatur effectum: siquidem verba debẽt intentioni deseruire: vt constat ex eodẽ textu in versic. *Verba intentioni deseruiãt cap. humanæ 22. quæst. 5.* Notat *Vbias sus irrationali*, ad eundem textum, *Barbos. num. 2. cap. inquisitioni 71. de appellationibus*, loquitur, quando omnino diuersa, & separata sunt negotia se se minime contingentia, ideoque nihil mirum, quod clausula in vno negotio posita ad alia diuersa referatur, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *si sunt plura negotia*. Notat *Cardinalis* in dicto *cap. secundo requiris* idem *Consilio 124. Iason* in *l. 3. §. filius, ff. de liberis, & posthumis num. 27.* Nec obstabit, si dixeris textum in dicto *cap. secundo requiris* procedere, quando clausula in vno tantum negotio est interposita: vt constat ex verbis illius textus: ibi, *in vno tantum contingit, atque ideo ad alios articulos extendi non potest*: Argumento textus in *l. 3. §. filius, ff. de liberis, & posthumis*: quia respondendum est verba illa *in vno tantum contingit*, intelligi debere sub hac mente: veluti quando statim incontinenti post primum articulum ad cæteros ex eo dependentes, incontinenti fuit posita: nam tunc etiam ad cæteros eiusdem negotij articulos extendi debet: siquidem ea, quæ incontinenti fiunt in esse videntur, *l. lecta* versic. *dicebatur, ff. de rebus creditis*, vt recte animaduertit *Iason*, in dicta *l. 3. §. filius, ff. de liberis, & posthumis num. 27.*

11 Nonò, prædictis valde obstat textus in *l. talis scriptura 30. & 31. ff. de legatis 1.* Ex quo deducitur, quod, si in testamento illa vulgaris, & generalis clausula sit in priori parte scripta, scilicet, *quas pecunias legaui, quibus dies apposita non est, eas hæres meus annua bona, trima, die dato*, sed testator postea legauit quædam pure die illa non repetita, quæritur, vtrum sint pure legata, an vero sub illa clausula, hoc est, *in diem biẽ, trimẽ*, & respondet Vlpianus in dicta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta *l. talis* 30. §. *Vlt. & Paulus* in dicta *l.* 31. non esse pura, sed in diem, & sic clausulam illam ad omnia legata esse referendam: quamuis legata illa nouissimo loco sint pure relicta. Verum huic dubio omissa interpretatione, quam refert, *Mantica lib.* 3. *de coniecturis titulo* 21. *num.* 20. verisime est respõdendũ ideo ibi nouissimam scripturam non esse sequendam: sed clausulam illam tã præcedentia, quam sequentia legata compræhendere. Ratio est: quia secundum volũtatem defuncti clausula illa compræhendit vniuersa legata, quæ in testamento, seu codicillis scripta, vel relicta sunt, vt recte animaduertit. *Cuiatius* in dicta *l. si mihi, & ibi* 12. §. *final ff. delegatis* 1. Tum etiam, quia protestatio simpliciter facta refertur tam ad actum præsentem, quam ad illam, qui incontinenti fit: *l. lecta* 40. *ff. de rebus creditis*, &, cum omnia scripta in testamento ineſſe videantur, & incontinenti: quia testamentum non recipit interuallum, *l. cum Antiquitas Codic. de testamentis*, merito clausula illa generaliter concepta, *quecũque legauit* intelligitur de omnibus, quæ in eodem testamento vel ante, vel post illam clausulam scripta sunt: vt recte animaduertit *Doctor Ferdinandus Arias de Messa lib.* 3. *variarum resolutionum, cap.* 11. *num.* 9.

12 Decimò, solutioni valde obstat textus in *cap. Vxori* 33. §. 1. *ff. delegatis* 3. ex quo constat, quod si illa vulgaris, & generalis clausula sit scripta, *quæ viuus donauit vxori, vel vsibus eius comparauit lego* si post testamẽtum maritus vxori quædam donauit, quæritum fuit an ita donata ex illa clausula generali debeãtur ita, vt ad postea donata clausula illa referatur, & *Scebola lib.* 15. *Digestorum* scribit in dicto §. 1. minime debere: igitur, si illa clausula non pertinet ad ea, quæ postea donata sunt, nec etiam similiter in dicta *l.* 30. & 31. pertinebit ad ea, quæ postea legata sunt. Verum huic dubio respõdendum est clausulam illam nõ pertinere ad ea, quæ postea donata sunt, licet pertineat adea, quæ postea legata sunt: vt in dicta *l.* 30. & 31. Ratio differentiæ in eo consistit: quia aliud est dicere, *quæ viuus donauit*, aliud vero, quæ *hoc testamento legauit*: quia sub illa generali clausula, *quæ viuus donauit* non continẽtur, quæ post testamentum testator donauit: quia id omne, quod in testamento continetur vno fit contextu, & pro vno actu habetur, cum vnus fit actus, quæ ratio cessat in clausula illa, *quæ viuus donauit*: nam, si postea donasset, diuersi actus censentur, atque ideo ad postea donata referri non debet, nisi appareat testatorem contrarium sensisse. Notat *glossa Verbo proponetur* in dicta *l. Vxori* 33. §. 1. *ff. delegatis* 3. *Cuiatius* late in dicta, *l.* 12. §. *final ff. delegat.* 1. *Doctor Arias de Messa* dicto *lib.* 3. *Variarum, cap.* 11. *num.* 9. Similiter pro interpretatione ad textum in *cap. ei, cui* 29. *de præbendis, lib.* 6. videndus est ide *Doctor Arias de Messa*, vbi supra *cap.* 4. *num.* 16. De hac enim clausula in fine posita an ad præcedẽtia, vel sequẽtia pertineat plura videat, qui vellit aput *Philipũ Portiũ lib.* 2. *cõclusionũ cõclusione* 38. *Gratianum littera S. regula* 412. *Acuñam ad* 1. *decreti partem* in dicto *cap. si rector* 1. 43. *distinct.* De altera vero nostri textus parte in qua asseritur, quod in testamentis plenior debeat fieri interpretatio, videndus est, *Cenallos communiũ contra communes, quæst.* 126. De vltima vero, in qua refertur in beneficijs Principum plenissimam fieri interpretatiõẽ, videndus est *Henricus Boich.* in comment. ad nostrũ textum fere per totum *Azebedo in Rub. titulo* 2. *lib.* 6. *Recopilationis, numero* 238. cum traditis *à Ximenez in Cõcord. ad Decretales* in textu nostro.

Ad textum in cap. Pastoralis 7. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si in Ecclesia, quam de cõsensu capituli pio loco concesit, percipiebat certos prouentus, illos donasse videtur, alioquin omnes prouentus, præter Cathedraticum cedunt pio loco.*
2 *Verbum* concedo *licèt sit generale tamen restringitur secundum naturam contractus, cui adhæret.*
Donationes potius, vt valeant, quam pereant, debent interpretari.
3 *Exponitur textus in cap. Pastoralis versic.* quod si ex ipsius prouentus *de donat.*
4 *Episcopus nullam portionem in Ecclesia inferiori sibi reseruare potest, quemadmodum neque Patronus aliquid ex eo sibi appropriare valebit.*
Ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri.
5 *Cathedraticum quid sit ibi refertur.*
Expenditur textus in cap. inter cætera 8. *versic.* Monasterium 10. *quæstione* 3. *& constituatur cum cap.* 1. *de Præbend. lib.* 6.
Monasteria quoad legem iurisdictionis sunt sub potestate Episcopi.
6 *Redditur ratio ad textum in cap. constitutus* 6. *de Religiosis domibus.*
7 *Cathedraticum insignum obedientiæ debitum præscribi non potest.*
Iura Episcopalia, vt impluri imũ præscribi possunt, sed non tamen omnia, vt ibi exponitur.
Præscriptio prohibetur, quæ iuri publico nocet.
8 *Romanus Põtifex est Vicarius Christi, & caput omnium Ecclesiarum.*
9 *Declaratur textus in cap. cum olim* 2. *in fine de priuilegijs.*
10 *Expenditur textus in cap. cũ persona* 7. *de priuilegijs lib.* 6.
11 *Præscriptio reprobatur, per quamuis instituendi contra Episcopum vsurpatur.*
Refertur interpretatio ad textum in cap. ex frequentibus de inst.
12 *Exponitur textus in cap. olim* 20. *de censibus.*
Synodaticum est idem, quod Cathedraticum.
13 *Dilucidatur textus in cap. ea noscitur in fine de his, quæ fiunt à Prælatis.*
Declaratur textus in cap. ex litteris de Iure Patronatus.

1 CONCLVSIO. Si Episcopus in Ecclesia quam de cõsensu capituli pio loco concesit, percipiebat certos prouentus, illos donasse videtur: alioquin omnes prouentus præter Cathedraticum cedunt pio loco. Et si Episcopus concesit de consensu Patroni intelligitur Patronus donasse ius Patronatus. Quæ conclusio comprobatur ex textu in *cap.* cũ *olim* 19. *cap. venerabilis* 21. *cap. venerabili* 24. *de censibus, cap. quod autem* §. *de cætero de Iure Patronatus, cap. vnico* eodem titulo, *lib.* 6. *cap.* 2. *de suplenda negligentia Prælatorum, cap. cum nos, cap. tua cap. Pastoralis de his, quæ fiũt à Prælatis, cap. si vna de rebus Ecclesiæ cap. final de Præcario, cap. Pastoralis de priuilegijs Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ, cap.* 1. *cap. visis* 16. *quæst.* 2. *cap. final* 12. *quæst.* 3. *cap. quicumque* 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. 12. *quæst.* 3. *cap. conquerente*, verbo *duos solidos de officio ordinarij Nouela Iustiniani* 123. *l. qui tauernas ff. de contrahenda emptione, l. si domus,* §. *vlt. ff. delegatis* 1. *l. Caius ff. de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pignoratitia actione, l. final titu. 12. partita 1. iuncta eius, *glossa* 8. *&* 10. *l.* 6. *tit.* 14. *partita* 1. *glossa* 2. Exornant, *Ritius in praxi resolutione* 181. *Cerda in praxi Episcopali parte* 1. *verbo ius Cathedratici* §. 1. *Parianus tract. de visitatione parte* 1. *quæst.* 15. *num.* 13. *Antonius Gomez tomo* 1. *capit.* 12. *num.* 15. versic. *Ex quo infertur, & tomo* 2 *cap.* 2. *num.* 35. *Azebedo in l.* 1. *titulo* 25. *lib.* 8. *Recopilatio nis, num.* 66. *Gratianus disceptionum forensium, tomo* 4. *cap.* 629. *num.* 10. *&* 11. *Suarez allegatione* 7. *num.* 3. *Rochus de Curte de Iure Patronatus*, verbo *de Diœcesani, quæst.* 10. *n.* 23. & verbo *honorificum quæst.* 43. *n.* 35. & verbo *vel is, à quo quæst.* 21. *num.* 38. cum traditis à *Barb. de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 86. *num.* 40. cum sequentibus, *& allegatione* 89. & 127. per totam cum ab eo traditis in collect. ad nostrum textum.

2 Ratio, quare si Episcopus in Ecclesia quam de consensu capituli pio loco cõcesit, percipiebat certos prouentus, qui forte imposti erant tẽpore dedicationis, iuxta textũ in *c. Eleuterius* 18. *q.* 2. illos donasse videtur, ea est: quia licet verbum, *concedo*, sit generale, tamẽ restringitur, & accipitur secundum naturam cõtractus, cui adheret. Notat *glossa in c.* 1. verbo *titulo de Vsuris lib.* 6. & cũ talis concessio de Ecclesia videatur facta pio loco ad illius ministrorum sustentationem: Argumento textus in *c.* 1. *de Præb. lib.* 6. & quis donando tantum censetur donasse, quod suum est dicto *cap. quod autem* §. 1. *de Iure Patronatus, l. qui tauernas, ff. de contrahenda emptione, l. si domus* §. *vltimo ff. delegatis* 1. *l. si ita ff. de Vsu, & habitatione*, & donationes potius, vt valeant, quam pereant, debent interpretari: *cap.* 1. *cap. cum dilecti* 6. *hoc titulo, cap. in his de priuilegijs, cap. Abbate de verb. significatione, cap. inter dilectos de fide instrumentorum*, ideo ne concessio illa ex parte Episcopi frustratoria reddatur, in dubio tantum debet referri ad ius, quod Episcopus in Ecclesia habet, *cap. consultationibus* 4. hoc titulo: si vero Episcopus in Ecclesia illa nullam portionem retineat, tunc omnes prouentus cedunt pio loco. Ratio est: quia vt supra retulimus donatio est interpretanda, vt potius valeat, quam pereat: dicto *cap. in his de priuilegijs* sicut, & quilibet actus, *l. quoties la segunda, ff. de rebus dubijs*, & si Episcopus per concessionem illam nullos prouentus pio loco daret, donatio illa frustratoria appareret, non tamen videtur concessisse Cathedraticum: quia Cathedraticum est subiectionis, vel obedientiæ symbolum, quod Clerici suo Episcopo quot annis Cathedralis causa pendunt, ideſt, duos solidos, quos Episcopo debent Ecclesiæ, & vertitur in Ecclesiæ reparationem, non in honorem Cathedræ suę, *cap. conquerente de officio ordinarij, cap. Ecclesiæ de censibus, cap. placuit* 10. *quæst.* 3. Notant *Abb. & Cuiatius*, in præsenti, &, si Episcopus Ecclesiam concessit, de consensu Patroni intelligitur Patronum donasse ius Patronatus. Ratio est: quia consensus ille in concessione illa debet aliquid operari ne frustratorius redderetur: nã Patronus quod suũ est, hoc est, ius Patronatus cõcessisse videtur: dicto *c. quod autẽ* §. *de cætero de iure Patronatus*: Argumento textus in *l. Caius, ff. de pignoratitia actione*: siquidem donatio interpretanda est secudũ qualitates donantiũ, & eorũ qui donationẽ accipiunt. Notat *glossa* 1. *& penult. Abb. & Innocentius*, in præsenti, & in concessione illa desideratur capituli consensus, & ratio quare Episcopus non potest sine consensu capituli ius, quod habet in Ecclesia

sia inferiori, etiam si ius illud consistat, in perceptione temporalium in alium locum pium transferre, ea est videlicet: quia concessio illa est quædam iurium Ecclesiæ alienatio, quæ Episcopo non permittitur sine consensu capituli, *cap. sine exceptione* cum vulgatis 12. *quæst.* 2. *cap. cum vos de his, quæ fiunt à Prælatis, c. cũ Apostolicæ de rebus Ecclesiæ*. Notat *Abb.* in præsenti *n.* 5. *Henricus Baich. n.* 5.

3 Primò, aduersus nostrũ textũ in vers. *quod suũ est*, ex quo deducitur, si Episcopus simpliciter Ecclesiam concessit, tantum ius, quod habet, scilicet portionem temporalẽ concessisse videtur. Obstabit idem textus in versic. *quod, si ex ipsius prouentus*, ex quo constat, quod si nullã in Ecclesia illa portionem habet, omnes prouentus concessisse videtur, ac proinde intelligitur plus dedisse, quãdo minus in Ecclesia, quã, quando aliquid habet, & sic videtur textus sibi ipsi contrarium asseruisse. Sed huic dubio respondendum est ideo in illa simplici Episcopi concessione tantum ius quod Episcopus habet concessum intelligitur, quia verbum *concedo* in suo proprio significato non inducit omnimodã translationem dominij, atq; ideo in dubio refertur ad ius singulare, quod Episcopus in Ecclesia habet: *cap. final de precario* merito, ne concessio ex parte Episcopi frustratoria sit, tantũ concessio illa quoad ius, quod habet admittitur, si vero nullũ ius singulare in Ecclesia retinet eadem ratione, ne concessio sit frustratoria, videtur concessisse omnes reddit⁹ Ecclesiæ in vsus proprios Monachorum, cum non appareat ratio, quare magis debeat concedere certa iura, cum omnia sint eiusdem conditionis, & qualitatis: Argumento textus in *cap. cum in tua Diœcesi de decimis*, & sic ex his deducitur singularis doctrina, quod, quando non potest operari singularis translatio, operatur vniuersalis: vt recte animaduertit *Abb.* in præsenti *num.* 2. *&* 8. *Henricus Boich. num.* 2.

4 Secundò, prædictis obstabit textus in *c.* 1. *&* 2. 10. *quæst.* 3. *cap. conquerente de officio ordinarij*, ex quibus constat Episcopum nullam portionem in Ecclesia inferiori sibi reseruare posse, quemadmodum etiã Patronus nihil potest sibi appropriare, vel vindicare de redditibus Ecclesiæ: iuxta textum in *cap. filijs, vel nepotibus* 16. *quæst.* 7. *cap. final* 16. *quæst.* 1. *cap.* 1. & per totum, *vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*: ergo non recte in præsenti afferitur Episcopum ex Ecclesia inferiori posse certam fructuum portionem exigere. Verum huic dubio respondendum est, quod licet de iure communi Episcopus nullam portionem ex aliena Ecclesia sibi vindicare possit dicto *cap.* 1. *&* 2. 10. *quæstione* 3. tamen iure singulari quandoque eos percipere poterat: veluti si fundationis tempore conditio illa sit imposita, iuxta textum in *cap. Eleuterius penultimo* 18. *quæstione* 2. vel ex antiqua cõsuetudine à Pontifice comprobata iuxta textum in *cap. seruitium vltimo* eadem 18. *quæstione* 2. Notat *Abb.* in præsenti *numero* 4. *Henricus Boich. n.* 2. apud medium. Similiter Patroni licet ab Ecclesia illa aliquid temporale exigere non possint, tamen poterunt, si fundationis tempore Episcopi auctoritate interueniẽte id fuerit actum, iuxta textum in *cap. præterea* 23. *de Iure Patronatus*. Notat *Barbos. in Collect.* ad eundem textum.

5 Ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Tertiò, aduersus textum nostrum in versic. *Præter Cathedraticũ*, ex quo constat, quod quãuis Ecclesia ab Episcopo sit vnita Monasterio, vel alio pio loco, non videtur concessum Cathedraticũ: quia Cathedraticum est quodam ius Episcopale, quod debetur, in signum subiectionis, vel obedientiæ, quod inter iure Episcopalia cõnumeratur in *c. conquerẽte 16. de officio ordinarij*. Obstat textus in *cap. inter cætera 8. versi. Monasteriũ 10. quæst. 3.* Ex quo colligitur Basilicas Monasteriorũ exẽptas esse à iuribus Episcopalibus. Augetur difficultas ex textu in *cap. 1. de Præb. lib. 6.* versic. *Episcopalia iura per soluere*, ex quo deducitur Ecclesiam Monasterio vnitam iura Episcopalia soluere deuere. Sed respondendum est textum in dicto *cap. inter cætera 8.* procedere in Basilicis Monasterioriũ idest in ipsismet Monasterijs, quæ quidem Monasteria exempta sunt à iuribus Episcopalibus: vt habetur in *cap. 1. 10. quæst. 1.* at vero textus noster, & textus in dicto *cap. 1. de Præb. lib. 6.* loquitur in Ecclesijs secularibus Monasterio vnitis, quæ Basilicæ vnitæ ex concessione illa, vel vnione nõ eximũtur à iuribus Episcopalibus. Notat *glossa* in dicto *cap. conquerente* verbo *duos solidos de officio ordinarij*, *Hostiensis in Summa titulo de statu Monachorum, §. Vlt.* Nec solutioni obstabit. si dixeris Monasteria etiam de proprijs Ecclesijs iura illa Episcopalia soluere debere, siquidem Monasteria etiam sunt sub potestate Episcopi: iuxta textum in *cap. quædam 10. 18. quæst. 2.* quia respondendum est illud verum esse quãtum ad ea, quæ sunt de lege iurisdictionis; secus, in his, quæ sunt de lege Diocesana, vt in dicto *cap. 1. 10. quæst.* & in dicto *c. inter cætera 10. quæst. 13.* Notat *glossa in cap. dilectus de officio ordinarij*, & Doctores omnes in *cap. 1. de statu Monachorũ. Imola, & Abb.* in dicto *cap. dilectus de officio ordinarij*, & quæ sint de lege iurisdictionis, vel de lege Diœcesana, recte explicat *glossa* in principio *10. quæst. 1.*

6 Quartò, prædictis obstat textus in *cap. constitutus 6. de Religiosis domibus*, ex quo deducitur Episcopũ posse Ecclesiam Religiosis concedere, seu donare, & in totum ab eius iurisdictione, etiam quo ad Cathedraticum eximere verum respondendum est donationem illam ab Episcopo Religiosis factam, etiam quo ad Cathedraticum: valuisse. Ratio est: quia fuit cõfirmata ex certa sciencia per Romanum Pontificẽ, quç interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *quod ab ea factum fuerat confirmauit*. Notat *glossa* in præsenti verbo *Cathedraticum*, *Barbos. in Collect.* ad textum in dicto *cap. constitutus, num. 6.* idem *Barb. de potestate Episcopi 3. parte allegat. 89. num. 3.* apud finem.

7 Quintò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, præcipue *Henricus Boich. num. 6 & 7. Abb. numero 6.* videlicet Cathedraticum in signum obedientiæ debitum præscribi non posse Argumento textus in *cap. non licet* versic. *præscriptione temporis non obstante de præscriptionibus glossa 4. in cap. auditis* eodem titulo, *glossa Vltim. in cap. cum inter de consuetudine*, *glossa* verbo *consuetudine in cap. 2. de pœnitentijs, & remissionibus, lib. 6.* Obstabit dicere, quod Cathedraticum connumeratur inter iura Episcopalia, dicto *cap. conquerente de officio ordinarij*, sed iura Episcopalia præscribi possunt *cap. auditis, capit. de quarta 4. cap. cum olim 18.* versic. *quia de præscriptionibus, cap. Vltimo de officio Archidiaconi* cum traditis, à *Barb.* à *Barbos. de potestate Episcopi parte 3. allegat. 12.* Ergo perperam Doctores in præsenti affirmãt Cathedraticũ præscribi non posse. Cui dubio respondendũ est fatendo iura Episcopalia, vt in plurimũ præscribi posse, nõ tamẽ in omnia: quia excipiuntur nonnulla speciali iure prohibita, in quibus diuersa ratio, & grauissimũ præiuditium ita suadet, vt in *cap. cum officij de præscriptionibus*. Vnde licet subditi præscribere possint exemptionem, & libertatem à nonnullis oneribus, in quibus subijciuntur Episcopo, iuxta textum in dicto *capit. auditis* cum similibus *de præscriptionibus*, non tamen præscribere poterũt exemptionem ab obedientia, quæ in Cathedratico consistit, vt in textu nostro, siquidem præscribi prohibetur propter grauissimum præiudicium, repugnantiam, confusionem, & absurditatem, quæ in eo consistit, ne membra à suo capite discedant, &, vt subditi superiorem agnoscant, iuxta textum in dicto *capit. cum non liceat de præscriptionibus*, tum etiam: quia omnis præscriptio prohibetur, quæ confusionem continet, & iuri, seu bono publico nocet, & neruum Ecclesiasticæ disciplinæ infringit: *l. præscriptio Cod. de operibus publicis cap. licet* in principio versiculo *confusio nascetur 16. quæst. 2.* dicto *cap. cum inter de consuetudine*, sed præscriptio omnino extinguẽs obedientiam Episcopo Diœcesano, quæ in Cathedratico consistit, nocet iuri, & bono publico: vt constat ex textu nostro *capit. sciendum* versiculo *obedientia 8. quæst. 1. cap. Vltimo* in principio *23. quæst. 1.* Ergo Cathedraticum, in quo consistit obedientia, neutiquam præscribi poterit iuxta, quæ erudite refert *Barbos. de potestate Episcopi 3. parte allegatione 128. per totam.*

8 Sextò, prædictis obstabit dicere, quod ratio supra adducta, de qua mentio habetur in dicto *cap. cũ non liceat* in principio *de præscriptionibus*, non videtur sufficiens, in o nec vera: siquidem licet subditus obedientiam contra Episcopũ præscribat, non tamen propterea recedit à capite cũ adhuc remaneat subiectus Romano Pontifici, qui est Vicarius Christi, & caput omnium Ecclesiarum iuxta *illud Pauli ad Ephesios 1. Clement. 1.* in principio *de iureiurando*: sed eo non obstante dicendum est verisimam rationem esse supra adductam. Nec obstat certa ratio illa: quia procedit in vniuersali subiectione non in particulari, de qua in textu nostro & in dicto *cap. cum non liceat*: quia ad hoc, vt quis possit præscribere specialem subiectionem contra Episcopum, & dicatur subditus immediatus Ecclesiæ Romanæ quo ad ea, in quibus Episcopo subijciebatur, requiritur, quod ab ipsa Ecclesia Romana habitus sit, & tractus tãquam ita subditus, & immediatus per quã præscriptionẽ Ecclesia Romana adquirit illam specialem subiectionẽ: quia quo ad vniuersalem non erat necessaria præscriptio cum huiusmodi vniuersalis subiectio semper maneat, & auferri non possit. Notat *Barb. de potestate Episcopi* dicta *3. parte allegatione 128. num. final.*

9 Septimò, obstat text. in *c. cũ olim el 2.* in fine *de priuilegijs*, ex quo cõstat omnimodã exẽptionẽ à potestate, & subiectione Episcopi, & ita ab obedientia posse præscriptione adquiri. Verum respondendum est textum illũ non agere de præscriptione, perquam huiusmodi obedientia omnimodo extinguitur, sed per quam ab Episcopo transfertur ad Ecclesiam Romanam, cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſe Monaſterium ſubiecerat, quæ interpretatio comprobatur ex dicto *cap. cum olim*, verſic. *nos igitur* iuncto verſic. *quia vero*, ex quo deducitur Pontificem admiſiſſe præſcriptionem continẽtem id ipſum, quod priuilegia concedebant, & in priuilegijs concedebatur exemptio à ſubiectione Epiſcopi ita, vt Monaſterium quoad illã ſubijceretur Eccleſiæ Romanæ; vt ſentit *Barb. de poteſtate Epiſcopi* 3. *parte alleg.* 128. *n.* 13.

10 Octauò, obſtat textus in *cap. cum perſonæ* 7. *de priuilegijs lib.* 6. vbi ſimiliter apparet iura Epiſcopalia, etiã ad ſubiectionem pertinentia, præſcribi poſſe: ſed reſpondendum eſt textum illum procedere in præſcriptione illa, quæ ſecundum ius cõmune admitti potuit cõtra obedientiam, & ſubiectionem Epiſcopi, veluti, quando eximitur ab Epiſcopo Diœceſano, non vt omnino extinguatur obediẽtia, ſed vt per præſcriptionem adquiratur alij, cui ſe ſubditi ſubiecerunt: Argumento textus in *cap. eam ex officij*, verſic. *quamuis alius de præſcriptionib.* Vnde conſtat non in totum præſcribere obedientiam, ſed proprie loquẽdo alius illam præſcribit in ſubditis contra Epiſcopum & eius præiudicium. Notat *gloſſa* verbo *præſcripſiſſet* in dicto *cap. cum olim* merito cũ obedientia remaneat, & ſubditi non ſint Acephali *cap. nulla* 93. *diſtinct.* Nec abſolute recedant à capite mirum non eſt, quod præſcriptio illa translatiue admittatur, licet extinctiue non permittatur. Notat *Barboſ.* vbi ſupra dicta, *queſt.* 128. *num.* 8. & 14. Ex quibus deducitur, quod cum in cæteris iuribus Epiſcopalibus, quæ conſiſtunt in iuriſdictione, videlicet eligendi, inſtruendi, decimandi, & ſimilibus abſurditas ſupra relata non reperiatur, nec in eis tollatur intrinſeca ratio ſuperioritatis, nec mẽbra à capite recedãt, mirũ non eſt, quod præſcribi poſſint iuxta textum in *c. auditis, c. de quarta*, *cap. cum olim* 18. verſic. *quia de præſcriptionibus*, *capit. vltim. de officio Archidiaconi.* Notat *Couar. in cap. alma mater* 1. *parte* 9. 12. *num.* 3. cum traditis à *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi* 3. *parte alleg.* 127. *num.* 3.

11 Nonò, prædictis obſtat textus in *cap. ex frequentibus de inſtitutionibus*, vbi conſuetudo, vel præſcriptio reprobatur per quam ius inſtituendi contra Epiſcopum vſurpatur. Cui difficultati reſpondendum eſt textum illum tantum reprobare conſuetudinem, vel præſcriptionẽ per quam Clerici recipiebant beneficia ab eis, ideſt à laicis, qui poteſtatem non habebant intrudentes ſine auctoritate alicuius legitimi ſuperioris, ad quem de iure pertinebat, atque ita ſunt interpretanda verba illius textus, ibi, *ſine conſenſu Epiſcopi Diœceſani, vel officialium*, quæ verba non excludũt alios, qui priuilegio, vel præſcriptione legitima inſtituẽdi poteſtatem habuerint, vt late refert *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi* 3. *parte alleg.* 127. *num.* 10. cum ſequentibus tribus allegationibus, vbi plura de præſcriptione iurium Epiſcopalium refert præcipue in collect. ad textum in dicto *cap. ex frequentibus* 3. *de inſtitutionib. num.* 1. & 2.

12 Decimò, prędictiso obſtabit textus in *c. olim* 20. *de cẽſibus*, ex cuius textus deciſione deducitur Synodati cũ, quod eſt idem, quod Cathedraticum præſcribi poſſe. Verũ reſpondendum eſt in ſpecie illius textus in totũ nõ fuiſſe præſcriptũ Cathedraticũ, ſed in parte tantũ, hoc eſt, vt ſi per ſpatiũ quadraginta annorum Synodati, ſeu Cathedratici quãtitas in vna moneta pro alia fuerit ſoluta præſcriptio, valeret: ſiquidem modus ſoluendi videlicet in pecunia, aut in alia materia præſcribi poteſt contra Eccleſiam per ſpatium quadraginta annorum. Notat *Barb. de præſcriptionibus* 4. *parte* in principio *nu.* 2. *Rodericus de Annuis redditibus lib.* 1. *quæſt. one* 17. *Aretinus Conſilio* 112. *numero* 2. & 3. *Barb. in Collect.* ad textum in dicto *c. olim* 20. *de cenſibus*, *num.* 2.

13 Vndecimò, aduerſus ea, quæ in præſenti notant omnes præcipue *Abb. num.* 5. *Henricus Boich. num.* 5. videlicet Epiſcopum non poſſe ius, quod habet, in Eccleſia inferiori trã fere, etiã in aliũ locum pium ſine conſenſu capituli, etiam ſi illud ius conſiſtat in perceptione temporalium, nec conſuetudinem in contrarium valere, cum eſſet Eccleſiæ onoroſa: iuxta textum in *cap.* 1. cum ſupra traditis de conſuetudine. Notat *gloſſa in Clement. ſi vna de rebus Eccleſiæ* obſtabit textus in *cap. ea noſcitur* in fine *de his, quæ fiunt a Prælatis.* In cuius textus ſpecie in prima parte aſſeritur, quod quando Eccleſia habet ius, Prælatus præſentauit de conſenſu capituli, vel maioris, & ſanioris partis, & aliter præſentatio facta non valebit: in ſecunda vero probatur Prælatum abſque conſenſu capituli poſſe præſentare, ſi ipſe pro ſe probet præſcriptionem, conſuetudinem, vel priuilegium. In cuius textus difficultate omiſſa interpretatione, quam refert *Henricus Boich.* in præſenti *num.* 5. dum aſſerit valere illam Epiſcopi conceſſionem ſine conſenſu capituli, ſed non valere quo ad transferendum ius, licet valeat quo ad transferendum titulum præſcribendi, veriorem eſſe exiſtimo, quam refert *Abb.* in præſenti *num.* 5. dum affirmat textum illum procedere in collatione Eccleſiæ iure tituli: quo in caſu poteſt præſcribi conſenſus, ſeu conſilium capituli, ſecus vero in textu noſtro vbi præſcriptio non admittitur. Ratio differentiæ eſt: quia in collatione illa nõ fit rerum Eccleſię alienatio vt in textu noſtro. Nec prædictis obſtabit textus in *cap. ex litteris de Iure Patronatus*, vbi ſola Abbatiſæ præſentatio admittitur: quia dupliciter reſponderi poteſt: primo verba illa eſſe narratiua, quæ diſpoſitionem non includunt: iuxta textum in *cap. dilectus* 34. *de Præbendis*: ſecundo præſumi præſentationem ab Abbatiſa legitime fuiſſe factam, nempe cum maioris partis conuentus conſenſu. Notat *Lambertinus de Iure Patronatus lib.* 2. *parte* 1. *quæſt.* 1. *articulo* 12. *num.* 3. & 4. *Thomas Sanchez ad præcepta Decalogi tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 7. *Barb. in Collect.* ad textum in dicto *cap. ea noſcitur*, *num.* 2.

Ad textum in cap. Inter dilectos 8. huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalarij poſſunt in præiudicium ſuum, ſe, & domum ſuam alteri Religioſæ domui ſubijcere, & donare.*

2 *Fauori, & iuri ſuo quiſque renunciare poteſt.*

Donatio, renunciatio, & ſubmiſſio etiam per Procuratores facta tenet. Allegantes propriam turpitudinẽ, non ſunt audiendi.

3 *Redditur ratio ad textum in cap. tertio loco deprobat.*

4 *Vnio, & ſubmiſſio non poteſt fieri ſine Epiſcopi auctoritate.*

Exponitur textus in cap. inter dilectos 8. *de donationib.*

5 *Iterum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Iterum declaratur textus in dicto cap. inter dilectos 8. verſic.* Domini *de donat.*

6 *Depromitur ratio ad textum in capit. lator 7. de ſententia, & reiudicata.*

7 *Declaratur textus in capit. ſiquis Preſbyterorum 6. de rebus Eccleſiæ.*

8 *Expenditur textus in l. 1. C. de liberali cauſa.*

Factum contra legem pro infecto habetur.

Dilucidatur textus in l. iubemus 41. in fine C. de liberali cauſa.

9 *Refertur ratio ad textum in cap. cũ ſuper 8. de conceſſione præb.*

1 CONCLVSIO. Poſsũt hoſpitalarij in præiuditiũ ſuum ſe, & domũ ſuam alteri Religioſæ domui ſubijcere & donare, hæc noſtri textus littera comprobatur ex textu in *Cap. Paſtoralis de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, capit. ſignificauerunt de teſtibus, cap. ſi diligenti de præſcriptionibus, cap. accedens de præb.* cum traditis à *gloſſa* in præſenti verbo *diſimilibus*, & quod allegans turpitudinem non ſit audiendus, quæ regula ex altera noſtri textus parte deducitur, cõprobatur ex textu in *cap. forte 14. quæſt. 5. capit. legi 16. quæſt. 1. cap. nonſanè 27. quæſt. 2. capit. Perlatum 29. quæſt. 1. cap. dictũ 29. quæſt. 2. cap. veniens de teſtibus, cap. ſuper quæſtionem de conceſsione Præb. capit. propoſitum de eo, qui duxit in matrimonium, cap. inter dilectos de donationibus: l. filios, Cod. de his, quæ in fraudem creditorum, l. trãſactione, Cod. de tranſaction. l. ſi creditoribus, Cod. de ſeruo pignori obliga. l. Marcelinam, Cod. de conditione ob turpem cauſam, l. cum profiteris, Cod. de reuocandis donatio. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. delegatis 1.* cum traditis à *gloſſa* in præſenti verbo *turpitudinem, l. penult. titulo 22. partita 6. l. 6. titulo 9. lib. 8. Recopilationis.* Exornant *Bernardus Diez Regula 24. verſic. 5. Tiraquelus de retractu linage §. 1. gloſſa 11. numero 20. & 24. Surdus deciſione 196. num. 6. & deciſione 309. n. 16. Cardoſo in praxi indicij, advocatorũ* verbo *allegatio, num. 5. Sarmiento lib. 3. Selectarum, cap. 13. num. 5. & 11. Gratianus Regula 477. Didacus Perez gloſſa 1. pag. 136. columna 2.* in principio, *& gloſſa 2. pag. 142. columna 2. poſt medium in l. 1. titulo 6. lib. 1. Ordinamenti* cum traditis à *Cenedo in Collect. ad Decretal. Collect. 10. n. 4. Barb. in Collect.* adhunc textum, *numero 2. Tuſcus littera T. concluſione 404.*

2 Ratio, quare hoſpitalarij in præiuditium ſuum ſe, & domum ſuam alteri Religioſæ domui poterũt ſubijcere, & donare, ea eſt: quia fauori & iuri ſuo quiſque renunciare poteſt. *Cap. ad Apoſtolicæ de regularibus, l. penult. Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. penult. Cod. de pactis, cap. ſi de terra de priuilegijs*, cum renuncianti non detur regreſsus, *l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de euictio edicto, capit. ex tranſmiſſa de renunciatione, cap. ex ore de priuilegijs*, & ſic Patroni ius, quod habebant, donaſſe videntur: vt ſupra late diximus in cap. præcedenti, & renunciatio illa per Procuratores facta admittitur: quia donatio, renunciatio vel ſummiſsio etiã per Procuratores facta tenet *capit. accedẽs de Præb. cap. ſi diligenti de præſcriptionibus*, nec admittitur exceptio hoſpitaliorum Sancti Allutij afferentium donationem illam non valuiſſe ex eo, quod facta fuerat à fratribus pantioribus periuris, & excommunicatis: primo, quia donatio illa ſimpliciter, & pure ab ipſis fuerat facta: tum etiam, quia allegantes propriam turpitudinem non ſunt audiendi dicto *cap. forte 14. q. 5.* cũ ſupra traditis. Præterea quia licet eſſent excommunicati, & periuri poterant donare, *cap. veritatis de dolo,*

lo, & contumacia. Notat *Innocentius* in præſenti *num. 2. in fine*: Deinde quia deceptis non decipientibus iura ſubueniunt: *c. cũ Ioannes de rerum permutatione, l. 2. §. ſed ita demum & §. verba, ff. ad Senatus Conſultum Beleianum, l. ſi ſine 5. Cod. eodem*, nec donatio, vel ſententia illa poterit præiudicare Epiſcopo Diecenſi de Piſcia: quia res illa fuerat inter alios acta, atque ideo alijs nec Epiſcopo nocere poterat: *cap. inter dilectos de fide inſtrumentorum, cap. penultimo de re iudicata*, vbi late ſcripſimus: ſiquidem à iuriſdictione ſui Prælati quis non poteſt ſe eximere, *cap. ſi diligenti de foro cõpetenti* cum ſupra traditis in *cap. 7.* hoc titulo.

3 Primò, obſtabit dicere, quod exceptio illa propoſita, quod à pantioribus de capitulo donatio fuerat facta, eſſet admittenda, cum ex eo donatio nulla reddatur, iuxta *textum in cap. tertio loco deprobation.* Cui dubio reſpondendum eſt, quod licet exceptio illa tamquam legitima admitti poſsit, tamen cum tanum fuiſſet obiecta, & non probata recte contra capitulum Sancti Allutij fuit iudicatum. Notat *Innocentius* in præſenti *num. 2.* in fine *Abb. num. 4.*

4 Secũdò, obſtabit dicere quod hoſpitalarij illi Sancti Allutij non poterant ſe ſubmitti, nec vniri alteri hoſpitali, cum vnio, & ſubmiſsio illa non poſsit fieri ſine Epiſcopi auctoritate: *cap. ſicut vnire de exceſsibus Prælatorum, cap. ſicut de ſuppleda negligentia Prælatorum, cap. cum dilectus de conſuetudine*. In qua difficultate, *gloſsa* in præſenti verbo *adiudicare* aſſerit, quod licet ſubiectio illa quo ad Epiſcopum nõ valuerit, cum ſubijcere, & vnire vnam Eccleſiam alij ad eum pertineret: dicto *cap. ſicut de ſupplenda negligentia Prælatorum*, tamen, quo ad eos valuit, cum eis obſtet, nec contrauenire poſsint, *cap. quod in dubijs de renunciatione, cap. ſiquis 12. quæſt. 2.* ſed hæc interpretatio ex eo conuincitur: quia ſi hoc eſſet verum Summus Pontifex non adiudicaſſet hoſpitali cum ſuis pertinentijs, ſed tantum facultatem contradicendi aduerſarijs abſtuliſſet, vel eis tantum ſilentium impoſuiſſet: vt bene animaduertit *Innocentius* in præſenti, *num. 2.* quare hac, & alijs omiſsis verius eſt dicẽdum, ideo donationem illam abſque conſenſu Epiſcopi factã valuiſſe: quia hoſpitale illud Sãcti Allutij adhuc non erat Religioni deputatum, cũ perſonæ quæ illud regebant, poterant eſſe ſeculares, & ſic locus ille quaſi à proprijs Dominis recte poterat in quaſcumque perſonas alienari: Argumento *textus in cap. ad hoc de Religioſis domibus*. Notat *Innocentius* in præſenti *numero 2. Abb. num. 7.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit dicere, quod ibi erat Eccleſia Sancti Allutij: ergo erat locus Religioſus, ac perconſequens eius cura ad Epiſcopum pertinebat. Cui dubio reſpõdendũ eſt ibi non fuiſſe Eccleſiã, quæ dignitatẽ Eccleſiaſticã obtineret, ſed tãtũ erat oratoriũ depurãtũ orationi, & celebrationi Miſſarũ ſicut fere eſt in omnibus Palarijs magnatũ, & Principũ: quod priuilegiũ hoſpitalarijs Hieroſolimitanis ſeu Sãcti Sepulchri fuerat cõceſsũ: vt bene animaduertit *Innocentius* in præſenti *nu. 2. & final Abb. 7.* Nec ſimiliter obſtabit, ſi dixeris, quod ſi hoc eſſet verum, fruſtra ibi Rector, & Fratres appellarẽtur: nã reſpõdendũ eſt ideo ibi Rector & Fratres appellarẽtur, quia eorũ Collegium

Universidad de Deusto
Biblioteca

gium licitum erat cum hospitalitati intenderent; siquidem fratres illi per fundatorē hospitalis ius in hospitali haberent, vt tempore vitæ suæ ibi deseruirent, & necessaria haberent, & eorum consilio omnia facerent. Notat *Innocentius & Abb.* vbi supra. Præterea obstabit, quod, si locus non esset Religiosus, forte Domini, & non Patroni, vt textus asserit, appellari deberent. Sed respondendum est in præsenti largo modo Patronos appellari propter spiritualia, ad quæ locum deputauerunt. Notant *Innocentius & Abbas vbi supra.*

6 Quartò, aduersus generalem nostri textus regulam dum affirmat allegantem propriam suam turpitudinem audiendum non esse: vt constat ex iuribus, & Doctoribus supra adductis obstabit textus in *capit. lator 7. de sententia, & reiudicata*, vbi vir, qui matrimonium contraxit, etiam si agat contra eius separationem: vt indicant verba illius textus, ibi *demum vtriusque studio interueniente audiendus est*, & iuxta regulam nostri textus ex post facto tamquam contra proprium factum veniens, & turpitudinem allegans audiri non debebat. Sed respondendum est, ideo maritum in dicto *cap. lator* contra proprium factum, & propriam turpitudinem allegantem audiri: quia periculum animæ & peccatum vertebatur, in quo maritus persistebat: siquidem per eum matrimonium legitime fuerat contractum & illegitime dissolutum, in quo liberam potestatem dissoluendi non habebat, & regula nostri textus procedit in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet potestatem, & potest de iure exponere nam tunc ne eidem turpitudo patrocinetur contra regulam nostri textus, & in *cap. ex tenore 15. de rescriptis*, non admittitur illam turpitudinem allegans. Notat *glossa verbo insinuatione* in dicto *cap. lator glossa verbo turpitudinem* in præsenti *Felinus* in dicto *cap. lator Bernardus regula 24. versiculo 5.* Tum etiam, quia maritus agebat contra participem eiusdem criminis: vt constat ex dicto *capit. lator versiculo vtriusque studio intercueniente* iuxta *textum* ita intelligendum *in l. de tutela, Codice de in integrum restitutione minorum.* Notat *Barbos. in Collect. ad textum* in dicto *cap. lator, num. 8.*

7 Quintò, obstabit *textus* in *capit. siquis presbyterorum 6. de rebus Ecclesiæ*, ex quo deducitur, quod si quis Presbyterorum, Diaconorum, seu defensorum alienationem rerum Ecclesiæ subscripserit, poterit rem alienatam reperere, & contra proprium factum, & turpitudinem venire, vt constat ex versiculo illius textus, ibi, *nisi forte, & alienator.* Verum respondendum est regulam nostri textus limitari, quando præiuditium, quo ad Ecclesiam exrat: nam tunc poterit quis contra propriam turpitudinem venire; quod fauore Ecclesiæ admissum est iuxta *textum in cap. quod quis commisit 35. quæst. 9.* Nam tunc nomine Ecclesiæ poterit contra qui contrauenire, quem ipsemet fecit, etiã si proprio iuramento firmauerit se non repetiturum aut alienationem illam numquam reuocaturum. Notat *Gutierrez de Iuramento Confirmatorio parte 1. cap. 1. numero 96.* Nec huic sententiæ obstabit noster textus vbi hospitalarij allegabant turpitudinem in alienatione, seu donatione facta propter Ecclesiæ fauorem: quia respondendum est, quod in præsenti hospitalarij non alle-

allegabant turpitudinem ob Ecclesiæ fauorem, sed fauore eorum, scilicet ne subijcerentur hospitalarij Sancti Allutij hospitali Sancti Sepulchri, ac pro inde cum potius fauore personarum, quam Ecclesiæ turpitudo allegaretur nihil mirum cur non admittatur. Notat *Abb.* in præsenti, *num. 5.*

8 Sextò, obstat textus in *l. 1. C. de liberali causa*, vbi siquis proprios filios ingenuos turpiter vti seruos vendiderit, poterit contra propriũ factum, & turpitudinem venire, & competẽtem iudicem adire, vt causa agatur secundum iuris ordinem. Cui dubio respondendũ est id fuisse admissum fauore libertatis: nam cum venditio, & factum illud sit cõtra legem factum pro infecto habetur: Argumento *textus in l. quem admodum, Cod. de agricolis, & censitis lib. 11.* Sic similiter interpretatur textus in *l. interrogatam 24. Cod. de liberali causa*, vbi siquis coram iudice ab aliquo fuerit interrogatus, an sit seruus suus, & responderit suum seruum esse, eius cõfessio fauore libertatis ei non nocet quo minus possit contra propriam confessionem venire. Nec solutioni obstat *textus in l. iubemus 41.* in fine eiusdem tituli, *Cod. de liberali causa*, ex quo constat quod si quis propria voce apud iudicẽ confiteatur se alicuius seruũ esse, eius confessio sibi nocet. Quia respondendum est textum in dicta *l. interrogatam*, loqui, quando, quis extra iuditium apud iudicem non in iuditio conhetur se alicuius seruum esse, quæ confessio sibi nõ præiudicat, cum ei nulla controuersia status sit nota. Nec obstãt verba illius textus *apud acta*: quia non debẽt intelligi de actibus iudicialibus in liberali causa, sed de alia dissimili ab ea, at vero *textus* in dicta *l. iubemus* in fine procedere, quando confessio facta est in iuditio apud iudicẽ apud quem controuersia status iam mota fuerat, & liberalis causa disceptabatur, Quo in casu mirum nõ est, quod confessio ei noceat. Notat *glossa verbo confessus in cap. final de confessis, glossa verbo apud acta* in dicta *l. interrogatam 24. Cod. de liberali causa, & glossa verbo ad aliud iuditium* in dicta *l. iubemus, Cod.* eodem *Abb.* in præsenti *num. 5.* in fine.

9 Septimò, obstat textus in *cap. cum super 8. de concessione Præb.* ex quo deducitur, quod si Canonici in fratrem, & Canonicum sine Præbẽda receperint, si postea receptus Præbendam perat, Canonici admittuntur excipiendo, & allegando propriam turpitudinem, scilicet ab eis fuisse receptum contra Lateranense Concilium, vt patet in versiculo *licet receptionem tuam, quamuis excludantur: quia in exceptionis probatione defecerunt.* In cuius textus difficultate communiter dici solet allegantem propriam turpitudinẽ tunc admitti posse cum allegat eam per modum replicationis non principaliter in modum actionis ad fundandam eius intentionem: sed ad coadiuuandam contra eum, qui etiam fuit particeps criminis: quia agit de lucro captando, & eam opponens de damno vitando, & de hac turpitudine in modum replicationis de damno vitando, & contra participẽ criminis obiecta, interpretandus est textus in dicto *cap. cum super 8. de concessione Prebendæ* de quo *Abb.* latissime tractat, *1. n. 9. Felinus in cap. lator de sententia, & reiudicata, num. 1. Bartolus in l. Ius Iurandum, quod ex conuentione, 9. Procurator, ff. de Iure Iurando.* Subsisto iam in hac nostri textus regula: quia valde generalis est, & eius limitationes latissime scripe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptæ reperiuntur apud *Bernardū Diaz regula* 24. per totam *Gratianum littera T. regula* 477. interea videndus est *textus in cap. cum non ignores de Præb. & dignitatibus, cap. quoniã de testibus, cap. extraordinaria* 35. *quæstio.* 3. *cap. siquis putauerit* 80. *distinct. c.* 2. 11. *q.* 1. in principio, *§. verum, l. Titio, ff. ad municipalem, l. vxor ff. soluto matrimonio, l. filium Cod. de liberali causa.*

Ad textũ in cap. Apostolicæ 9. huius Tituli.

De materia huius textus plura scripsimus in cap. fraternitatem 2. huius Tituli.

Ad textũ in cap. Propter finalem huius Tituli.

SVMMARIVM.

1 *Donatio potest per donatorem, non per hæredem eius, qui donauit ob ingratitudinem donatarij reuocari.*
2 *Donationis finis est benebolẽtiam, & amicitiam inter dantem, & accipientem coniungere.*
Ingratitudo est ventus vrens, & siccans fontem misericordiæ.
Ingratitudo legum, & Canonum authoritate coercetur.
3 *Donatio semper perfecta nisi ob ingratitudinem reuocari non potest.*
4 *Legitime quod factum est, retractari non potest.*
Contractus omnis, licèt ab initio sit voluntarius; ex post facto tamen necessarius efficitur.
5 *Species traditur ad textum in cap. quicumque* 5. 50. *distinct.*
Libertatis donatio semel seruo data an reuocari possit, ibi exponitur.
6 *Conciliatur textus in cap. nullus, 4. de seruis non ordinandis cum dicto cap. quicumque* 5. 50. *dist.*
7 *Perpenditur ratio ad textum in capit. qui ex familijs* 4. 54. *dist.*
Expenditur textus in cap. octaua discussio 64. 12. *quæst.* 2.
8 *Species proponitur ad textum in capit. final. §. Clericus de postulando*
Collatio quodammodo dicitur.
Interpretatur textus in cap. grauem 15. *de excessibus Prælatorum.*
Donatio licet propter ingratitudinem reuocari possit; tamen in multis casibus, etiam si ingratitudo existat, nõ reuocatur.

1 CONCLVSIO, Donatio potest per donatorem non per hæredem eius, qui donauit ob ingratitudinẽ donatarij reuocari. Quæ cõclusio cõfirmatur. *Ex textu in cap. de Famulis, §. quibus cap. nullus, c. eo libentius de seruis non ordinandis, cap. vltimo de postulando, cap. grauem de excessibus Prælatorum, cap. ad aures, cap. inquisitionis, §. sacri & ibi glossa verbo prorsus in fine de pœnis, cap. qui ex familijs* 4. *cap. quicumque* 5. 54. *distinct. cap. Episcopus* 7. 15. *quæst.* 7. *cap. liberti* 61. *cap. octaua decisio* 62. *capit. Episcopus* 58. *versic. huiusmodi* 12. *quæst.* 2. *cap. si Imperator* 96. *distinct. cap.* 1. 1. *quæst.* 7. *l. final Cod. de reuocandis donationibus authent. hoc quoque Cod. eodem l.* 2. *Cod. de libertis & eorum liberis, l.* 1. *l. post legatum §. is vero ff. de his, quibus, vt indignis l. qui cum maior, §. sed & si ff. de bonis libertorum, l. penult. §. Seia ff. de adimendis legatis, l. si maritus* 10. *C. de donationibus inter virum l. donationes, §. species, ff. de donationibus, l. si dotem* 14. *Cod. de iure dotium, l. fideicommissum, Cod. de fideicommissis, l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inofficioso testamento, §. sciendum inst. de donationibus, l.* 67. *titulo* 8. *partita* 3. *l. penult. titulo* 4. *partita* 5. *Exornant Conar. lib.* 1. *variarum cap.* 17. *num.* 8. *Gutierrez de Iuramento Confirmatorio* 1. *parte, cap.* 10. *Iulius Clarus, §. donatio quæst.* 21. *num.* 1. *Petrus Murius de contractibus, titulo de donation. §. quomodo annulletur, & reuocetur donatio. Molina lib.* 1. *de primogenijs, cap.* 9. *num.* 31. *Tiraquellus in l. si vnquam verbo suscepero li* 6 *heros, num.* 215. *Matienço lib.* 5. *Recopilationis titulo* 10. *l.* 7. *glossa* 5. *ex num.* 5. *Azebedo lib.* 1. *Recopilationis, titulo* 1. *l.* 2. *num.* 2. *Antonius Gomez* 2. *tomo variarum cap.* 64. *num.* 14. *Petrus Greg. lib.* 39. *Syntagmatum, cap.* 1. *num.* 16. *& lib.* 29. *cap.* 15 *num.* 7. *Cardinalis Tuscus tomo* 2. *littera D. conclusione* 711. *Osualdus ad Donellũ lib.* 14. *comment. cap.* 27. *cum sequentibus cum traditis à Cenedo in Collect. ad Decretal. Collect.* 57. *Barb. in Collect. ad nostrum textum, num.* 2.

2 Ratio est: quia cum finis donationis sit veneuolentiam, & amicitiam inter dantem, & accipientẽ coniungere: nã qui donat ob id virtutem illam liberalitatis exercet, vt multos amicos sibi comparet, cõparatos retineat & inimicos cõciliet, cum propter amicitiam, & benemerita donatio cõcedatur: Argumento *textus in ll. nec adiecit, ff. pro socio* ideo liberalitas sic dicta est, *cap.* 1. *hoc titulo ibi quod sponte tribuit*, & in nostro *cap. final ibi liberalitas est collata, l. non potest, l. hoc iure ff. de donationibus.* Profunde si fundamẽta hæc amicitiæ, & benevolentiæ corruerint, corruere etiam debet liberalis concessio destituta à sua substantia; illa enim prouocat donatoris munificentiam, quam si donatarius, aut contempserit, aut ingratus ei fuerit vt indignus beneficijs expoliari debet: ingratitudo enim excecat oculos benefacientis, & eum ad benefaciendum tardiorem reddit: vt ex *Diuo Bernardo de contemplatione mundi:* notat *Petrus Murius* vbi supra *num.* 21. *Palatios Rubios ad Rub. de donationibus inter* §. 78. *num.* 18. Estque vẽ

tus vrens siccans fontem misericordiæ, torrem pietatis, & fluentagratiæ: quæ ex superbia prouenit: quia plerumque ingrati putant omnia seruitia sibi debita: vt ex *Diuo Bernardo Sermone* 2. *de septem panibus* tradit. *Petrus Gregor. lib.* 44 *Syntagmatum, cap.* 4. *num.* 18. quibus de causis in specie nostri textus sancitum fuit donationem posse propter ingratitudinem donatarij reuocari, ne sit cuiquam licentia alienas res capiendi, frugalitatem irridere donantis, ipsum donatorem suasque res perdendi, & huiusmodi malis ab ingrato donationis acceptore affici, cum magis deceat, vt in donatarium collata liberalitas eum ad obsequium inclinet, quam ad insolentiam erigat, *l.* 1. *C. de reuocandis donationibus*, qui enim in alios res contulerunt, non debent ab his iniuriam, & iacturam pati: vt scripsit *Imperator in §. sciendũ inst. de donationibus*, & quia conueniens est, vt quis puniatur in eo, in quo deliquit *cap. litteras* cum vulgatis *de temporibus ordinandorũ*, & per ea torquatur, per quæ peccat. *Sapientiæ cap.* 11. ideo licet generaliter omnes donationes legitime cõfectæ debeant firmæ illibatæque manere, si tamen donationis acceptor ita ingratus circa donatorem inueniatur, vt iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel iacturæ molem ex insidijs suis ingerat, quæ non leue damnum substantiæ donatoris imponat, vel vitæ periculum aliquod ei intulerit, cum in his casibus maxima arguatur donatarij ingratitudo; ex his causis, si fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter probata, poterunt donationes illæ cõerti, & rerum donatarum amissione mulctari donatarius: quare legum, & Canonum auctoritate eius ingratitudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

coercetur: nam ob eam filius emancipatus in patriam potestatem redigitur: *l. Vnica, C. de ingratis liberis.* Libertus in seruitutem, *c. Diaconi* 35. in fine, *cap. Episcopus qui. cap. liberti*, & sequentibus 12. q. 2. *l. 2. & final C. de libertis & eorum liberis*, & filius priuatur à legitima bonorũ patris successione, *cap. Quintabalis*, & ibi *glossa verbo exheredare de iure iurando authẽ. vt cum de appellatione cognoscatur*, §. *aliud*, & §. *causas* similiter cliens ingratitudine aduersus Patronum cõmissa priuatur beneficiario prædio *cap. de forma* 22. q. 5. & denique donatio de rigore iuris reuocatur, licet ex misericordia remittere potuerit donator. Argumento textus in *cap. tuam* 45. *dist. c. si vir insciens de adulteriis.* Notat *Hostiensis in præsenti num.* 3. Non autem potest ob istas ingratitudinis causas per hæredem eius qui tacuit donatio reuocari, quia ius reuocandi competit ratione vindictæ propter iniuriam illatam donatori: ideo sicut actio iniuriarum, quæ datur ad vindictam, non transit ad hæredem iniuriati, si moriatur ante litis notionem, nec etiam transit contra hæredem iniuriantis, si nihil peruenit ex iniuria: *l. iniuriarum actio ff. de iniuriis*, ita etiam hoc ius reuocandi quod datur nomine vindictæ ad hæredem donatoris, qui tacuit non extenditur: siquidem taciturnitate ipsa censetur donator iniuriam ingratitudinis remisisse: docent *Imola in præsenti numero* 44. *Osualdus ad Donelum lib.* 14. *commentario. cap.* 29. *littera A.*

3 Primò, obstabit dicere quod donatio semel perfecta reuocari non potest, *cap. interdilectos* 8. *hoc titulo versiculo ab eis hospitalariis factam puram, ac simplicem extitisse, cap. visis versiculo quomodo possessionis iura cognoscantur, & suarum rerum sibi tributa redantur.* 18. *quæst.* 2. *cap. sacrarum* 15. *ibi ne hoc, quod datum est a vobis, quolibet tempore repetatur* 12. *cap. sunt qui opes* 3. 17. *quæst.* 4. *l.* 2. *Cod. de reuocandis donationibus, l. Aristo, ff. de donat. tradit Iulius Clarus*, §. *donatio lib.* 4. *quæst.* 1. *num.* 3. adeo vt nec prætextu Imperialis rescripti reuocari possit, *l. si donationem, C. de reuocandis donat.* Nec ex sola pœnitentia reuocatur, *l.* 2. 3. & 4. *l. velis, nec ne* 6. *C. eodem.* Nec recipit cõditionem postquam perfecta est, *l. perfecta, C. de donationibus quæ sub modo*: ergo cum donatio pura, & simplex, ex quo perfecta est, reuocari non possit: videtur dicendum non posse donatorem semel in donatarium donationem liberaliter collatam reuocare, etiam si ipse suo donatori ingratus existeret. Sed huic dubio breuiter, & verissime respondendum est cum decidendi ratione supra adducta: nam licet verum sit, quod donatio perfecta sui natura sit cõtractus irreuocabilis, vt supra retulimus, tamen reuocabilis ex iusta causa efficitur, scilicet propter ingratitudinem donatarij, quod quidẽ oprima ratione sancitũ est, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere, cũ donatio sit facta propter beneuolentiam, & amicitiam. Proinde si fundamenta hæc amicitiæ, & beneuolẽtiæ corruerint ob ingratitudinem corruere etiam debet illa liberalis concessio destituta à sua substantia. Notat *Iulius Clarus lib.* 4. *sententiarũ, quæst.* 21. *num.* 1.

4 Secundò, obstabit regula qua docemur, quod id, quod legitime factũ est, retractari non debet, & si postea casus euenerit, à quo non potuerit incipere, seu inchoare, *cap. factũ legitime de reg. iuris lib.* 6. *cap. quemadmodum de iure iurando cap. penult. & final de adulteriis l. Patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Præcipue quia licet abinitio omnis contractus sit voluntarius, ex post facto tamen necessarius efficitur: *l. si cum ab initio C. de oblig. & actionibus, l. de contractu C. de rescindẽda venditione*, & nemo propriũ factũ impugnare valet *l. si post mortem ff. de adoptionibus. l. & per fundum ff. de seruitutibus rusticorũ prædiorum l. sicut C. de oblig. & actionibus.* Verum respondendum est regulam textus in dicto *cap. factum legitime* procedere in contractu matrimoniali, qui si semel perfectus fuerit nõ reuocatur: nam matrimoniũ, si legitime est contractum propter superuenientem furorem, vel affinitatem, non retractatur, *l. Patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris cap. penul. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, at vero textus noster loquitur in contractu donationis, qui superueniente causa ingratitudinis reuocatur ex iuribus, & rationibus supra adductis, & licet nemo possit proprium factum impugnare, tam ẽ regula cessat, quando actus ille ex facto annullari, reuocari ve potest a lege ipsa postea superueniente iusta causa, hoc est ingratitudinis, quod est admissum, tum propter publicam vtilitatem, tum etiam in fauorem dantis, & in odium recipiẽtis. Notat *Balascus consultatione* 69. *num.* 14.

5 Tertiò, obstat, *Decretum Concilij Tolesani* 4. *cap.* 75. relatũ *in c. quicumque* §. 54. *dist.* vbi seruis qui à Dominis suis ita libertatem acceperunt, vt nullum in eis obsequium Patronus retineat ad Clericatus ordinem libere suscipiuntur quia directa manumissione absoluti nosc ũtur: qui vero retento obsequio manumissi sunt pro eo, quod adhuc Patronis seruitute tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem suscipiendi ne quando voluerint eorũ Domini, fiant ex Clericis serui, vt colligitur ex vltimis illius Canonis verbis, ibi *ne, quando voluerint, eorum Domini, fiant ex Clericis serui*, ex quibus constat posse Dominum libertatis donationem in seruũ collatam libere reuocare. Ita, vt quando velit, possit eum in seruitutem absque vlla ingratitudinis causa redigere ea ratione: quia cũ retento obsequio manumittuntur, ad ordines promoueri nõ possunt; igitur necessaria nõ est ingratitudo, vt donatio possit reuocari: sed respõdendum est in specie illius textus minime probari seruos retẽto Patrocinio manumissos posse à Dominis absque ingratitudinis delicto in seruitutẽ redigi: nã verba illius Canonis ita sunt intelligenda, hoc est, vt serui retento obsequio manumissi Clerici nõ fiãt: quoniam Dominus potest probata causa ingratitudinis eos in seruitutem redigere, & ex Clericis seruos facere: alias id Dominus facere non posset, vt expresse probat textus in *capite Episcopus Sacerdotibus* 7. 15. *quæstione* 7. docet *glossa* in dicto *capite quicumque verbo ex Clericis.* Quam difficultatem agnouit *Turrecremata*, & *Archidiaconus*, ibidem *Acuña ad* 1. *Decreti partem* in dicto *cap. quicumque* 54. *dist.*

6 Quartò, solutioni valde obstat *textus in cap. nullus* 4. *de seruis non ordinandis*, vbi apparet, quod si Dominus seruo suo donauerit libertatẽ, & eũ in Presbyterũ fecerit ordinari, si ille in superbiã elatꝰ domino suo Canonicas horas psalere noluerit accusatus apud Episcopũ, qui ordinauit eũ in seruitutẽ ꝓper incuriã cõemptã, & ingratitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

titudinem redigere poterit: ergo eriam, si directo serui à domnis fuerint manumissi, & Clerici facti, adhuc à dominis absoluti non dicuntur: siquidē etiam, si directo sint manumissi, & liberi facti, adhuc propter ingratitudinis delictū: erga dominum patratum poterit dominus libertatis donationem reuocare, & in seruitutem eos reducere. Quod omnino cōtrariū refert *textus* in dicto *cap. quicumque* in prima eius parte. Cui difficultati nonnulli interpretes respōdent, quod seruus à domino manumissus, vt Presbyter fiat adhuc etiā, si ordinem adeptus fuerit, tenetur obsequiū spirituale domino præstare: quod, si in superbiā elatus, nō præstiterit, vt ingratus reputatur; & in seruitutem reduci potest, iuxta *textum* in dicto *cap. nullus*: at vero retento patrocinio à domino suo seruus manumissus ita, vt vi illius iuris retenti domino tēporale obsequiū præstare cogatur, nō potest ad ordines promoueri; iuxta *textum* in dicto *cap. quicumque*, in secunda illius textus parte. Sed hæc solutio defendi minime potest ex eo, quod dominus nihil iuris in seruo, quem ad ordines suscipiendos manumittit, retinere potest: sed directa manumissione absolutus esse debet, vt ad ordines valeat promoueri; iuxta *textum* in dicto *cap. quicumque* in prima parte; ergo nec obsequiū spirituale ab eo dominus exigere potest, nec propter id non præstitū libertus in seruitutē redigi debet: quare ea, & alijs consulto omissis verissime respondendum est in specie textus in dicto *cap nullus*, seruum à domino suo sub hac conditione fuisse manumissū, vt domino in horis Canonicis deseruiret, & eas ipsi psalerer; alioquin in seruitutem redigeretur, quæ cōditio non in ordinis susceptione sed in manumissione fuit adiecta nam ordinatio conditionem aliquam non admittit. Argumento *textus in cap. quampio 1. quæst. 2. cap. final de pactis*, debet autē imponi in manumissione, vel incontinenti post manumissionem: nam quæ incontinenti fiunt, in esse videntur: *l. Vt iuris iurandi, ff. de operis libertorū, l. final ff. de liberali cau-sa, l. lecta ff. de rebus creditis*, quare cū sub hac honesta conditione primo manumissus, & postea ordinatus fuisset, seruus, quia propter superbiam, & contumatiam fidem promissam non seruauit, degradatur, vt seruus domini fiat, & ipsi reditus nullo privilegio Clericali gaudeat vlterius vt docet *textus* in dicto *c. nullus* vbi licet solum legatur *degradetur* in antiqua tamen compillatione ita legitur *degradetur Vt seruus fiat domini*. Refert *Antonius Augustinus Collect. 1. Decretal. lib. 1. titulo 10. cap. 3.* Notat *Hostiensis* in eodem *textu num. 4.* tradunt post glossam ibi, & in dicto *cap. quicumque* antiquiores omnes in dictis iuribus, quos refert *Suarez de Censuris dispu. 51. sectione 3. num. 6. per totum Acuña ad 1. Decreti partem in cap. qui ex famulis 4. nu. 2. 54. dist.* Ad cuius rei confirmationem expēdo *textum in cap. libentius 6. de seruis non ordinandis*, vbi expressum probatur posse seruos à dominis suis ea cōditione manumitti, vt Clerici facti obsequium spirituale ei præstare cogantur: & si non impenderint, in seruitutē redigantur, vt notat *glossa*, ibi verbo *impendere Hostiensis, & Panormitanus.*

7 Quintò, supra traditis valde obstat *Concilium Toletanum 9. cap. 11. relatū in cap. qui ex famulis 4. 54. dist.* vbi de seruis Ecclesiarum decernitur, quod ordinari non debent nisi prius ab Episcopis libertatis percipiant

piant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis maioribus, tunc demum fungantur officijs, & si postea fuerint ingrati, in perpetuam seruitutem redigantur; vt constat ex verbis illius Canonis ibi, *quos vero flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa perpetua seruitus conditionis redigit in catenam*, ex quibus verbis deducitur seruos qui libertatis donationem acceperunt, & ad ordines promoti sunt posse propter ingratitudinem in seruitutem redigi & accepta donatione libertatis priuari. Igitur minus recte pro explicatione *capitis quicumque* superius diximus, quod illi serui ad ordines promoueri debēt, qui à Dominis suis plenam fuerint libertatem consecuti, ita quod ipsi non teneantur suis Dominis obnoxij ne probata causa ingratitudinis fiant ex Clericis serui: & donatione libertatis priuētur. Sed huic difficultati respondendū est distinctionem constituendo inter seruos Ecclesiæ & seruos alicuius priuati hominis; serui enim Ecclesiæ ab Episcopis secundum modum, quem Canones antiqui dant licentiam, manumissi ordinari possūt: sed si postea ingratitudinem commisserint, possunt in seruitutem reuocari ex speciali iure, quod in ipsis libertis seruatur. Priuatorum vero serui ordinari non possunt: nisi omne ius, quod in eis, habent, prorsus remittant, & nullum obsequium retineant: & ideo propter ingratitudinem non possunt collatam libertatis donationem reuocare; iuxta *textum* in dicto *cap. quicumque*, nisi ea fuerint conditione manumissi, vt Dominis obsequium spirituale exhibeant: nā tunc si in superbiam elati illud præstare noluerint; donatione libertatis priuati in seruitutem reuocantur dicto *cap. nullus de seruis nō ordinandis*: hoc enim speciali iure in seruis manumissis, & Clericis factis gaudet Ecclesia: vt propter ingratitudinem possit ipsis donatam libertatem reuocare, iuxta *textum* in dicto *cap. qui ex familijs 4. 54. dist.* qui textus de ipsis expresse loquitur, quemadmodum, & alia iura specialia in ipsis libertis Ecclesia habere noscitur. Siquidem potest etiam eos, si operas admoniti non præstiterint, in seruitutem reuocare: etiā si impositę non sint, & per inobediētiæ contemptum ingrati actione tenentur, *cap. liberti 61. cap. octauo 62. cap. de libertis 63. 12. quæst. 2.* quod in alijs priuatorum libertis cautum est, *l. 1. C. de operis libertorum*, & non tantum in seruis, quos manumisit ius patronatus retinet, sed etiam in progenitis ab eis; quia licet ingenui sint, à patrocinio Ecclesiæ discedere non debent dicto *cap. de libertis 63. 12. quæst. 2.* & ideo ne naturale ingratitudinem obtinentes se se ab Ecclesiæ patrocinio subtrahant professionem Episcopo facere debent, per quam ex familia Ecclesiæ libertos effectos esse fatentur, eiusque patrocinium non relinquant, sed iuxta virtutem suam obsequiū ei, & obedientiam præbeant, *cap. longinquitate 64.* dicto *cap. liberti 63. 12. quæst. 2.* tenent superiorē interpretationem post glossam *Verbo rediget* in dicto *cap. qui ex familijs 54. dist. glossam* in dicto *cap. de libertis Verbo non recedat. Turrecremata Archidiaconus, & Acuña ad 1. Decreti partem* in dicto *cap. qui ex familijs 54. dist.* Similiter ex superiori resolutione interpretandus est *textus in cap. octaua distinctio 62. 12. quæst 2.* vbi cum quidam seruus Ecclesię Agabrensis Eli seus nomine ab Episcopo suo traditus fuisset libertati, & de libertate confestim ad contumatiæ morbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

transiuit, & per superbiam non solũ eiusdem Episcopi veneficis artibus salutem laedere voluit, sed etiam Patronam Ecclesiam libertatis immemor prædamnauit, quærebatur, quã pœnã libertus iste pati deberet, respõderũt patres in *Concil. Hispal. 2. c.* 8. ex quo desumptus est textus ille, quod ingrati actio Canonũ, & legũ auctoritate aduersus eũ iuste dirigi debet, scilicet, vt immeritæ libertatis dãno multatus ad seruitutis nexũ reuocetur, vt cuius libertas pernitiosa est, sit salutifera seruitus: & qui superuire nouit, ade pralibertate proditus, discat ouedire subiectus; cuius decisionis ratio petẽda est ex nostri capitis decisione: nã cũ seruus ille donũ libertatis ab Episcopo acceperit, ingratus ei & Ecclesiæ esse non debet; sed potius obsequium & ouedientiam præbere, *cap. Diaconi* 35, 12. *q.* 2. quod si facere contempserit ad propriũ seruitium reuertatur donatione libertatis ob ingratitudinem reuocata cuius status propter ingratitudinem potius extingui, quam conseruari debet. Vt notat *Turrecremata* in dicto *cap. octaua discussio* 62. 12. *q.* 2. *num.* 1. cum sequentibus.

8 Sextò, conclusioni supra adductæ obstabit *textus in c. final* §. *Clericus de postulando*. Ex quo deducitur, quod si Clericus contra Ecclesiã à qua beneficium obtinet pro extraneis aduocatus, vel Procurator esse præsumit, tãquã ingratus potest maxime si eiusdẽ Ecclesiæ Clericus sit, huiusmodi beneficio expoliari, cuius textus decisio insinuat collationẽ benefitij Clerico factã reuocari nõ posse propter illã ingratitudinẽ nõ Ecclesiæ, sed Episcopo collatori factã: & tamẽ apparet collationẽ ab Episcopo factã donationẽ esse *c. collatos* 16. *de Præbendis versic. liberaliter cõcedas, c. final de officio Vicarij, lib.* 6. Notat *Petrus Greg. de beneficijs, c.* 39. Sed respondendum est Episcopũ beneficij collatorem non posse reuocare donationẽ ob ingratitudinem in ipsius personam commissam: quia licet aliquo respectu collatio donatio dicatur, scilicet in eligendo personã, cui beneficium conferat, tamen cum non magis teneatur isti quam illi illud conferre dicto *cap. Prælatum de Præbendis cap. final de officio Vicarij, lib.* 6. in substantia donatio non est: quia necesse habet illud beneficium alteri conferre, & non potest pro se referre; siquidem illam potius facit ex necessitate officij, quam ex liberalitate, dicto *cap. relictũ*, cum intra tempus à iure præscriptum conferre teneatur alias potestate conferendi priuabitur *cap.* 2. cum vulgãris *de eõ cessione Præbendæ*, merito cum non sit purus, & merus donator, non notatur tanta ingratitudine ille, qui spirituale beneficium recepit, sicut ille, qui donum ex mera liberalitate donantis percepit, qua propter non habet ius reuocandi, licet contra ipsum ingratitudo cõmittatur, & hac de causa *textus* in dicto *cap. final* meminit solum de ingratitudine contra Ecclesiã cõmissa, non cõtra collatorem, propter quã Clericus, qui cõtra Ecclesiã, in qua beneficiũ obtinet aduocationis, vel procurationis officiũ exercet per iudicẽ cõpetẽ, ẽ exercẽdo beneficio expoliatur, quia licet ingratus Ecclesiæ fuisset ipso iure donatio beneficij non reuocatur, vt in textu nostro, ibi *de rigore iuris potest reuocare*, & quia illa beneficij collatio proprie donatio nõ est ideo Clericus beneficio priuatur nõ autẽ reuocatur collatio docet *Butrius. ibi, n.* 6. *Imola* 30. *Iul. Clarus* in dicto §. *donatio, q.* 21. *num.* 6.

9 Sep.

9 Septimò, solutioni valdè obstat *textus in cap. grauem* 15. *de excessibus Prælatorum*, vbi Archidiaconus quidã cõtra fidem omagij præstiti &, debitã reuerentiã semel, & secundo Episcopũ propriũ suũ Dominũ esse negauit, & in foro seculari contra eũ super rebus spiritualibus deposuit quæstionẽ, item inuasoribus Episcopi & sotiorum eius causam, vel Consiliũ præbuit, vnde mandat Põtifex quibusdã, quatenus ipsum, tamquam membrum putridum ab Ambianensi Ecclesia perpetuo abscindant, & beneficia sua faciant per illos, ad quos donatio pertinet, personis idoneis assignari: ex qua decisione constat. Archidiaconum propter ingratitudinem cõtra Episcopum commissam beneficio suo priuari posse, igitur collatio beneficij reuocatur, etiam si in collatoris personam ingratitudo cõmittatur. Sed respondendũ est in hac specie non probari Episcopum beneficij collatorẽ propter ingratitudinẽ in ipsius personam commissam posse beneficij donationem reuocare: nam cum ipse purus donator non fit, nec plenam liberalitatem exercere dicatur ius hoc reuocationis non habet, vt nuper diximus pro interpretatione ad *textum* in dicto *capite final de præstando*: sed illud tantum ibi decernitur, scilicet Archidiaconum beneficio expoliandum quia contra Episcopum ingratus extitit; & quidem merito: nam, cum ipse beneficium ab Episcopo recipiens iurasset sibi non solum ouedientiam, sed etiam fidelitatem præstaturum. Argumento, *textus in capite cum Clerici de verborum significatione, capit. nullus, capit. Ego de iure iurando, capit. legebatur* 3. *de maioritate, & ouedientia*, & postea præstiti iuramenti fidem frãgens eum Dominum suum esse negasset, & inuasoribus, & complicibus contra eum auxilium, & consilium præbuisset indignus est beneficio, quod abeo habet: Argumento *textus in capite de forma* 22. *quæstione vltima*, quare recte beneficio priuari abeo iudice debet, ad quem ipsius donatio noscitur pertinere, tamquam iuramenti transgressor: Argumento *textus in capite querelam* cum vulgatis *de iure iurando*, & ingratus Episcopo, cui, vt Domino suo iurauerat ouedire. Notat *glossa, ibidem verbo casus Butrius in nostro cap. final n.* 6. *Panor n.* 9. Superest vt nõnullos casus animaduertamus, in quibus decisio nostri textus locum habere non possit: & primo eius regula, quæ docet donationẽ propter ingratitudinem reuocati, locum non habet in donatione remuneratoria, quæ propter merita præcedentia facta fuit: nam hæc propter ingratitudinẽ non reuocatur, *l. si Pater, ff. de donationibus*. Ratio est: quia nõ est vera, & propria donatio: sed cõpensatio, aut permutatio. *l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* vnde omnia, quæ de simplici, & mera donatione scripta sunt, non possunt commode ad ipam applicari salua recta iuris ratione docent *Iulius Clarus in dicto* §. *donatio, q.* 2. *n. penult. Garcia in tract. de donatione remuneratoria, n.* 3. & 9 *Tiraquelus in l. si quam verbo donatione largitus n.* 13. & ideo, cũ reuocatio ob ingratitudinẽ dũtaxat locũ habeat in donatione propriè sumpta, non potest hæc donatio remuneratoria secuta ingratitudine reuocari. Notat *Abb.* in præsenti *num.* 11. Nec etiã locum habet noster textus in donatione facta Ecclesiæ, quę propter ingratitudinẽ Prælati, vel capituli nõ potest reuocari: quia donatio facta

Eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiæ censetur Deo facta; Argumento *textus in cap. Verum de conditionibus appositis*. Qui non potest esse ingratus, cum sit omnium gratiarũ liberalissimus largitor & hoc verum est, si in ipsa donatione expressè rit donator, quod possit propter ingratitudinem reuocari. Docent *Iulius Clarus* vbi supra *num. vltimo Ripa lib. 2. responsorum, cap. 28. num. 20. Henricus Boich.* in presenti cum traditis à *Barb. in Collect.* ad hunc textum, *num.* 15. qui alias plures limitationes prosequitur. Reliqua, quæ ad ius Cæsareum expectant omitto quia de eis late scripsit *Osualdus ad Donellum lib. 14. Comment. cap.* 27. cum sequentibus, qui omnino consulendus est.

De Peculio Clericorũ Tit. XXV.

SINGVLA huius tituli iura pertinẽt ad vltimas Clericorũ voluntates merito cũ huiusque sit actũ de contractibus, eius cõmẽtaria omitto, & remitto ad ea quæ de eo latius dicemus in 3. tomo in titulo de testamẽtis. Et cũ his nostrũ hoc opus absoluitur vtinam ad vestram candidi Lectores vtilitatem, & quod magis præcor ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, nec non Intemeratæ Deiparæ Virginis MARIAE, & quid dixero Sanctæ Matris Ecclesiç cẽsuræ subijcio cuius veram & Catholicam Fidem veneror, & amplector.

INDEX IVRIVM, QVAE EX Gratiani Decreto in hoc volumine illustrantur, explicantur, & emendantur.

A.

AP. *Audiuimus* 3. *q.* 2. *fol.* 134. *n.* 3.
cap. Abbatibus 12. *q.* 2. *fol.* 186. *num.* 12.

B.

Cap. bona 12. *q.* 2. *fol.* 185. *n.* 10.
cap. bonæ 71. 12. *q.* 2. *fol.* 417. *n.* 5.

C.

Cap. casellas 10. *q.* 2. *fol.* 205. *n.* 19.
cap. Clerici 16. *q.* 3. *fol.* 228. *n.* 7.
cap. continua 11. *q.* 1. *fol.* 5. *n.* 9.
cap. cõtumaces 21. 50. *dist.* *fol.* 5. *n.* 10.
cap. Clericis 23. *q.* 8. *fol.* 11. *n.* 12.
cap. Clerici 5. 23. *q.* 8. *fol.* 11. *n.* 12.
cap. Clerici 5. 3. *q.* 8. *fol.* 12. *n.* 15.
cap. Cantantes 1. 21. *dist.* *fol.* 13. *n.* 3.
cap. Cipriã. 21. *q.* 3. *fol.* 31. *n.* 8.
cap. consulẽ ũm. 18. *dist.* *fol.* 56. *n.* 4.
cap. cum igitur, §. *illud* 35. *quæst.* 1. *fol.* 59. *num.* 11.
cap. Clericus 1. & 2. 91. *distinctione* *fol.* 90. *n.* 7.
cap. Clericus 21. *q.* 1. *fol.* 112. *n.* 5.
cap. cõuenior 12. 23. *q.* 2. *fol.* 189. *n.* 5.
cap. Cura 11. *q.* 3. *fol.* 190 *n.* 9.
cap. Constantinus el 2. 96. *distinctione*, *fol.* 410. *num.* 4.

D.

Cap. Diaconissã 23. 17. *q.* 1. *fol.* 3. *n.* 4.
cap. Diaconus 93. *dist.* *fol.* 4. *n.* 6.
cap. Diaconi 28. *dist.* *fol.* 59. *n.* 10.
cap. denique 36. *q.* 3. *fol.* 68. *n.* 7.
cap. decimas 16. *q.* 7. *fol.* 163. *n.* 5.
cap. decimas à populo 47. 17 *quæst.* 1. *fol.* 160. *num.* 12.
cap. de rebus 12. *q.* 2. *fol.* 189. *n.* 4.

E.

Cap. Episcopus 1. 47 *dist.* *fol.* 12. *n.* 5.
cap. Episcopus 6. 73. *dist.* *fol.* 37. *n.* 5.
cap. Episcopus 37. 7. *q.* 1. *fol.* 68. *n.* 6.
cap. Episcopum 25 7. *q* 1. *fol.* 67. *n.* 5.
cap. Eos 7. *q.* 1. *fol.* 136. *n.* 6.
c. Ea enim 2. 9. *hoc ius* 10. *q.* 2. *fol.* 333. *num.* 5.
cap. Ecclesiæ 43. 16. *q.* 1. *fol.* 412. *n.* 8.

F.

Cap. Filys, vel nepo. 16. *q.* 7 *fol.* 86. *n.* 17
cap. Fœlix 16. *q.* 1. *fol.* 156. *n.* 8.

G.

Cap. Generaliter 16. *q.* 1. *fol.* 31. *n.* 9.

H.

Cap. Hoc quoque 61. *de consecratione*, *dist.* 1. *fol.* 15. *n.* 5.

I.

Cap. In apibus 13. *q.* 1. *fol.* 15. *n.* 6.
cap. Interdixit 32. *dist.* *fol.* 41 *n.* 8.
cap. Is, qui 4. 34. *dist.* *fol.* 49. *n.* 11.
cap. In præterito 34. *dist.* *fol.* 57. *n.* 5.
cap. Illud 21. *q.* 1. *fol.* 111. *n.* 3.
cap. In primis 2. *q.* 1. *fol.* 134. *n.* 3.
cap. in Venditionibus 17. *q.* 4. *fol.* 186. *num.* 12.
cap. Illud 16. *q.* 6. *fol.* 21. *n.* 10.
cap. Illud 16. *q.* 6. *fol.* 412. *n.* 10.
cap. Inter cætera 8. 10. *q.* 3. *fol.* 436. *n.* 5.

M.

Cap. Mulieres 32. *dist.* *fol.* 3. *n.* 4.
cap. Mulierum 32. *dist.* *fol.* 32. *n.* 10.
cap. Multis 51. 16. *q.* 1. *fol.* 156. *n.* 8.

N.

Cap. Nonnulli 20. 93. *dist.* *fol.* 4. *n.* 7.
cap. Nõ Sanè 14. *q.* 5. *fol.* 24. *n.* 10. & 12.
cap. Nicæna Synodus 12. 31. *distinct.* *fol.* 40. *num.* 7.
cap. Nullus 5. 52. *dist.* *fol.* 52. *n.* 3.
cap. Non autem 12. 7. *q.* 1. *fol.* 82. *n.* 8.
cap. Neminem 72. 70. *dist.* *fol.* 89 *numero* 4. & *fol.* 90. *n.* 8.
cap. Non furem 7. *q.* 1. *fol.* 134. *n.* 3.
cap. Non oportet 7. *q.* 1. *fol.* 136. *n.* 6.
cap. Non licet 12. *q.* 2. *fol.* 228. *n.* 8.

O.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. Octaua discusio 64. 12. quæst. 2. fol. 448. n. 7.

P.

Cap. Precariæ 4. 10. q. 3. fol. 229. n. 10.
cap. Precariæ 44. 12. q. 2. fol. 228. n. 8.
cap. Precariæ, §. fin. 10. quæst. 2. fol. 228. n. 8.
cap. Peruenit 50. dist. fol. 45. n. 6.
cap. Presbyter 82. dist. fol. 45. n. 6.
cap. Presbyterum 18. dist. fol. 57. n. 7.
cap. Petisti 17. q. 1. fol. 83. n. 7.
cap. Præsentium 7. q. 1. fol. 134. n. 4.
cap. Postquam 50. dist. fol. 151. n. 9.
cap. Peruenit 16. q. 7. fol. 162. n. 4. & fol. 163. n. 5.
cap. Principali 15. 63. dist. fol. 179. n. 10.

Q.

Cap. Quoniam 18. dist. fol. 23. n. 8.
cap. Quorundã 1. 34. dist. fol. 36. n. 4.
cap. Quoniam 15. & fin. 32. distinct. fol. 56. n. 3.
cap. Quoniam 13. 31. distinct. fol. 57. n. 5. & 6.
cap. Quicumque 77. dist. fol. 58. n. 9.
cap. Qui plures 3. 21. q. 1. fol. 112. n. 4.
cap. Qui partem 6. 55. dist. fol. 120. n. 5.
cap. Quicunque 66. 12. q. 2. fol. 201. num. 10. & 418. num. 10.
cap. Quicumque 50. distinct. fol. 447. num. 5. & 6.
cap. Qui ex familijs 4. 54. dist. fol. 448. num. 7.

R.

Cap. Relatio pen. & fin. 21. q. 1. fol. 74. n. 6. & fol. 11. n. 3.

S.

Cap. Subdiacono 5. 93. dist. fol. 5. n. 8.
cap. Si quis 4. 51. dist. fol. 10. n. 10.
cap. Siquis 10. 14. q. 4. fol. 112. n. 15.
cap. Sancta Romana 21. distinct. fol. 14. num. 4.
cap. Sicut 21. q. 2. fol. 15. n. 6.
cap. Siqus Iunt 15. §. siqui vero 81. distinct. fol. 52. num. 3.
cap. Scisciti ãtibus fin. 15. q. 3. fol. 52. n. 3
cap. Siquis docuerit 28. dist. folio 58. n. 8.
cap. Siqui 3. 32. dist. fol. 60. nu. 13.
cap. si Petrus 8. q. 1. fol. 82. n. 6.
cap. si transitus 97. dist. fol. 83. n. 9.
cap. siquis à medicis 55. dist. fol. 120. num. 5.
cap. si in plebibus 20. 63. dist. fol. 129. num. 4.
cap. si à capitulo 40. 11. quæst. 5. fol. 160. num. 7.
cap. siquis Episcopus 16. q. 5. fol. 179. num. 10.
cap. si tributum 27. 11. q. 1. fol. 189. num. 6.
cap. siquis 11. q. 3. fol. 190. n. 9.
cap. siquos de seruis 57. 12. q. 2. fol. 193. n. 5.
cap. si quis qualibet 56. 12. q. 2. fol. 193. num. 6.
cap. si Episcopus 12. o. 5. fol. 193. n. 6.
cap. si qua de rebus 12. q. 2. fol. 207. n. 3.
cap. sæpe 12. q. 2. fol. 228. n. 7.
cap. si Episcopus 73. 12. q. 2. fol. 417. n. 7.

T.

Cap. Terrulas 53. 12. q. 2. fol. 199. n. 5. & fol. 240. n. 18. & fol. 216. n. 6.

V.

Cap. Volumus 24. 81. dist. fol. 37. n. 5.

Z.

Index Iurium Decretalium, sexti, & Clementinarum quæ in hoc opere illustrantur, explicantur, & emendantur in quo tituli in quibus continentur Alphaetico ordine demonstrantur.

Ex Decretalibus.

A.

CAP. à multis 9. de ætate & qualitate, fol. 45. n. 6.
cap. non sine 2. de arbitris, fol. 127. n. 6. & 130. n. 6.
Cap. Secundo requiris 41. de appellat. fol. 431. n. 9.
cap. Inquisitioni 71. eodẽ, fol. 431. n. 10.

C.

Cap. Cum Apostolus 6. de cẽsibus, fol. 22. num 6.
cap. Sopitæ 14. eodem, fol. 22. n. 6.
cap. Cum nuper 15. eodem, fol. 22. n. 6.
cap. ex parte 12, fol. 263 nu. 5
cap. olim 20. eodem, fol. 338. n. 12.
cap. præsentium 3. de Clerico Percussore, fol. 9. n. 5.
cap. 1. de Cohab. Clerico. & mul. fol. 36. n. 3.
cap. penult. eodem, fol. 36. n. 3.
cap. 2. eodem, fol. 44 n. 4.
cap. sicut 4. eodem, fol. 44. n. 4. & 5.
cap. si autem eodem, fol. 46. n. 7.
cap. cũ olim de Clericis cõiugatis, fol. 56. n. 3.
cap. Ioannes 7. eodem, fol. 60. n. 12.
cap. eos 43. de Clericis non residentibus, fol. 69. n. 9.
cap. 2. eodem, fol. 71. n. 3.
cap. cum dilectus 14. eodem, fol. 74. num. 5.
cap. De cetero 7. eodem, fol. 77. n. 6.
cap. Ad audientiam 15. eodẽ, fol. 77. num. 6.
cap. Cum nostris 6. de concess. Præbendæ, fo. 113. n. 6. & fol. 117. n. 16.
cap. Proposuit 4. eodem, fol. 136. n. 7. & fol. 144. n. 5.
cap. Accedens 14. eodem, fol. 140. n. 8.
cap. cum super 8. eodem, fol. 142. n. 13.
cap. ex tenore 13. eodẽ, fol. 142. n. 13.
cap. qui inuitorum 1. eodem, fol. 144. num. 1.
cap. Cum nostris 6. eodem, fol. 144. num. 5.
cap. quia diuersitatem 5. eodem, fol. 150. n. 6.
cap. Nulla 2. eodem, fol. 149. n. 5.
cap. dilectus 12. eodem, fol. 151. n. 9.
cap. de Rectorib. de Clerico ægrotãte, fol. 120. n. 3. & fol. 123. n. 34.
cap. cũ percussio 1. eodẽ, fol. 121. n. 6.
cap. tua nos 4. eodem, fol. 123. num. 3. & 4.
cap. cum, de constit. fol. 126. num 3. & fol. 175. n. 5.
cap. cum omnes 6. eodem, fo. 73. n 5.
cap. cum accessissent 8. eodẽ, fol. 128. num. 7.
cap. ex parte 12. eodem, fol. 128. n. 7.
cap. Cum gratia vnico de comodato, fol. 241. n. 5.
cap. 1. de clandest. desponsat. fol. 397. num. 5.
cap. Diuersis fallacijs de Clericis coniugatis. fol. 208. n. 7.

D.

Cap. Ex multiplici de decimis, fol. 430. n. 3.
cap. Tua 25. §. fin. eodẽ fol. 428. n. 6.
cap. ad Audientiam 12. eodem, fol. 430. num. 9.
cap. Prohibemus 19 eodẽ fol. 162. n. 3.
cap. Quanuis 17. eodem fol. 165. n. 8.
cap. ex parte 27. de decimis, fol. 427. num. 5.
cap. Adhæc 15. eodem, fol. 165. n. 9.
cap. fin. eodem, fol. 166. n. 10.
cap. Pastoralis eodem, fol. 435. n. 3.
cap. Per tuas 5. de donat. fol. 25. n. 4.
cap. vt eorum 3. eodem, fol. 224. n. 7.
cap. Per vestras eodem, fol. 351. n. 7.
cap. Dilecti 6. eodem, fol. 412. n. 6.
cap. cæterum 3. eodem, fol. 415. n. 2.
cap. Apostolicæ eodem, fol. 185. n. 10.
cap. Per tuas 5. eodem, fol. 201. n. 10.
cap. Fraternitatem 2. eodem, fol. 201. num. 11.
cap. Cæterum 4. eodem, fol. 211. n. 10.
cap. Inter dilectos 8. de don. fol. 441. num. 4.
cap 1. de deposito, fol. 246. num. 7. & fol. 386. n. 6.
cap. Finem litibus. de dolo & contumacia, fol. 385. num. 5.

E.

Cap. Cum inter 21. de elect. fol. 67. n. 4.
cap. Cum in cunctis 7. §. 1. eodẽ, fol. 111. num. 3.
cap. Ne pro defectu 41. eodem, fol. 151. num. 9.
cap. Licet 6. eodem, fol. 170. n. 7.
cap. Scriptum 40. eodem, fol. 170. n. 7.
cap. Accedentibus 12. de excessibus Prælatorum. fol. 160. n. 9.
cap. Grauem 15. eodem, fol. 50. n. 9.
cap. ad Audientiam 3. de Ecclesijs ædificandis, fol. 178. n. 9. & fol. 184. n. 7. & 9.
cap. Finali eodem, fol. 184. n. 7. & fol. 214. num. 13.
cap. Cũ dilectus 3. de emptione & vẽd. fol. 203. n. 14. & 15. & fo 265. n 3. & fo. 275. num. 15.
cap. Ad nostram 5. eodem fol. 342. n. 4.

F.

Cap. Ad hæc 12. de filijs presbyterorũ, fol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fol.84.n.11.
cap. Ad abolendam 16. eodem, fol.84. n.12. & fol.85. n.14.
cap. Veniens 5. eodem, fol.85. n.13. & fol.208.n.7.
cap. extramissa 7. eodem fol.86.n.16.
cap. Peruenit 2. de fideiussoribus, fol. 93.n.3. & fol.363. n.6. & fol. 373. n.3. & fol.246.n.5.
cap. Clericus 1. eodem, fol.34.n.4. & fol.367. n.3.
cap. quod quibusdam 4. codē, fol.244. num.3.
cap.1. de feudis, fol.342. n.3. & fol. 324 n.3.
cap.ex parte 2.eodem,fol.163.n.6.& fol 211.n.4.
cap. dilecti 17. de foro competenti, fol. 378.n.5.
cap. Nullus 2. eodem, fol.388.n.11.
cap. si cautio 14. de fide inst. fol. 396. num.4.
H.
cap.2. de homicidio, fol.8.n.4.
cap. suscipimus eodem, fol.8.n.5.
cap. ex parte 4. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, fol.169.n.4.
cap. cum inuenctis 1. eodem, fol.171. num.8.
cap. Pastoralis de his quæ fiunt à Prælato, fol.185.n.10.
cap. Apostolicæ 7.eodem,fol.183.n.6.
cap. ea noscitur eodem, fol.439.n.13.
I.
Cap. Ex litteris de iure Patronatus, fol.439. n.13.
cap. ex insinuatione 14. eodem, fol. 421. n.4.
cap. Illud 8. eodem, fol.421.n. 5. & fol.149. n.6.
cap. cura 11. eodem, fol.422.n.7.
cap.1. & 2. eodem, fol.86.n.17.
cap. consuluit 15. eodem,fol.87.n.18.
cap. à nobis 3. eodem, fol.179.n.19.
cap. Quærelam 10. de iure iurando, fol.372.n.14. & fol.298.n.4.
cap. ex rescripto eodem, fol.368.n 6. & fol. 337.n. 5. & fol. 386.n.7.
cap. Ad nostram 7. eodem,fo .76.n.5. & fol.328. n,8. & fol.342. n.3.
cap. Intellecto 33 eodem,fol.410.n.3.
cap. At si Clerici 4.de iudicij, fol.51. n.17. & fol.53.n.4.
cap. causamque 9. eodem, fo .113.n.7.
cap, Non amplius 1. de inst. fol.126. n.3. & fol.159. n.4.
cap. auctoritate 4. eodem,fol.127.n.5.
cap. cum venissent 6, eodem, fol.130. n.8. & fol. 208. num. 7. & fol. 298. num.4.
cap. ex frequentibus 8. eodem, fol.131. n. 11. & fol.338. n.11.
cap. Addecorem 5. codē, fol.132.n.12.
L.
cap.2. de locato, fol.217.n.4.
cap. potuit vlt. eodem, fol.204.n.17.
M.
cap. Cū inferior de maioritate & obedientia, fol.184.n.7.
N.
cap. Sacerdotibus 2. Ne Clerici vel mo. fol.11.n.13.
cap. Clericis 5. eodem, fol.11.n.13.
cap. Vnico ne Sedeuacāte, fol.149.n.5. & fol.150.n.6.
cap. fin. ne Prælati vices suas, fol.217. num.3.
O.
cap. ex parte 12. de officio Delegati, fol.142. num.12. & fol.322. n. 12. & fol.84. n.10.
cep. Pastoralis 18.§. quia vero, codē fol.98.n.8.
cap. si quando 8. eodem, fol.98.n.8.
cap. Super eo 15. eodem, fol.130.n.7.
cap. Vt nostrum 9. de officio Archidiaconi, fol.129. n.5.
P.
cap.1. de Præbendis, fol. 81. num.1. & fol.32.n.4.
cap. Non liceat 2. eodem, fol.89.n.3.
cap. Episcopus 4. eodem, fol.89. nu.4. & fol.90. n.8.
cap. tuis quæstionibus 23. eodem, fol. 89.n.4.
cap. cum secundum Apostolum 16. eodem fol.89. n.5.
cap. Nisi essent 21. eodem, fol.94.n.5. & fol.105. n.3. & 4. & fol.178. n. 8. & fol. 322.n.12.
cap. Tuæ 20. eodem, fol.101.n.5.
cap. Dilecto 25. eodem fol.101.n 5.
cap. Dilectus 19. eodem, fol.101.n.4.
cap. Pro illorum 22. codē, fol.127.n.4.
cap. Relatum 9. eodem, fol.140.n 9.
cap. Dilectus 19. eodem, fol.141. n.10. & fol.101.n.4.
cap. Tua 20. eodem, fol.141.n.11.
cap. Dilecto 25. eodem, fol.141. n.11. & fol.176. n.6.

cap.

cap. Dilectus 27. eodem, fol.145.n.6.
cap. Vacante 26. eodem, fol.174. n.3.
cap. cum causam 36. codē, fol.134. n.4.
cap. Maioribus eodem, fol.315.n.3.
cap. inter cætera 17. eodem, fol.316.numero 5. & 6.
cap dilectus 23. codē, fol.322.n.12.
cap. extirpanda 30. §. qui vero eodem, fol.79. n.3. & 6.
cap. fin. §. Clericus de postulando, fol. 449. n.8.
cap. quia in dubijs de præb. fol.10. n.9.
cap. cum pridē 4. de pact. fol.108.n.8.
cap. ex litteris 3. deprobat. fol.115.numero 15.
cap. tertio loco eodem, fol.341. n.3.
cap.1. de præscriptionibus, fol.151.n.10.
cap. quia circa 22. de Priuilegij, fol. 429. n.7.
cap. cū & plantare §.1. eodem, fol.196. num.9.
cap. cum olim 14. eodem, fol.416.n.4.
cap. dudum 31. eodem, fol.430.n.9.
cap. olim el 2. eodem, fol.437.n.9.
cap. præsentium 3. de pignoribus, fol.200. num.8.
cap. significante eodem, fol.241.n.5.
cap. præsentium 3. eodem, fo..331.n.3. & 4.
cap. ille vos eodem, fol.343. n.5.
cap. ex litteris 5. eodem, fol.351.n.7.
cap. cum constet fin. eodē, fol.358.n.3.
cap. 2. de Prebendis, fol.229. n.9.
Q.
Cap. Per Venerabilem qui filij sint legitimi, fol.32. n.10.
cap.2. qui Clerici vel volentes, fol.44. num.3.
R.
Cap. inter cæteras 4. de rescriptis, fol.85. num.14.
cap. proponente 42. eodem, fol.97.n.
cap. eam te 7. eodem, fol.158. n.3.
cap. exhibita fin. de ver. perm. fol.167. n.7. & fol. 205. n.5.
cap. mancipia eodem, fol.191.n.4.
cap. iniustum eodem, fol.193.n.4.
cap.1. eodem, fol.193.n.6. & fol. 205. num.20.
cap. consensus 3. de rebus Ecclesiæ, fol. 195. n.9. & fol.196.n.10.
cap. nulli 5. eodem, fol.198. n. 3. & fol.199. n.6. & fol. 200.n.7. & fol.201. n.10. & fol. 202. n. 13. & fol. 205. n. 19. & fol.207. n.7. & fol.208.n.6.
cap. Presbyterum 6. eodem, fol.209. numero 9.
cap.1. eodem, fol.205. n.19.
cap. Episcopi 4.eodem, fol.207.n.4.
cap. vt super 8. eodem, fol.215.n.5.
cap. cū venisset 9. de restit. spol. fol.139. num.6.
cap. olim 12. eodem, fol.8.n.3.
cap. constitutus 6. de Religiosis domibus fol.213.n.7. & fol.298. num.5.
cap. nemo 14. de simon. fol.86.n 15.
cap. per tuas 37. eodem, fol.9 . n.8.
cap. siquis ordinauerit 45. codē, fol.9. num.8.
cap. cum dilectus 28. eodem, fol 19. num.9.
cap. inter cætera 9. de sententia & re dicata, fol.98. n.8.
cap. cū Bertholdus 18. eodem, fol.129. 3. & fol.332.n.5.
cap. olim 12. eodem. fol.170. n.6.
cap. lator 6. eodem, fol.442.n.7.
T.
Cap. Ex parte 7. de testibus, fol.45.n.6.
cap. inter corporalia de translatione Episcopi, fol.66.n.3.
cap. relatum 12. de testamentis, fol.93. num.4.
cap. ad hæc 8. eodem, fol.41 . n.3.
cap. super eo 7. de transact. fol. 107. num.5.
cap. De cetero 5. eodem, fol.109.n.10.
cap. constitutus 4. eodem, fol.109.n.18.
cap. Veniens 8. eodem, fol.109.n.10.
V.
Cap. Vt laici. 1. de vita & honest. Clericorum, fol.3.n.3.
cap. ex multa 9. & fin. de voto, fol.8.n. 6. & fol. 11. n.13.
cap. per tuas 10. eodem, fol 68.n.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. licet. 6. eodem, fol. 380. n. 10.
cap. 1. de Vsuris, fol. 324. n. 3.
cap. salubriter eodem, fol. 327. num. 6. & fol. 342. n. 3.
cap. cum tu 5. eodem, fol. 385. n. 4.
cap. tua nobis pen. de verb. sig. fol. 179. num. 11.
cap. Vt nostrum 1. Vt Ecclesiastica Beneficia, fol. 179. n. 11.

Ex sexto Decretaliũ.

Cap. 1. §. Procurationes de censibus lib. 6. fol. 22. n. 6.
cap. Fœlicis 3. eodem, fol. 22. n. 7.
cap. Vnico de Clericis non residentibus, fol. 74. n. 4. & fol. 76. n. 4.
cap. si soli 6. de concessione Præbendæ, fol. 145. n. 6. & 7. fol. 151. n. 8.
cap. si à capitulo 5. eodem, fol. 146. n. 7. & fol. 150. n. 7. & 8.
cap. Vnico de Clericis coniugatis, fol. 63. n. 6. & fol. 388. n. 10.
cap. Vnico de Clerico ægrotante, fol. 170. num. 7.
cap. non putamus 2. de elect. fol. 103. num. 5.
cap. cum non deceat 30. eodem, fol. 76. num. 4.
cap. dudum 54. eodem, fol. 113. numero 6.
cap. Ecclesia vestra 57. eodem, fol. 116. num. 13.
cap. is cui 42. eodem, fol. 199. n. 4.

N.

Cap. Vnico ne sede vacante, fol. 159. num. 5.

O.

cap. Ordinarij de officio Ordinarij, fol. 115. n. 12.

P.

Cap. 2. de pœnis, fol. 49. n. 12.
cap. cum personæ 7. de priuilegijs, fol. 438. n. 10.
cap. 1. de Præbendis, fol. 436. n. 5.
cap. Et cui 29. eodem. fol. 432. n. 12.
cap. statutum 3. eodem, fol. 132. numero 13. & fol. 148. nu. 3. & fol. 151. numero 11.
cap. licet Episcopus eodem. fol. 31. numero 10.
cap. cum qui 18. eodem, fol. 117. numero 17.
cap. Præterea 4. eodem, fol. 114. numero 10.
cap. referente 7. eodem, fol. 114. n. 10.
cap. super eo 7. eodem, fol. 113. n. 8.
cap. si Episcopus 37. eodem, fol. 92. numero 11.

R.

cap. statutum 11. §. insuper de rescriptis fol. 20. n. 3.
cap. Gratia 7. eodem, fol. 97. n. 5. & fol. 115. n. 11.
cap. si gratiosè eodem, fol. 235. numero 9.
cap. 1. de rebus Ecclesiæ, fol. 154. numero 4. & fol. 184. nu. 8. & fol. 423. num. 10.
cap. licet Vnico de ver. perm. fol. 322. num. 12.

S.

cap. dilecti de sententia excom. fol. 8. num. 6.
cap. Grandi de supplenda negligentia Prælatorum, fol. 412. n. 5.

T.

cap. cum nullas 3. de temporibus ordinandorum, fol. 160. n. 8.

Ex Clementinis.

P.

Clementina si iusta fin. de Præb. fol. 114. num. 9.

R.

Clementina 1. de rebus Ecclesiæ, fol. 186. 12. & fol. 423. n. 10.
Clement. 2. eodem, fol. 184. n. 3. & 4. & fol. 184. n. 8.
Clementina Vnica de rerum permutatione, fol. 222. n. 12.

Ex

Ex Extrauagantibus.

Extrauagans, ad cuitanda scandala Martini 5. fol. 64. n. 6.
Extrauagans execrabilis de Præbendis, fo. 116. n. 14.
Extrauagans Piæ solicitudinis eodẽ, fol. 149. n. 4.
Extrauagans ambitiosè de rebus Ecclesiæ, fol. 198. n. 3. & fol. 212. n. 6. & fol. 212. n. 5. & fol. 217. n. 3.

Ex Sacra Scriptura.

Ad Galatas, cap. 3. fol. 4. n. 5.
Hieremiæ, cap. 44. fol. 17. n. 3.
Leuitici, cap. 21. fol. 17. n. 4.
Leuitici, cap. 19. fol. 17. n. 5.
Apostolorum, Can. 59. fol. 39. n. 6.
Apostolorum, Can. 5. alias 6. fol. 58. num. 8.
Apostolorum, Can. 13. fol. 67. n. 5.
Ioannis, cap. 10. fol. 71. n. 5.
Exodi, cap. 19. fol. 82. n. 5.

Ex Doctoribus Ecclesiæ.

Diuus Hieronymus Ezechielis, c. 43. fol. 6. n. 11.
Diuus Augustinus, lib. 2. super exodũ, cap. 71. fo. 47. n. 9.

Ex Concilijs.

Toletanum, cap. 7. fol. 9. n. 8.
Toletanum, cap. 5. fol. 417. n. 5.
Toletanum 3. cap. 4. fol. 417. n. 6.
Toletanum 4. cap. 73. fol. 447. n. 5.
Toletanum 9. cap. 11. fol. 448. n. 7.
Turonense, cap. 14. fol. 39. n. 6.
Niceana Synodus, cap. 3. fol. 40. n. 7.
Tridentinũ sess. 22. cap. 3. fol. 79. n. 4.
Trident. sess. 24. de reformat. cap. 17. fol. 116. n. 13. & fol. 118. n. 19.
Trident. sess. 24. cap. 20. fo. 160. n. 9.
Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. fol. 387. n. 9.
Aurelianense 4. cap. 33. fol. 418. n. 9.

Ex Iure Regio.

L. 7. tit. 15. lib. 4. Ordinamenti, fol. 21. num. 4.
l. 40. tit. 4. lib. 2. Ordinam. fol. 21. num. 4.
l. 3. tit. 5. lib. 2. ordinam. fol. 21. n. 4.
l. 2. tit. 2. lib. 2. Recop. fol. 190. numero 7.
l. 4. tit. 15. part. 1. fol. 380. n. 9.

Index legum Digestorum, Codicis authenticorum, & Institutionum quæ in hoc opere illustrantur & emendantur.

Ex Digestorum libris.

A.

L. 2. ff. de Administ. rer. ad Ciuit. pert. fol. 31. n. 7.
l. Decuriones eodem, fol. 260. n. 9.
l. Deprecatio, ff. ad l. Rodiam de iactu, fol. 188. n. 3.
l. Bonæ fidei emptor, ff. de adquirendo rer. dominio, fol. 210. n. 9.
l. 1. §. is quoque, ff. de Act. & Oblig. fol. 239. n. 3.
l. final. ff. Ad legem Iuliam de annona, fol. 260. n. 9.
l. Siquis dixerit 32. ff. de act. empti, fol. 264. n. 7.
l. 4. ff. eodem, fol. 283. n. 5.
l. Tutela 9. ff. de administrat. fol. 300. num. 9.
l. Titia Seya, ff. de auro & argent. leg. fol. 426. n. 4.

B.

L. 3. §. si emancipatus, ff. de bonor. possession. contra Tabulas, fol. 250. n. 14.

C.

L. Si area 33. ff. de condit. indebiti, fol. 406. n. 21. & 22.
l. Cum 32. §. vlt. ff. eodem, fol. 405. num. 19.
l. 2. 3. 4. & 5. ff. eodem, fol. 408. numero 25.
l. Sed & si 22. §. cum inter eodem, folio 405. n. 18.
l. Eleganter 23. ff. eodem, fol. 404. numero 17.
l. Domus 52. eodem, fol. 414. n. 17.
l. Dominus 53. eodem, fol. 408. numero 25.
l. Repetitio 44. eodem, fol. 407. n. 23,

l. Ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

l. Neratius 67. *eodem*, *fol.*326. *n.*4.
l. siqui 39. *eodem*, *fol.*406. *n.*20.
l. Cum indebitũ eodẽ, *fol.*407. *nu.*24.
l. Si pœna 19. §. *quamuis eodem*, *fol.* 407. *n.*23.
l. Qui exceptionem 4. *eodem*, *fol.*403. *num.*15.
l. Titius *fin. ff. de contrahenda emptione*, *fol.*356. *n.*8.
l. In bonæ fidei 54. *eodẽ*, *fol.*270. *n.*8.
l. Officij 61. §. 1. *eodem*, *fol.*334. *n.*8.
l. Æde Sacra 37. *eodẽ*, *fol.*334. *n.*8.
l, In modicis eodem, *fol.*332. *n.*5.
l. Imperatores 71. *eodem*, *fol.*263. *n.*5.
l. Si vt certo 5. §. *num videnaum*, *ff. commodati*, *fol.*241. *num.*5. & §. *interdum*, *fol.*239. *n.*5.
l. Argenti *eodem*, *fol.*354. *n.*4.
l. Si mea culpa 11. *eodẽ*, *fol.*239. *n.*5.
l. Debitoris 7. *ff. decessione bon. folio* 390. *n.*14.
l. Titio *vsusfructus ff. de condit. & demonst.* *fol.*361. *n.*9.
l. 2. *ff. de condit. obturpem causam*, *fol.*23. *n.*9. & *fol.*25. *n.*12.
l. 3. *Eodem*, *fol.*24. *n.*10.

D.

l. Lucius, *ff. de donat.* *fol.*236. *n.*10.
l. Achilla 27. *eodem*, *fol.*237. *n.*11.
l. Filius 7. § *nonnumquam eodem*, *fol.*412. *n.*6.
l. Sed si vir 31. §. *sed si duo*, *ff. de donat. inter*, *fol.*273. *n.*12.
l. Si sponsus 5. §. *circa eodem*, *fol.*275. *n.*12.
l. 1. §. 3. *ff. depositi*, *fol.*252. *n.*4. & §. *pen. fol.*242. *n.*7.
l. Si plures 14. §. *fina. eodẽ*, *fol.*255. *n.*6.
l. 1. §. *est autem* 22. *eodem*, *fol.*254. *num.*7.
l. Actione 23. *eodem*, *fol.*254. *n.*10.
l. Ad tẽpus 5. *ff. de Decurionibus*, *fol.* 30. *num.*15.
l. Cum hæres 11. *ff. de diuersis & tẽp. præscriptionibus*, *fol.*233. *n.*5.
l. Fideiussor 15 *ff. de Doli & metus exceptione*, *fol.*413. *n.*6.

E.

l. Si per imprudentiam 51. *ff. de evictionibus*, *fol* 26 *n.*14 & 15.
l. Si emptori 30. *eodem*, *fol.*283. *n.*5.
l. Erennius 63. *eodem*, *fol.*285. *n.*8.
l. Sed & si 19. §. *si homo liber eodem*, *fol.*340. *num.*14.
l. fin. ff. de Exercitoria act. *fol.*281. *n.*14.
l. Exceptione 67. *ff. de fideiussoribus*, *fol.*186. *n.*10.
l. Marcellus *in fine eodẽ*, *fol.*309. *n.*8.
l. Thais 41. §. *intra certa*, *ff. de fideicommissarijs lib.* *fol.*328. *n.*10.
l. Sed & si §. *sed si directa eodem*, *fol.* 339. *num.*11.
l. Possessiones 126. *ff. de fundis pat.* *fol.*213. *n.*3.
l. Vnica §. *fin. ff. furti aduersus nautas*, *fol.*258. *n.*5.
l. Lucius 29. *ff. Familiæ erciscundæ*, *fol.*272. *n.*10.

H.

l. In tempus 62. *ff. de hæred. inst. fol.* 139. *num.*5.

I.

l. 3. §. *fin. ff. iudicatum solui*, *fol.* 310. *n.*13.
l. 4. *Eodem*, *fol.*310. *n.*13.
l. Extraneus 33. *ff. de iure dotium*, *fol.* 392. *n.*19.
l. Cum Pater 29. *eodem*, *fol.*393. *n.*7.
l, Penult. *eodem*, *fol.*391. *n.*17.
l. Si res æstimata §. *si mulier eodem*, *fol.*270. *n.*9.
l. Mœvius 47. *ff. de iure fisci*, *fol.*367. *num.*5.
l. Fin. eodem, *fol.*301. *n.*9.
l. Cum debitor 8. *ff. in quibus causis pignus*, L. *fol.*326. *n.*5.
l. Serui electione, §. 1. *ff. de leg.* 1. *fol.*94 *num.*6.
l. Talis scriptura 30. & 31. *eodem*, *fol.* 431. *n.*11.
l. Vxori 33. §. 1. *ff. de leg.* 2. *fol.* 432. *num.*12.
l. Puer 39. §. *quindecim*, *ff. de leg.* 3. *fol.*193. *n.*5.
l. Qui Concubinam 29. §. *si hæres eodem*, *fol.*184. *n.*7.
l. Locatio 14. *ff. locati*, *fol.*235. *n.*9.
l. Ei fideo 23. *eodem*, *fol.*262. *n.*5.
l. 22. §. *vlt. eodem*, *fol.*263. *n.*5.
l. Ex conducto 15. §. *si vis eodem*, *fol.* 291. *n.*4. in §. *item*, *fol.*290. *n.*4.
l. Penult. §. *nauem eodem*, *fol.*292. *n.*4. & 11.
l. si vno 17. *eodem*, *fol.*293. *n.*10.
l. Merces 25. §. *vis maior eodem*, *fol.* 295. *n.*12.

l. Qua-

l. Quæro §. *inter locatorem eodẽ*, *fol.* 298. *num.*3.
l. Siquis domũ 9. §. 1. *eodem*, *fol.*301. *n.*10. & §. *Imperator*, *fol.*401. *numero* 13.
l. Si fundus 4. *ff. de lege commissoria*, *fol.*347. *nu.*13. & §. *Marcellus*, *fol.* 307. *n.*8.
l. Si vsumfructum 23. *ff. de lib. causa*, *fol.*337. *n.*7. & §. *in summa fol.*338. *n.*10.
l. Liberis 7. §. *si duo eodem*, *fol* 338. *n.*10.
*l. In suis, ff. de liberis & post. fol.*340. *n.*12.
l. 1. *ff. de libero homine exhibẽdo*, *fol.* 340. *n.*13.

M.

L. Siquis alieni, § 1. *ff. mandati*, *fol.* 242. *n.*8.
l. Creditor 60. §. *si inter maritum eodem*, *fol.*328. *num.*7. & *fol.* 342. *numero* 3.
l. Si procuratorem 8. *siquis mandauerit eodem*, *fol.*340. *n.*14.
l. Si remunerandi §. *si passus eodem*, *fol.*369. *n.*8.
l. Si viro §. *adolescẽs eodem*, *fol.*369. *n.*8.
l. Ex commodato §. 1. *eodem*, *fol.*370. *n.*1.
l. Si mandato 45. §. *item* 12. & §. *iudicio* 3. *eodem*, *fol.*374. *n.*5.

N.

L. 1. §. 1. *ff. Nautæ caupones*, *fol.*258. *numero* 5.
l. Diuortio 35. *ff. de neg. gest. fol.* 390. *num* 15.
l. 2. §. *merito* & §. *siquis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, *fol.* 430. *num.*9.

O.

l. Plebescito 18. *ff. de officio Præsidis*, *fol.*22. *n.*7.
l. Solent, 6. *de officio Proconsulis*, *fol.* 22. *n.*5. *l.* 1. *ff. de operis lib. fol.*196. *num.*10.
l. 1. *ff. de ord. cognit.* *fol.*339. *n.*11.

P.

L. *ab ea parte* 5. *ff. de probat. fol.*399. *n.*10.
l. Si filius 8. *eodem*, *fol.*400. *n.*11.
l. quingenta 12 *eodem*, *fol.*398. *n.*7.
l. cum de lege Falcidia *eodẽ*, *fol.*399. *n.*9.
l. non est necesse 11. *eodem*, *fol.*397. *n.*6.
l. cum de indebito 25. *eodem*, *fol.*395. *num.*3.
l. Verum, *ff. pro socio*, *fol.* 392. *n.*18.
l. Puto. 6. §. *siquis ad locationem*, *ff. de postulando*, *fol.*50. *n.*14.
l. Sine prefinito 23. *ff. de pœnis*, *fol.* 51. *n.*16.
l. Crimen *eodem*, *fol* 248 *n.*11.
l. Sticho 53. *ff. de postulando*, *fol.*194. *num.*7.
l. In quorum 4. *ff. de pignoribus*, *fol.* 201. *n.*9.
l. Grege 13. §. *statu liber eodem*, *fol.* 336. *n.*4.
l. 1 §. 4. *eodem*, *fol.*325. *n.*4.
l. In rebus 4. §. *fin. cum l. sequenti*, *ff. de precario*, *fol.*227. *n.*5.
l. Quæsitum 6. §. *fin. eodem*, *fol.*234. *n.*6.
l. Penult. *eodem*, *fol.*234. *n.*7.
l, Locatio 9. §. 1. *ff. de Publicanis & vectigalibus*, *fo.*288. *n.*3.
l. Hoc iudicium 5. *eodem*, *fo.*311. *numero* 16.
l. 1. *ff. de penu legata*, *fol.*307. *n.*9.
l. Si cum venderet 13. *ff. de pignorat. act.* *fol.*314. *n.*9.
l. Apud Labeonem, §. *fin. ff. de præscriptis verbis*, *fol.*354. *n.*4.
l. Sed & si 25. §. *item rem*, *ff. de petitione hereditatis*, *fol.*186. *n.*11.

Q.

l. Cum Tabulis 16. §. *quoniam stupri*, *ff. quibus vt indignis*, *fol.*48. *n.* 10. & 11.
l. Fin. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet, *fol.*338. *n.*8. & 9.
l. libertates 8. *ff. quod quibus vniuersitat. nomine*, *fol.*94. *num.*6.
l. vnica, *ff. quibus non competat bonorum possessio*, *fol.*249. *n.*13.
l. fin. §. *in ff. quæ in fraudẽ cred. fol.* 389. *n.*13.

R.

L. Labeo 4. §. 1. *ff. de recepti arbe* *fol.*27. *n.*16.
l. 9. §. *sane eodem*, *fol.*27. *n.*16.
l. Celsus 27. *eodem*, *fol.*306. *n.*7.
l. Nesenius 41. *ff. de reiudicat.* *fol.*392. *num.*19.
l. Sunt qui 16. *eodem*, *fol.*392. *n.*18.
l. Sicut 21. *eodem*, *fol.*391. *n.*10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l. Non tantum 29. eodem, fol. 390. numero 15.
l. A Diuo Pio §. si pignora eodem, fol. 349. n. 3. & fol. 369. n. 6.
l. Si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindicatione, fol. 256. n. 6.
l. Vtique 16. eodem, fol. 282. n. 3.
l. In rem, §. 1. eodem, fol. 332. n. 6.
l. 1. §. per hanc eodem, fol. 339. n. 11.
l. Siquis hac lege 41. eodem, fol. 346. num. 12.
l. Cum loca 36. l. Osa 8. §. 1. ff. de rel. & sumptibus fun. fol. 384. n. 8.
l. Pacta conuenta §. Papinianus ff. eodē, fol. 334. n. 8.

S.

L. 2. §. vltimo, ff. siquis cautionibus, fol. 152. n. 12.
l. 1. §. 1. ff. Siquis aliquē testari prohibuerit, fol. 249. n. 13.
l. 1. §. Siquis 12. ff. siquid in fraudem Patroni, fol. 272. n. 11.
l. Filia familias 25. §. fin. ff. solut. matr. fol. 300. n. 7.
l. Quoties 30. eodem, fol. 349. n. 4.
l. Ex diuerso 17. eodem, fol. 391. n. 16.
l. Cohæres, §. item Cusius, ff. de statu liberis, fol. 309. n. 11.
l. Seruus qui testamento 14. §. seruus eodem, fol. 309. n. 11.
l. Statu liberum 9. §. illud eodem, fol. 336. n. 4.
l. Stichum 95. §. si creditor, 8. ff. de solut. fol. 342. n. 3.
l. Quamuis eodem, fol. 356. n. 7.
l. 1. §. quid tamen, ff. si is qui testam. liber esse iussus, fol. 336. n. 4.

T.

L. Cum hi 8. §. si mi ff. de transact. fol. 183. n. 5. & in §. transactionem, fol. 222. n. 4.
l. Cum certus 15. ff. de tritico vino vel oleo legato, fol. 296. n. 13.
l. Ex eo. eodem, fol. 296. n. 13.

V.

l. Inter publica, ff. de verb. signif. fol. 95. n. 8.
l. Titio cum moretur, ff. de vsufructu legato, fol. 139. n. 5.
l. Quisquis §. fin. ff. de vsuris, fol. 210. num. 10.
l. Placuit 29. eodem, fol. 325. n. 4.
l. Siquis cum aliter 36. ff. de verbor. oblig. fol. 269. n. 7.
l. Stipulatio 36. §. siquis forte eodem, fol. 283. n. 4.
l. Si vsusfructus 9. §. plane ff. Vsufructuarius quemadmodum caueat, fol. 360. num. 6.
l. Si tibi 8. eodem, fol. 360. n. 7.
l. Omnes 3. §. desinere 3. eodē, fol. 361. num. 8.
l. Si vsusfructus 9. §. si vestro 3. eodem, fol. 362. n. 11.

Ex Iustinianeo Codice.

A.

l. Si pretium 4. Cod. de ædilitijs act. fol. 344. n. 6.
l. Quisquis, Cod. ad legem Iuliam Maiestatis, fol. 248. n. 10.
Authent. siue à me C. ad Senatus Consultum Beleianum, fol. 278. n. 3.
l. Si mortis 5. C. ad l. Falcidiā, fol. 399. num. 9.
l. Error eodem, fol. 402. n. 14.
l. Vbi falsi 22. C. ad legem Corneliam de falsis, fol. 401. n. 12.
l. fin. Cod. de abolit. criminum, fol. 401. num. 12.

B.

L. Ex contractu 3. C. de bonis auct. iudicis possidendis, fol. 389. n. 12.

C.

L. Labeo. C. communia rer. alienatione, fol. 94. n. 6.
l. fin. C. de compensat. fol. 254. n. 10.
l. Magnum 11. C. de contrahenda stip. fol. 306. num. 6.
l. 6. l. liberū 11. l. Commercia 16. l. in bello 2. §. siquis seruis, Cod. de seruis & post limina reuersis, fol. 336. n. 6.

F.

L. 2. C. de Episcopis, & Clericis, fol. 30. num. 5. & fol. 6. num. 6.
l. 2. Cod. de cultibinibus, fol. 284. n. 6.

F.

L. Voluntas 4. C. de fideicommissis, fol. 83. num 5.
l. Filiæ 18. Cod. fam. ercisc. fol. 195. n. 8.
l. Quicumque Cod. de fundis patrim. lib. 11. fol. 293. n. 9.

I.

l. 2. §. Sin autem, Cod. de iure emphyteutico, fol. 304. n. 3.
l. Vbi adhuc, Cod. de iure dotium, fol. 349. n. 4.
l. Satis, Cod. in quibus causis pignus vel hypotheca, fol. 352. n. 9.
l. Cum quis 10. C. de iuris & facti ignorantia, fol. 402. n. 14.

L.

L. 2. C. de libertis & eorum liberis, fol. 249. n. 12.
l. Vltima eodem. fol. 195. n. 9.
l. Nec cui, C. locati, fol. 287. n. 3.
l. Licet 8. eodem, fol. 296. n. 14.
l. Ædes eodem, fol. 298. n. 3.
l. 1. Cod. de liberali causa, fol. 443. num. 8.
l. Iubemus 41. eod. fol. 443. n. 8.
l. Congrui. C. de locat. prædiorum, Fiscalium, fol. 288. n. 4.

O.

l. Qui agros, C. de omni agro deserto, fol. 51. n. 10.
l. Locorum eodem, fol. 151 n. 10.
l. Quod ex liberta 11. C. de operis lib. fol. 195. n. 5.

P.

l. Si fundū, 2. C. de pactis inter emptorem, fol. 344. n. 6.
l. Siquis ea lege eodem. fol. 346. n. 11.
l. Final. C. de prædijs Decurionum, lib. 10. fol. 202. n. 12. & fol. 412. nu. 6. & fol. 419 n. 1.
l. Ob æs alienum 12. C. de prædijs minorum, fol. 223. n. 5.
l. Cum dominum 13. C. de pignoribus, fol. 355 n. 6.
l. Titius, C. de pignorat. act. fol. 355 n. 6.
l. Siue possidetis, Cod. de probat. fol. 398 n. 8.
l. De hæreditate 5. C. de petit. hæred. fol. 407 n. 23.

Q.

l. Bonorum, C. qui admittantur ad bonorum possessionem, fol 156. n. 7.
l. Siquis 16. C. de rescind. vend. fol. 274. n. 14.
l. 2. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, fol. 6. n. 12.
Authent. qui rem eodem, fol. 304. n. 3.
l. Sancimus 21. eodem, fol. 332. n. 6. & fol. 190. n. 27.
Authent. hoc ius eodem, fol. 333. n. 7. & fol. 244. n. 3.
l. Si à non Dominis fin. C. si à nō Dominis, fol. 192. n. 3.

V.

L. Final §. 1. C. de vsuris rei iud. fol. 371. n. 11.
l. Vnica, C. vt nullus ex vicaneis pro alio. lib. 12. fol. 379. n. 7.

Ex Authenticis & nouellis.

Auth. vt iudices, §. sciant & §. necessitatem collat. 2. fol. 337. n. 2.
Authent. de nuptijs, §. hic nos collat. 4. fol. 359 n. 4.
Authent. de hæredibus abintestato venient. §. 1. Collat. 9. fol. 359. n. 4.
Nouella 7. de non alienandis aut permu. reb. Ecclesiæ, fol. 198. n. 3.
Nouella 46. de Eccles. rer. immobil. alienatione, fol. 198. n. 3.

Ex Institutionū iure.

§. Singulorum inst. de rer. diuis. fol. 169. n. 5.
§. Constituitur Inst. de vsufructu, fol. 362. n. 11.

Index rerum, verborum ac sententiarum quæ in hoc volumine continentur.

A.

Absens iusta subsistente causa pro præsente habetur, fol. 76. n. 2.
Absoluendi potestas à vinculo excommunis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munationis ad clauem iurisdictionis non ordinis expectat, fol.160.n.7.
Abstinendum est non solum à malo, verum etiam ab eo quod occasionaliter potest esse malum, fol.20.n.2.
Abstineri debent Clerici ab officijs & cõmercijs secularibus, fol.28.n.1.
Accessorium sequitur naturam sui principalis, fol.113.n.8.
Actio depositi vt competat oportet vt de iusto dia conueniatur, fol.245.n.4.
Actiocum intentatur & competit cessat iudicis officium, fol.350.n.6.
Actio hypothecaria non potest experiri contra tertium possessorem, fol. 352. num.8.
Actore non probante reus absoluitur, folio 395.n.2.
Actoribus vbi non est præsumptio in cõtrarium onus probandi incũbit, fol.395. num.2.
Aduocato infirmo salarium debetur, fol. 122.n.8.
Administratori generali vendere permissum est, fol.202.n.13.
Administratio victualium ad iudices seculares expectat, fol.259.n.6.
Afflictis non est danda afflictio, fol.119. n.2.
Allegans turpitudinem non est audiendus, fol.440.n.2.
Alimenta tantum secundum facultatem debentur, fol.226.n.2.
Alienatio feudi licet inter extraneos sit prohibita tamen inter cõiunctos permissa censetur, fol.182.n.4.
Alienatio tantum comprehendit contractum per quem dominium transfertur, fol.200.n.7.
Alienatio licet Curialibus sit prohibita donatio tamen permissa cẽsetur, fol.202. n.7. & fol.419.n.9.
Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet, fol.206.n.1. & 2.
Alienatio rerum Ecclesiæ sine Clericorum consensu non valet licet approbetur per cõstitutionem laicorum, fol.221. num.1.
Alienationis nomine etiam comprehenditur donatio, fol.201.n.10.
Altari qui seruit de altari viuere debet, fol.88.n.2.
Amicabilis compositio licet valeat inter contrahentes non tamen ligat successores, fol.109.n.10.
Ambitionis occasio Ecclesiasticis personis vitanda est, fol.65.n.1.
Anathema verbum inducit Canonem late sententiæ. fol.17.n.6.
Antichresis pactum quid sit & an de iure Ciuili & Põtificio comprobatum, fol. 325.n.4.
Apellatione beneficij maiores etiam dignitates comprehendantur, fol.97.n.4.
Arma Clericorum sunt orationes & lacrimæ; temporalia vero deferre eis prohibitum est, fol.7.n.2.
Arma suscipere Clericis pro rerum suarum defensione & in bello iusto agressiuo permissum est, fol.8.n.3.
Armorum delatio non tantum in Clericis in sacris verum etiam in minoribus constitutis prohibita est, fol.11.n.13.
Argumentum à contrario sensu an admittitur, fol.200.n.7.
Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale, fol. 173.nu.2.& fol. 125.n.6.
Argumentum de maiori ad minus validum est, fol.337.n.7.
Archidiacono an institutio beneficiorum competat, fol.134.n.6. & 8.
Archidiacono ius eligendi nulla consuetudine adquiritur, folio 130. numero 8.
Archidiaconus de iure communi censuram Ecclesiasticam imponere nõ potest, fol.384.n.3.
Auctoritas superioris omne vitium simoniæ purgare solet, fol.313.n.2.

B.

Barbam & comam Clerici nutrire prohibentur, fol.16.n.1.
Beneficia minora secundum naturam maiorum debent regulari, fol.75.n.6. & fol. & fol.97.nu m.4.
Beneficia plura obtinere est species negociationis, fol.111.n.2.
Beneficia duo per modum unionis obtineri poterunt, fol.13.n.6.
Beneficia Ecclesiastica quæ residentiam requirunt, fol.123. numero 2.
Beneficia perpetua sunt non temporalia, fol.134.n.2.
Beneficia non vacantia promitti non debent, fol.139.n.2.
Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri, fol.172.n.1. & fol.435.n.4.
Beneficium datur propter officium, fol. 73.n.2. & fol.78.n.2.
Beneficium habens cum cura si secundum consequatur vacat primum licet olim et optio concederetur, fol.110.n. 1. & fol.114.n.10.
Beneficium transit in successorem cum suo onere, fol.376.n.2.
Beneficium cessionis prodest debitori cedenti non vero et qui postea contraxit, fol.389.n.12.
Beneficiorum fructus debentur Clerico ægrotanti, fol.119.n.1.
Beneficiorum collatio ad Episcopum dumtaxat expectat, fol. 157. numero 2.
Beneficiorum pluralitatis prohibitio a quo iure proueniat, folio 117 numero 18.
Beneficiorum electionem olim populus vsurpabat, fol.81.n.3.
Beneficio quis sine iusta causa priuari non debet, fol.134.n.2.
Beneficij promissio eum voluerim vel cum potuerim in his se differt, fol.149. n.8.
Beneficio non residens an sit priuatus ab eo ipso iure, fol.79.n.3.
Beatius est dare quã accipere, fol.409. n.2.
Bona fidei commissi alienari prohibita aliquando poterunt pro debito alienari, fol.379.n.8.
Bona Ecclesiarum nõ debet quisquam vindicare, fol.93.n.1.
Bona Ecclesiæ sunt oblata vt pauperes alantur, fol.93.n.2. & fol.188. num.2.
Bona Ciuitatis publica sunt atque ideo alienari non possunt, fol.94.numero 7.
Bonæ fidei posessor non tenetur fructus restituere, fol.210.num.10.

C.

Canticus in Ecclesia principaliter institutus est ad excitandos piæ deuotionis affectus merito si inhonestus fuerit improbatur, fol.114.num.4.
Casus excepeus firmat regulam in contrarium, fol.57.num.5.
Carnale matrimonium dissolui potest per spirituale non è contra, fol.68.numero.3.
Canonicus sine Præbẽda quomodo cõstare possit, fol.101.n.6.
Canonicus sine Præbenda proficere nõ potest, fol.100.n.2.
Canonicus in perpetuum præsentari Ecclesiæ locare non potest, fol.217.numero.1.
Canonicorum numerus eorum fauore inductus censetur, fol.176.n.2.
Capellania conferri potest descendentibus & cõsanguineis fundatorum, fol. 88.n.16.
Capitulum neque Episcopus potest numerum clericorũ minuere, fol.127. n.6.
Capitulum Sedeuacante nihil facere potest quod futuro Episcopo damnum irrogetur, fol.155.n.5.
Capitulum sedeuacãte potest admittere clericos præsentatos à patronis, fol. 158.n.4.
Capitulum sedeuacante potest absolure ab excommunicationis sententia, fol. 160.n.7.
Capitulum sedeuacante potest dare literas dimissorias ad ordines suscipiendos, fol.160.n.8.
Capitulum sedeuacante potest de matrimonialibus causis cognoscere, fol. 160.n.9.
Cathedraticum quid sit, fol.436.n.5.
Cathedraticum insignum obedientiæ debitum præscribi non potest, fol.436. n.6.
Causæ plurimæ sunt ob quas clerici à beneficiorũ residentia excusantur, fol. 75.n.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lesio bonorum variis de causis prohibita est, fol. 372. n. 14. & fol. 389. n. 12.
Celebrationis tempore diuinus esse debet Clerus à populo, fol. 2. n. 1.
Charitas bene ordinata à seipso debet incipere, fol. 252. n. 3.
Christianorum genera duo sunt, fol. 61. num. 2.
Civilis ratio naturalem vincere non potest, fol. 402. n. 16.
Character semel impressus indelebilis est, fol. 61. n. 2.
Clerici arma portantes excommunicari debent, fol. 7. num. 1. & fol. 12. n. 14.
Clerici qui iudici in sententia sanguinis assistunt irregulares fiunt, fol. 9. n. 8.
Clerici qui in bello iniusto inuicant irregulares fiunt, fol. 10. n. 10.
Clausula onerosa post multas donationes posita proximam respicit, fol. 424. n. 1.
Clausula appellatione remota inquacunq; rescripti parte apposita ad omnia respicit capita referri debet, fol. 431. n. 10.
Clerici sine Clericorum suffragio diuina officia celebrare nequeunt. fol. 13. n. 2.
Cleri comam & barbam nutrire prohibentur & quid in laicis vel fœminis, fol. 16. n. 1. & 2.
Clerici à verbo Greco Cleros appellantur quod verbum Latine sors dicitur, fol. 2. n. 2. & fol. 29. n. 2.
Clerici per interpositam personam tabernam exercere poterunt, fol. 31. n. 6.
Clerici orphanorum tutelam gerere prohibentur, fol. 31. n. 8.
Clerici immunes sunt ab omni munere tutelæ, fol. 31. n. 9.
Clerici in sacris instituti non possunt Tabellionis officium exercere, fol 32. numero 10.
Clerici & spirituales viri fœminarum consortium effugere debent, folio 35. num. 2.
Clerici in Sacris constituti si moniti contemnunt relinquere concubinas suspenduntur donec satisfaciant, fol. 42. numero 1.
Clerici qui perpetuo Deo emancipati sunt merito à coniugali consortio prohibentur fol. 55 n. 2.
Clerici an castitatem ex vi præcepti vel Consilij teneantur obseruare, fol. 59. num. 11.
Clerici coniugati in rebus suis non gaudent priuilegio Clericali, fol. 61. numero 1.
Clerici qui vxores ducunt negocium sæculare exercere videntur, fol. 61. numero 2.
Clerici ab officijs & commercijs sæcularibus abstinere debent, fol. 28. numero 1. & 2.
Clerici negociatores neque coniugati non amittunt priuilegium fori si habitum & tonsuram deferant & quid in illis qui vxorati non sunt, fol. 61. n. 2. & 4.
Clerici cum mercedem ab Ecclesia recipiant ei residere debent, fol. 71. n. 2.
Clerici non residentes priuantur à beneficio, fol. 73. n. 1. & fol. 121. n. 7.
Clerici pauperes ex artificio & industria victum & vestitum quærere possunt, fol. 92. n. 7.
Clerici regulares sine vllo beneficij titulo ordinari possunt, fol. 92. n. 10.
Clerici officium Hospitalitatis præstare debent, fol. 257. n. 3.
Clericis arma temporalia deferre prohibitum est, fol. 7. n. 2. de qua re plura diximus verbo arma.
Clericis coniugatis Ecclesiæ seruientibus beneficia hoc est stipendia debentur, fol. 60 n. 13.
Clericorũ numerus debet institui in Ecclesijs Collegiatis secundam facultatem ipsarum, fol. 126. n. 1.
Clericis omnis litium occasio est vitanda, fol. 364. n. 3.
Clericus si non habeat vnde satisfaciat creditoribus non debet excommunicari, fol. 383. n. 1.
Clericus periurus suspendendus est, fol. 372 n. 14.
Clericus dominus est fructuum beneficiorum, fol. 389. nu. 7.
Clericus cõpellitur seruare fidei iussorem indemnem, fol. 366. n. 1.
Clericus fidei iussionibus inseruiens est abijciendus, fol. 363. n. 1.
Clericus est miles Cœlestis & terrestri æquiparatur, fol. 246. n. 7.
Clericus infirmus ex legitima iuris interpretatione residere intelligitur, folio 120. n. 4.
Clericus in minoribus ordinibus constitutus si matrimonium contraxerit beneficium quod antea habebat amittit, fol. 56. n 2.
Clericus concubinarius vitam sui non est, fol. 52. n. 1.
Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, fol. 34. n. 1.
Clericus neq; tacite neque expresse poterit proprio foro renunciare, fol. 32. n. 11.
Clericus si comam relaxauerit anathema est, fol. 17. n. 6.
Comam relaxare non est ethale reatũ sed veniale, fol. 17. n. 6.
Comertia & contractus omnes à iure gentium introducti sunt, fol. 29. numero 3.
Commercia & negociationes maximã vtilitatem Reipublicæ conferunt, folio 30. n. 3.
Commenda duorum beneficiorum à iure improbatur, fol. 112. n 4.
Commodatum sola voluntate concedẽtis reuocatur. fol. 232. n. 2.
Commodatum pura liberalitate concedentis tribuitur, fol. 238. n. 2.
Commodatum triplicitèr celebrari potest, fol. 239. n. 3.
Commdatum assimilatur precario sed in multis differt, fol. 240. numero 4. & 6.
Commodanti vel commodatario quæ actio competat, fol. 242. n. 8.
Commodatarius tenetur de leuissima culpa non tamen de casu fortuito, fol. 238. n. 1.
Commodatarius de casu fortuito tenetur quando eius culpa præcessit, fol. 238. n. 2.
Compensatio in deposito non admittitur, fol. 250. n. 1.
Compensatio in omnibus bonæ fidei cõtractibus admittitur, fol. 254. n. 8.
Commodum qui sentit etiam incommodum sentire debet, fol. 289. n. 2.
Compensatio vim solutionis retinet, fol. 328. n. 8.
Compromissum vicem transactionis retinet, fol. 105. n. 3.
Compositio pro bono pacis in causa spirituali admittitur, fol. 106. n. 4.
Compositio amicabilis in re spirituali licet valeat inter contrahentes non tamen ligat successores, fol. 109. n. 10.
Collatio seu institutio beneficiorum ad Episcopum tantum nõ vero ad eius Vicarium generale expectat, fol. 128. n. 1. & fol. 157. n. 2.
Colono quando casus fortuitus renũcia uit si postea casu fortuito fructus perierint non fit pensionis remissio, fol. 298. num. 14.
Conductori propter grauem sterilitatem sine sua culpa contingentem quomodo succurratur, fol. 289. n. 1.
Conductiones prædiorum Monachis permissæ sunt, fol. 300. n. 4.
Coadiutoria cum futura successione regressus & accessus prohibita est, fol. 83. n. 7.
Conditio de non recedendo speciem seruitutis continet, fol. 103. n. 4.
Conditio personæ delicti tempore non sententiæ attenditur, fol. 336. n. 4.
Confirmatio & electio sub conditione fieri non potest, fol. 103. n. 5.
Consanguinei successio ab intestato consanguineis debetur, fol. 82. n. 4.
Conuentio in causa spirituali fieri nõ potest, fol. 105. n. 3.
Confessio Clericorũ corã iudice laico facta non tenet, fol. 53. n. 4.
Concubinas olim Sancti Patres habuisse constat vt ibi exponitur, fo. 47. numero 9.
Concubinatus crimen præcipue apud Clericos graue est, fol. 43. n. 2.
Concubinatus cohibitus lege Ciuili permissus erat, fo. 46. n. 8.
Concordanda sunt inra turibus & habita præsuponenda, fo. 45. n. 5.
Consuetudinis tanta est potestas vt nẽ habenti iurisdictionem tribuat, fol. 131. n. 9.
Contractus censualis differt ab emphyteutico, fol. 213. n. 7.
Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contractus emptionis & venditionis est vtrocutroque obligatorius, fol. 283. numero 2.

Conractus ex conuentione legem accipiant, fol. 289. num. 2. & fol. 296. num. 14.

Contractus ita est iudicandus qualis in forma ipsa apparet, fol. 342. n. 4.

Contractus omnis licet à principio sit voluntarius ex post facto tamen necessarius efficitur, fol. 446. n. 4.

Contrahentes sese ad inuicem accipere possunt, fol. 234. nu. 13. & fol. 260. num. 1.

Const intinus Imperator vniuersi Imperij iura Ecclesiæ Romanæ donauit, fol. 410. n. 4.

Consequens quod bile necessario & antecedens sine quo illud existere non potest, fol. 318. n. 7.

Continentiæ lex Sacerdotibus statuta ab Apostolis derivatur, fol. 39. n. 6.

Correctio in iure nostro semper est vtenda, fol. 318. n. 7.

Crimen sine turpitudine nõ committitur fol. 24. n. 9.

Creditor tenetur fructus rei pignoratæ in sorte computare, fol. 324. n. 3.

Creditor qui mutuum Ecclesiæ vel minori dedit tenetur probare in eius vtilitatem versum fuisse, fol. 381. n. 11.

Corpus sicut sine anima conseruari non potest ita Ecclesia sine facultatibus, fol. 198. n. 2.

Corporalis percussio ex Dei iudicio prouenire solet, fol. 119. n. 2.

Curatores & tutores res mobiles pretiosas alienare vetantur, fol. 198. n. 3.

Curiales qui dicantur, fol. 202. n. 12.

Curialibus licèt alienatio sit prohibita donatio tamen permissa censetur, fol. 202. n. 12.

D.

Datum pro communi vtilitate propriis cuiusque vsibus applicari non debet, fol. 93. n. 2.

Dedicare Ecclesia non potest nisi ei assignantur reditus, fol. 13. n. 2.

Delatio armorum Clericis est prohibita, fol. 11. n. 13.

Delegati iudices olim stipendium non habebant, fol. 21. n. 3.

Delegatione Pontificis facta eidem vim habent ac si ipsa Pontificis auctoritate facta fuissent, fol. 65. n. 5.

Decimæ vnius Ecclesiæ sola Episcopali auctoritate ad aliam transferri possunt, fol. 183. n. 6.

Decepto iura subueniunt, fol. 320. n. 9.

Decretio in pretio differt à deceptione in mensura vel quantitate, fol. 276. num. 16.

Deo semel dicatum ad profanos vsus conuerti non debet, fol. 193. n. 4.

Degradatio depositio & suspensio in quo differant, fol. 49. n. 12.

Deportatio mors Ciuilis dicitur, fol. 9. num. 8.

Depositus simpliciter regulariter in perpetuum depositus censetur, fol. 49. numero 13.

Depositarius tenetur de dolo præterito nõ vero de culpa nisi se deposito obtulerit, fol. 250. n. 1.

Depositi actio vt competat oportet vt de Custodia Conuentum sit fol. 245. numero 4.

Depositum qui negat duplum præstare debet, fol. 247. n. 8.

Depositum bonæ fidei contractus est & lege naturali ad rerum Custodiam inuentum, fol. 251. n. 2.

Depositum est in triplici differentia, fol. 247. n. 8.

Depositum pro arbitrio reuocari potest, fol. 251. n. 2.

Depositum quando fieri debet alias non depositum sed locatio erit, fol. 253. n. 5.

Detinere verbum differt à possidere, fol. 164. n. 7.

Delicta suos debent habere Auctores atque ideo filius pro patre nec pater pro filio puniri debet, fol. 248. n. 10.

Debitor qui vsuras etiam cum iuramento promisit eas repetere potest, fol. 370. n. 10.

Diuinum ius licet immutabile sit tamen si actus actui applicetur recipit interpretationem, fol. 72. n. 6.

Dignum est vtquis puniatur in quo deliquit, fol. 63. n. 2.

Dignus est mercenarius mercede sua, fol. 70. n. 1. & fol. 90. n. 6.

Differentia inter incompatibilitatem beneficiorũ quo ad titulum vel quoad retentionem, fol. 114. n. 11.

Dispensatio odiosa est, fol. 115. n. 12.

Dispositionis valor non ad tempus quo fit sed ad tempus finis & eius effectus attendi debet fol. 139. n. 5.

Distributiones quomodo diuidẽdæ sũt, fol. 79. n. 4.

Diuus Petrus diuina inspiratione Beatũ clemẽtem sibi successorem fecit, fol. 82. n. 6.

Diuersas hominum mentes difficile est in vnum conuenire, fol. 268. n. 2.

Diuisa prebenda de vacaturis quomodo integrari debet, fol. 174. n. 4.

Diuisio Ecclesiarum vt fiat quæ requisita desiderentur, fol. 174. n. 4.

Diurnus esse debet celebrationis tempore cleus apopulo, fol. 2. n. 1.

Diuidi Ecclesia inter duos non potest, fol. 15. n. 6.

Dictum sicut, non importat omnimodã similitudinem, fol. 282. n. 12.

Dictio taxatiua tantum concludit similes casus, fol. 223. n. 5.

Diœceses à iure positiuo diuisæ sunt, fol. 71. n. 4.

Dignitas ipsa sicut diuidi non potest ita neque eius prouentus, fol. 176. n. 6. & fol. 178. n. 8. & 9.

Donatio tenet quam facit laicus Ecclesiæ de solius diœcesani consensu dedecimis quas ab alia habebat, fol. 161. n. 1.

Donatio non est quæ remunerationis causa datur sed debiti solutio, fol. 193. n. 5.

Donatio alienationis, *nomine comprehenditur, fol. 201. n. 10. & fol. 181. n 2.*

Donatio simplex differt à remuneratoria, fol. 237. n. 11.

Donatio non valet quam facit prælatus inconsulto capitulo, fol. 415. numero 1.

Donatio Ecclesiarum ex diuturni temporis præscriptione cum consensu Episcopi facta præsumitur, fol. 222. n. 8.

Donatio est contractus stricti iuris atque ideò ita est interpretãdus, fol. 425. num. 3.

Donatio decimarum an extendatur ad noualia, fol. 430. n. 9.

Donatio remuneratio per procuratores facta tenet, fol. 440. n. 2.

Donatio potest per donatorem ob ingratitudinem reuocari non per eius hæredem, fol. 444. n. 1.

Donatio perfecta nisi ob ingratitudinem nõ reuocatur, fol. 446. n. 3.

Donatio inuertatis semel seruodata an reuocari possit, fol. 447. n. 5.

Donatio etiam ob ingratitudinem aliquando non reuocatur, fol 450. n. 9.

Donatio ex quadam libera tate nullo iure cogente proficiscitur, fol, 409. num. 2.

Donare indubio nemo præsumitur, fol. 396. n. 4.

Donator cõdenari non potest nisi in id quod facere potest, fol. 392. numero 18.

Donator præsumitur rem perdere, fol. 415. n. 2.

Donationes potius vt valeant quam pereant debent interpretari, fol. 434. n. 2.

Donationis finis est beneuolentiam & amicitiam inter dantem & recipientem coniungere, fol. 445. n. 2.

Dolus non præsumitur sed de eo constare necesse est, fol. 252. n. 3.

Dominium per hypothecam non transfertur, fol. 200. n. 7.

Dominium vtile trãsfertur in emphyteutam non directum, fol. 303. n. 2. & fol. 323. n. 2.

Dominia rerum non nudis pactis sed per traditionem adquiruntur, fol. 346. n. 10.

Dominus finito locationis tempore potest inuitò inquilino alteri locare, fol. 283. n. 3.

Dominus si vellet domum habitare potest inquilinũ expellere, fol. 297. n. 2.

Dominus si à vasallo recipit feudum in pignus abstinẽdo ab eius seruitio nõ tenetur cõputare fructus in sortem, fol. 323. n. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dos sicut soluto matrimonio ad vxorem redire debet ita ad maritum donatio propter nuptias, fol.278.n.2.
Dotis causa & eius cognitio principaliter ad iudicem secularem expectat, fol. 351.n.7.
Duo beneficia per modum vnionis obtinere poterunt, fol.113.n.6.
Duo sunt Christianorum genera, fol.29. n.2. & fol.61.n.2.
Duo capita in vno corpore tamquam monstrum esse non possunt, fol.173. numero 2.
Duo sicut non possunt habere vnam vxorem carnalem ita neque spiritualem, fol. 420.n.2.
Dubitans an sit excõmunicatus tenetur se abstinere à perceptione Sacramentorum, fol.53.n.5.
Duplex pœna pro eodem delicto imponi non potest, fol.51.n.17.
Duæ partes eiusdem capituli Ecclesiastici interdum vt actus valeant desiderantur, fol.170.n.7.

E.

Ecclesia dedicari non potest nisi ei assignentur reditus, fol.13.n.2.
Ecclesia inter duos diuidi non potest fol. 15.n.6.
Ecclesia cultrix & iusta est neque iniustitiam seris patitur, folio 193. numero 6.
Ecclesia grata debet esse eis à quibus beneficio aliquo fuit affecta, folio 211. numero 2.
Ecclesia in alienatione rerum semper debet meliora prospicere, folio 211. numero 2.
Ecclesia restituitur aduersus alienationes, fol.208.n.1.
Ecclesia intra quadrienium tantum restitui potest non vltra, fol.119.n.4.
Ecclesia & minor æquiparetur, fol.121. n.4.
Ecclesia non tenetur ex deposito apud Ecclesiæ Clericum factum nisi in eius vtilitatem sit versum, fol.244.n.6.
Ecclesia enormiter læsa habet remedium restitutionis, fol.275.n.15.
Ecclesia neminem fraudare debet, fol. 275.n.15.
Ecclesia non vacans concedi non potest, fol.420.n.1.
Ecclesia locupletari non debet cum alterius iactura, fol.244.n.3.
Ecclesiæ res alienari neque pignorari nõ debent, fol.197. numero 1. & fol.330. n.1.
Ecclesiæ interest ne beneficia maneant in suspenso, fol.147.n.2.
Ecclesiæ bona in emphyteusim concedi non possunt, fol.211.n.3.
Ecclesiæ Græcæ tempore Sacerdotibus permissum erat cum vxoribus antea habitis cohabitare, fol.40.n.7.
Ecclesiasticæ personæ, & earum bona exempta sunt iure diuino à solutione gabellarum, fol.33. num. 12. & fol. 62. num.3.
Ecclesiastici iudices & delegati gratis iudicare debent, fol.19.n.1.
Ecclesiasticis personis omnis ambitionis occasio vitanda est, fol.65.n.2.
Ecclesiarum bona non debet quis tamquam propria vindicare, folio 52. numero 1.
Ecclesys duobus vnus præesse non potest, fol.125.n.5.
Eius est nolle cuius est velle, fol.279. numero 5.
Emptione perfecta omne periculum ad emptorem expectat, fol.290.n.3.
Emptio & venditio est titulus habilis ad transferendum dominium, fol.290. numero 3.
Emptor rei locatæ potest ante tempus conductionis Colonum expellere, fol. 299.n.6.
Emptionis & venditionis contractus est vtro citroque obligatorius, fol.281. numero 2.
Emptionis & venditionis contractus à iure gentium est institutus, fol.281.n.2. & 266.n.2.
Emphyteuta si Canonem per biennium nõ soluerit expelli potest, fol.302.n.1.
Emphyteuta Ecclesiæ meliorationes vendere non potest nisi aliquibus seruatis, fol.302.n.1.
Emphyteusis perpetuus cõtractus differt à temporali, fol.211.n.1.
Emphyteusis est contractus, erquem vtile dominium transferitur non directum, fol. 211.n.1.
Electionem beneficiorum olim populus vsurpabat, fol.81.n.1.
Electio seu confirmatio sub conditione fieri non potest, fol.103.n.5.
Electi duo ad vnam dignitatem si in iudices compromittunt potest iudex alteri dignitatem alteri pensionem assignare, fol.103.n.1.
Episcopatus status perfectior est statu regulari, fol.68.n.8.
Episcopatus diœceses à iure positiuo diuisæ sunt, fol.71.n.4.
Episcopus qui aliquem sine titulo ordinauit tenetur ei necessaria præstare, fol.88. n.1.
Episcopus neque capitulum potest numerum Canonicorum minuere, fol.127.numero 6.
Episcopus in suo Episcopatu tacite habet in iure intentionem fundatam, fol.126. n.1.
Episcopus omnes Ecclesias sui Episcopatus sub sua protectione retinet, fol.185. num.11.
Episcopus cogit transeuntes vt hospitalitatem obseruent, fol.256.n.1.
Episcopus rerum Ecclesiæ est earum administrator est non dominus, fol.415. numero 1.
Episcopus cum consensu capituli potest vnam Ecclesiam alteri vnire, fol.440. n.2.
Episcopus nullam portionem in Ecclesia inferiori sibi reseruare poterit, fol.435. num.4.
Episcopus si in Ecclesia quam de consensu Capituli pio loco concessit percipiebat prouentus illos donasse videtur, fol.433. n.1.
Episcopi cum beneficium cõferunt nihil ex fructibus beneficij sibi reseruare possunt, fol.176.n.11.
Episcopo iusta subsistente causa licet rem vnius Ecclesiæ alteri donare, fol. 184. n.7.
Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum, fol.65. numero 1.
Erectio Ecclesiarum Cathedralium ad solum Pontificem expectat, fol.156. numero 8.
Euicta re contra venditorem agit emptor, fol.281.n.1.
Euictione nunciata tam emptor quam venditor tenetur rẽ defendere, fol.285. num.9.
Euictionis actio ante testium publicationem proponenda est, fol.284.n.7.
Euictionis actio emptori competit etiam si de ea nihil sit actum, fol.284. numero 6.
Euictionis actio vt emptori competat requiritur vt omnino res & possessio ab eo auferatur, fol.282.n.3.
Excommunicatio proferri non potest nisi trina monitione præcedente, fol.137.n. 8. & fol.17.n.6.
Excommunicatus quoad vnam Ecclesiam omnes censetur, fol.191.n.10.
Excommunicatus publice denunciatus omnino est vitandus, fol.54.n.6.
Exemptio Clericorum an proueniat à iure diuino vel positiuo, fol.62.n.3.
Exempta non arctantur regulam, fol.242. num.10.
Executore dato ad prouidendum si ab Episcopo alteri sit collatio data non tenet, fol. 143.n.1.
Executor datus ad prouidendum censetur vices Pontificis gerere, fol.143. numero 2.
Executor datus ad prouidendum differe ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab executore dato ad compellendum, fol.151.n.8.
Eum quem de euictione tenet actio eundem gentem repellit exceptio, fol. 209. n.9.

F.

Fauori & iuri suo quisque renunciare potest, fol. 440.n.2.
Facile res reuertitur ad suam naturã, fol. 332.n.2.
Facilius inuenitur quod apluribus queritur, fol. 168.n.2.
Factum contra legem pro infecto habetur, fol. 443.n.8.
Factum legitime appellatur quod lex permittentes fit, fol. 46.n.8.
Famulo infirmo salarium non debetur, fol. 122.n.8.
Familiares Pontificis absque residentia fructus beneficij percipiunt, fol. 74. n.5.
Fœmine nec laici secus altare sedere debent, fol. 3.n.2. & fol. 35.n.2.
Fœminæ vasa sacra tãgere no possunt, fol. 3.n.4.
Fœminæ in multis deterioris conditionis sunt quam viri, fol. 4.n.5.
Fœminis prohibitum est morem nare & lasciue comam pectinare, fol. 16. n.2.
Fœminarum consortium clerici effugere debent, fol. 35.n.2.
Fœdi alienatio inter quas personas sit permissa, fol. 182.n.4.
Fœdus spirituale coniugij celebratur inter Episcopum & Ecclesiam, fol. 65. n.2.
Fictio in casu ficto idem operatur quod veritas in casu vero, fol. 76.n.2.
Fide-iubere licitũ est ei qui vt principalis obligare potest, fol. 364.n.4.
Fide iubere pro alijs est opus charitatis & perfectionis, fol. 364. n.4. & fol. 366.n.2.
Fideiussor non potest conueniri ante quam reus, fol. 367 n.4.
Fideiussor si pro reo soluerit aduersus cum mandati actionem habet, fol. 370. n.9.
Fideiussor ante quam soluat tribus de causis potest agere contra vendilorem, fol. 373 n.1.
Fideiussor non debet damnum reportare ab eo inquem contulit beneficium, fol. 373.n.2.
Fideiussores sæpe in iudicio conueniuntur, fol. 360.n.2.
Fideiussori primum remedium mandati actio, fol. 37[illegible].n.12.
Fideiussori imputari debet si iudex sit pro eo, quem minus idoneum suscitauit, fol. 374.n.4.
Filius Sacerdotis ab Episcopo institutus in Ecclesia patris an ab ea remoueri possit, fol. 85.n.13.
Filius quem admodum tenetur debita patris soluere ita prælatus vtibi exponitur, fol. 396.n.2.
Fiscus semper idoneus est ad succedendum, fol. 360.n.7.
Fraudibus viam aperire rei publicæ odiosum est, fol. 21.n.3.
Fraus in mensuris omni iure prohibita est, fol. 261.n.4.
Fraudans pondera & mensuras triginta diebus in pane & aqua pœniteat fol. 261.n.1.
Fraudans pondera & mensuras quibus satisfacere debeat, fol. 263.n.4.
Fraudis nomine vt quis teneatur nihil interest an ignorantia vel calliditate id fiat, fol. 234.n.6.
Frustra precibus impetratur quod à re communi conceditur, fol. 427.n.5. & fol. 448.n.11.
Fructus rei pignoratæ tenetur creditor in sortem computare, fol. 324.n.3
Fructus beneficiorum debentur clero ægrotanti, fol 119.n.1.
Fructus, vsus fructus, & habitatio per sona coherent & morte finiuntur, fol. 138.n.3.
Fortuitus casus qui sit dicatur, fol. 241. n.5.
Fortuitus casus extra hominum potestatem existit, fol. 238.n.2.
Furti prohibitione omnis illicita rei alienæ vsurpatio continetur, fol. 47. numero 9.

G.

Generali administratori vendere permissum est, fol. 202.n.13.

H.

Habilia semper sunt præsumponenda, fol. 45.n.5.
Habitatio est pars alimentorum, fol. 297.n.2.
Homines non tam facile donant quam vendunt, fol. 202.n.12.
Homo liber pro debito ciuili torqueri non potest, fol. 246.n.7.
Homo liber etiam si nõ habeat vnde creditoribus soluat pignorari non potest, fol. 235.n.1.
Homo liber in commercio hominum non existit, fol. 235.n.2.
Homo liber in obsidiũ pro bono pacis dari potest, fol. 337.n.5.
Horphanorum tutelã Clerici gerere possunt, fol. 31.n.8.
Hospitale erga transeuntes seruare officium pietatis est, fol. 256.n.2.
Hospitia in Ecclesia vel domibus Clericorum non sunt assignanda, fol. 257.n.4.
Hypothecata res transit cum suo onere, fol. 348.n.1.
Hospitalarij possunt in præiuditium suum se & domum suã alteri Religiosæ domui subycere, fol. 440.n.1.

I.

Illatio à diuersis non fit, fol. 227.n.5.
Impeditus negligens dici non potest, fol. 147.n.2.
Impedito agere non currit præscriptio, fol. 279.n.5.
Impedimenta à lege posita posita differunt ab homine positis, fol. 152.n.12.
Impossibilẽ nulla est obligatio, fol. 120. n.4.
Imperator omnium rerum mundi Dominus est, fol. 188.n.3.
Infirmus clericus ex iuris interpretatione residere intelligitur, fol. 120.n.4.
Inquilinus etiam inuitus ante tempus locationis finitam multis ex causis expelli potest, fol. 197.n.1.&2.
Ingratitudo est ventus vrens & siccans fontem misericordiæ, fol. 445.n.2.
Ingratitudo legum & Canonum auctoritate coercetur. fol. 445.n.2.
Institutio beneficiorum ad Episcopum tãtum non ad eius Vicarium expectat, fol. 128.n.1.
Institutio realis seu corporalis differt ab actuali collatione, fol. 129.n.5 & fol. 131 n.11.
Institutio beneficiorũ an Archidiacono competat, fol. 130.n.6.
Institutus scienter in beneficium viuentis deponendus est, fol. 133.n.1.
Institutus in beneficio viuentis in iuste depositi per sententiam an sit tutus in foro interiori & exteriori, fol. 135.n.5.
Interpretatio latissima in vltimis voluntatibus facienda est, fol. 307.n.9.
Iniuriam proximi sui cuilibet vicino licet defendere, fol. 8.n.6.
Irregulares fiũt clerici qui in sẽtia sanguinis iudici assistunt, fol. 9.n.8.
Irregulares fiunt Clerici qui in bello iniusto incitant, fol. 10.n.10.
Inuasor non debet melioris conditionis esse quam iustus possessor, fol. 115. numero 12.
Iudex cum de delicto constat non potest ad tortuam procedere. fol. 246.n.6.
Iudex qui pecuniam accipit ad iniustitiam mouere potest, fol. 20.n.2.
Iudex male iudicat non solum proximo sed ipsi Deo offendit, fol. 20.n.2.
Iudex finito iudicio potest sculenta & poculenta recipere, fol. 22.n.4.
Iudex post finitum officium debet stare quinquaginta dies in Prouincia, folio 337.n.6.
Iudices Ecclesiastici in executionibus à cẽsuris Ecclesiasticis se abstineri debẽt, fol. 387.n.9.
Iudices Ecclesiastici gratis iudicare debent, fol. 19.n.1.
Iudices delegati olim stipendium non habebant, fol. 21.n.3.
Iudicium multoties pro sententia accipitur, fol. 284.n.7.
Iuicibus si permissum esset sculenta & poculenta recipere corruptibilis fenestra aperiretur, fol. 21.n.3.
Iura Episcopalia vt in plurimum præscribi possunt, fol. 436 n.7.
Iura iuribus sũt concordãda, fol. 45.n.5.
Iurisdictio Ecclesiastica & temporalis separatæ sunt fol. 259.n.7.
Iure sanguinis non succeditur in beneficijs Ecclesiasticis, fol. 80.n.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ius naturale neque a lege, neque a principe mutari potest sed valet interpretari iussa subsistēte causa. fol. 29. n. 3. & fol. 33. n. 12. & fol. 72. n. 6.
Ius publicum in sacris & Sacerdotibus consistit, fol. 2. n. 2.
Ius Patronatus in vniuersali pignore non continetur, fol. 332. n. 5.
Ius Canonicum semper intendit vitare peccata & quid Ciuile, fol. 47. n. 8.
Ius idem consilii debet vbi eadem ratio est, fol. 151. n. 11.
Iuris Consulti interpretandi non vero legis condendi auctoritatem habent, fol. 222. n. 4.
Iuramentum stricti iuris est & ita debet interpretari, fol. 214. n. 13.
Iuramentum etiam actis nullis præstitum debet obseruari, fol. 354. n. 3.
Iuramētum de non fideiubendo est illicitum, fol. 364. n. 4.
Iuramentum de non alienando vtilissimum est Ecclesiæ, fol. 214. n. 2.
Iurans perpetuo in sua Ecclesia residere si propter vtilitatem Ecclesiæ se absentauerit non est periurus, fol. 76. n. 5.
Iustum iudicium neque iudici vendere neque reo vel actori emere permissum est, fol. 23. n. 9.

L.

Laici neque fœminæ secus altare intra cancellos sedere debent, fol. 3. n. 2.
Laici qui titulo sunt illustres intra cancellos Ecclesiæ sedere poterunt, fol. 5. n. 9.
Laici quo ad perceptionem decimarū incapaces sunt, fol. 162. n. 2.
Laici infeudum perpetuum propter seruitia Ecclesiæ facta decimas possidere poterunt, fol. 162. n. 4.
Laici ad fundandas & dotandas Ecclesias propter ius Patronatus inuitantur, fol. 192. n. 2.
Laici lege diuina incapaces sūt quoad spiritualia, fol. 221. n. 2.
Laici neque cum consensu Episcopi possunt Ecclesiam donare, fol. 421. n. 6.
Laicis Sacerdotes in loco & sedibus præcipue in basilica preferri debēt, fol. 2. n. 2.
Laicis commas nutrire ignominiosum est fol. 16. n. 2.
Laicalis seu Peregrina communio differt à clericali, fol. 5. n. 10.
Lata culpa dolo comparatur, fol. 251. n. 2.
Laudatur D. *Martinus de Larriategui*, fol. 48. n. 11.
Laudatur Doctor *Martinus Lopez de Hontiberos*, fol. 109. n. 10.
Laudatur Doctor D. *Ioannes de Solorzano*, fol. 153. n. 1.
Laudatur Doctor D. *Garcia de Porres*, fol. 226. n. 4.
Laudatur Doctor *Petrus de Villalobos*, fol. 248. n. 11.
Laudator D. D. *Franciscus Ramos del Manzano*, fol 294. n. 11.
Legitime factum appellatur quod lege permittente fit, fol. 46. n. 8.
Legitime excusatus nullam pœnā meretur, fol. 76. n. 2.
Legitime quod factum est non retractatur, fol. 446. n. 4.
Leges generaliter loquentes non censētur improbare id quod in alijs legibus specialiter erat permissum, fol. 212. n. 6.
Lex quoties duplici ratione vtitur vna deficiente ex altera sustinetur, fol. 163. n. 5.
Lex cum duos diuersos casus proponit & vnum prohibet & de altero tacet illum de quo tacet permisisse videtur, fol. 315. n. 3.
Liberalis in donando existimat sedere quod donat, fol. 446. n. 4.
Liberalis virtuosus est, fol. 409. numero 2.
Libertatis donatio seruo semel data an reuocari possit, fol. 447. n. 5.
Libertatem onerare durū & iniquum est, fol. 335. n. 2.
Licitum est litigatori pecuniam iudici dare pro redimenda vexatione, fol. 26. n. 13.
Libellus alternatiuus viciatur, fol. 350. n. 5.
Locatio in perpetuum alienatio censetur, fol. 217. n. 2.
Locatio rerum Ecclesiasticarum vsque ad triennium fieri potest, fol. 217. numero 3.
Locatio & conductio bonæ fidei contractus sunt, fol. 289. n. 2.
Locatio est quasi emptio & eisdem fere legibus celebratur, fol. 290. n. 3. & fol. 268. n. 5.
Locatio in quo differt ab emptione, fol. 244. n. 11.
Locationis contractus est bonæ fidei, fol. 297. n. 2.
Locupletari quis non debet cum alterius iactura, fol 384. n. 2.
Lustralem fundū Romani de quinquēnio ad quinquennium locare consueuerunt, fol. 295. n. 2.

M.

Mandans vt quis pro eo fideiubeat videtur etiam mādare vt pro eo soluat, fol. 366. n. 2.
Mandata & rescripta Pontificis ex eius intentione dependent, fol. 96. n. 2.
Mandatis Pontificis non obtemperare nefas est, fol. 98. n. 7. & fol. 99. numero 9.
Mandato Pontificis quis non tenetur prouidere beneficium ei qui tacuit in rescripto antea obtentum, fol. 95. numero 2.
Magistri & scholares qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum Magistrorum vel scholarium excommunicantur, fol. 287. n. 1.
Magistris & scholaribus fauēdum est, fol. 287. n. 2.
Maritus in re vxoria & familia semper præsumitur occupatus, fol. 55. numero 2.
Maritus prædia dotalia inæstimata nec alienare nec pignorare poterit, fol. 278. n. 3.
Marita pertinet matrimonij onera sub iuge, fol. 279. n. 6.
Maritus ad sacerdotium consentiente vxore promoueri potest. fol. 38. n. 5.
Matrimonium contractum per clericum in sacris existentem non tenet, fol. 55. n. 2.
Matrimonium carnale & spirituale aquiparantur, fol. 65. n. 3.
Matrimonium carnale consummatum neque per Pontificem olim solui potest, fol. 63. n. 3.
Matrimonium carnale dissolui potest per spirituale, fol. 66. n. 3.
Matrimonij vinculum propter leprā non dissoluitur neque separatio vsus quo ad thorum, fol. 125. n. 6.
Maius cui conceditur etiā quod minimum est concessū videtur, fol. 154. n. 4. & fol. 425. n. 5.
Malæ fidei possessor censetur is qui rē recipit ab eo qui ius iure nō habet, fol. 188. n. 2.
Manumissio alienatio est, fol. 192. n. 2.
Manumissio fieri non potest ab eo qui non est dominus, fol. 192. n. 3.
Manumissio inter viuos differt à manumissione intestamēto facta, fol. 194. n. 7.
Mercenarius dignus est mercede sua, fol. 70. n. 1. & fol. 90. n. 6.
Merces non debetur nisi sequatur causa ob quam promittitur, fol. 122. n. 8.
Mechia inter coniuges prohibita est, fol. 47. n. 9.
Melius est ante tempus occurrere quā post vulneratam causā remedium quærere, fol. 373. n. 2.
Mensuræ cum sunt diuersæ partium cōuentio attenditur, fol. 263. n. 5.
Meum quod est amplius meum fieri nō potest, fol. 406. n. 23.
Mentis rei suæ quisque scire præsumitur, fol. 267. n. 4.
Milites cælestes aquiparantur militibus terrestribus, fol. 384. n. 2.
Milites in plus quā facere possunt cōdemnari non debent, fol. 384. n. 2.
Miles militiæ desertor militiā priuilegiam amittit, fol. 78. n. 2.
Miles non potest stationem seu locum ab Imperatore sibi assignatum relinquere, fol. 313. n. 2.
Missa particularis celebrari non debet quoties Missa publica exeat, fol. 103. n. 4.
Missam sacerdos celebrare potest dum modo vnus tantum ei assistat, fol. 14. n. 5.
Minor & Ecclesia aquiparantur, fol. 222. n. 4.
Minor finita tutela recedere nō potest à locatione facta pertutorem, fol. 300. n. 8.
Mors ciuilis dicitur deportatio, fol. 9. n. 8.
Monachis conductiones prædiorum permissæ sunt, fol. 30. n. 4.
Molestari nemo potest pro alienis debitis. fol. 376. n. 2.
Monasteria quo ad legem iurisdictionis sunt sub potestate Episcopi, fol. 436. n. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mora modica nocere non solet, fol. 309. n. 12.
Mora post litem contestatam emendari non potest, fol. 310. n. 13.
Morae emendatio etiam die & poena adiecta non excluditur, fol. 302. n. 1.
Morae emendatio tam in vltimis voluntatibus quam in contractibus admittitur, fol. 307. n. 9.
Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona moriti, fol. 348. numero 1.
Mulier in dotae praefertur alijs creditoribus, fol. 349 n. 2.
Mulier constente matrimonio nisi maritus ad inopiam peruenerit non potest dotē petere. fol. 349. n. 2.
Munera excecant oculos sapientium, folio 20. n. 2.
Mutuatarius pro bare debet mutuum versum fuisse in Ecclesiae vtilitatem, fol. 244. n. 3.

N.

Naturale ius nec à lege nec à Principe mutari potest, fol. 29. n. 3.
Negociationes & commercia maximam vtilitatem Reipublicae conferunt, fol. 30. n. 3.
Negligentia in his quae ad ius publicum expetant omnino punienda est, fol. 147. n. 2.
Nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet, fol. 164. num. 7. & fol. 188. n. 2.
Nemo contra proprium factum venire potest, fol. 208. n. 6.
Nemo alterius culpa praegrauari debet, fol. 244 n. 2.
Nemo praesumitur suum donare, fol. 412. n. 6.
Non entis nullae sunt qualitates, fol. 71. n. 4.
Nobilitas homines magnificos & liberales facit, fol. 409. n. 2.
Nouum non est vt aequitas cum aequitate pugnet & fortior ratio vincat infirmiorem, fol. 403. n. 16.
Numerus Canonicorum eorum fauore inductus censetur, fol. 176. n. 6.
Numerus Clericorum debet institui secundum facultates Ecclesiae, fol. 126. numero 1.

O.

Obligatio specialis non est alienatio, fol. 200. n. 7.
Obstagium promittentes & recipientes excommunicantur, fol. 337. n. 5.
Occasio captandae mortis vitanda est, fol. 420. n. 2.
Officium iudicis est in triplici differentia, fol. 350. n. 6.
Officium Sacerdotis extat in frequenti oratione, folio 2. numero 2. & fol. 35. num. 2.
Officium spiritualis Pastoris in quo consistat, fol. 73. n. 1.
Omnes res eodem modo quo colliguntur dissolui possunt, fol. 154. n. 3.
Onus qui sentit debet etiam commodum sentire, fol. 88. n. 2.
Onus dicendi Missam Beatae Mariae in quolibet die licitum est, folio 102. numero 2.
Opera misericordiae nisi in extrema necessitate nemo compellitur exercere, fol. 248. n. 6.
Ordinario remedio extante cessat extraordinarium, fol. 218. n. 3.
Ordo Sacer tempore primitiuae Ecclesiae tantum impediebat matrimonium hodie vero dirimit, fol. 55. n. 2.
Oues suas Pastores omnes ex praecepto Diuino cognoscere tenentur, folio 71. numero 2.

P.

Pacta inter contrahentes seruari debent, fol. 303. n. 2.
Pacto legis cōmissoriae si quis rem suā pignorauerit & iurauerit non contraueuire si iuste impeditus intra diem statutum nō redemerit post diem redimere poterit, fol. 353. n. 1.
Pactum legis commissoriae in pignoribus an admittatur, fol. 353. n. 2. & 9.
Pactum legis commissoriae in venditionibus permissum est, fol. 345. n. 5.
Pactū legis cōmissoriae & actionis in diem in quo differat, fol. 346. n. 12.
Pactum de retro vendendo per verba obliqua conceptum nō habet vim resolutionis contractus, fol. 344. n. 8.
Pactum de retro vendendo omni iure remissum est, fol. 342. n. 4.
Pactum de retro vendendo quomodo cognoscatur, fol. 343. n. 2.
Pactum contra depositi naturam factum non tenet, fol. 242. n. 7.
Pactum antichresis quia sit & quo iure admittatur, fol. 325. n. 4. & 5.
Pactū obstagij an sit licitū, fo. 386. n. 7
Pactum quodlibet de futura successione iure improbatur, fol. 138. n. 2.
Pactio pro vitanda vexatione in re spirituali permissa est, fol. 109. n. 9. & fol. 230. n. 3.
Patres cum filiabus concubuisse exempla traduntur, fol. 37. n. 4.
Patris spiritualis officium in quo consistat, fol. 73. n. 1.
Pastores omnes ex praecepto diuino oues suas cognoscere tenētur, fol. 71. n. 4.
Patronus potest plures ad vnam Ecclesiam admittere, fol. 179. n. 10.
Patroni vel Episcopi cum beneficia conferunt nihil ex fructibus beneficij sibi reseruare poterunt, fol. 179. n. 11.
Parrochias Episcopatus & diaeceses a iure positiuo diuisas esse apparet, fol. 71. n. 4.
Poenitentia olim prō quolibet peccato data hodie vero arbitrio Sacerdotis reinquitur, fol. 262. n. 3.
Poena sine praefinito tempore impositae ad ecclesiam tantum impositae censentur, fol. 51. n. 16.
Poenae statutae sunt aduersus ingredientes in beneficij vsurpati, fol. 134. n. 3
Poena dupli ex eodem delicto imponi non potest, fol. 54. n. 17. & fol. 119 n. 2.
Poenae aduersus plures dignitates reti quare tentantes remissae referuntur, fol. 114. n. 10.
Poena in compromissis quare imponitur, fol. 306. n. 7.
Poenae omnes propter secundas nuptias olim impositae hodie iure Pontificio sublatae sunt fol. 360 n. 5.
Permutatio nō nisi cū Domini fieri potest, fol. 181. n. 2.
Periurus clericus suspendendus est, fol. 372. n. 4.
Permutatio alienatio est fol. 186. n. 14.
Permutatio de spiritualibus ad tēporalia improbatur, fol. 321. n. 11.
Permutatio beneficiorū partiū cōuentione inhibita inutilis est, fol. 313. n. 1.
Perfectū vnum ex plurimus imperfectis fieri non potest, fol. 280. n. 7.
Pecunia iudici data vt nō iniquiter iuste iudicet repeti potest, fol. 15. n. 12.
Peregrina seu laicalis cōmunio differt a clericali, fol. 5. n. 10.
Perpetuitas suponit cōseruationē; relatio vero alienationē trāslationē, fol. 330. n. 2.
Periculosa est sexuū cōmistio, fol. 35. n. 2.
Periculū simoniae cessat cū nulla partium conuentio extat, fol. 105. n. 2.
Personae Ecclesiasticae & rerū bona exempta sūt iure diuino a solutione gabellarum, fol. 33. n. 12.
Peccatū committi nō potest propter vitandū scandalum, fol. 99. n. 9.
Percussio corporalis vel pro purgatione vel vindicta ex Dei iudicio prouenire solet fol. 119. n. 2.
Plenior interpretatio in testamētis de bene fieri, fol. 432. n. 12.
Plenissima indoctionibus fit interpretatio, fol. 424. n. 1.
Plura beneficia obtinere est species negotiationis, fol. 111. n. 2.
Plus petere quādo quis dicatur fol. 266 n. 2.
Poculētū & sculētū quid significet, fol. 22. n. 3.
Ponderā & mensuras frudans quomodo puniatur, fol. 261. n. 1. & 3.
Pontifex licet iusdiuinū mutare non possit tamen iusta subsistēte causa poterit interpari, fol. 33. n. 3 & fol. 76. n. 4. & fol. 138. n. 4.
Pontifex in residētia & beneficiorū pluralitate dispēsare potest, fol. 72 n. 6
Pontifex in beneficis plenissimam potestatem retinet, fol. 143. n. 2.
Pontifex non potest aliquid statuere cōtra statuta Patrum, fol. 144. n. 3
Pontifex negligens esse non potest, fo. 149. n. 4.
Pontifices solent ad comprobanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

decreta Canonum vti sacræ scripturæ testimonijs, fol. 66. n. 3.
Pontificis delegatione facta eandem vim habent ac si ipsa Pontificis auctoritate facta fuissent, fol. 67. n. 5.
Pontificis mandato quis non tenetur providere beneficium ei quitacuit in rescripto antea obtentum, fol. 95. n. 1.
Populus electionem beneficiorum olim vsurpabat, fol. 81. n. 3.
Portugaliæ Regis historia refertur, fol. 412. n. 5.
Possessor malæ fidei censetur is qui, rem recipit ab eo qui ius in re non habet, fol. 188. n. 2.
Possessor quantumcunque sit non compellitur rem restituere nisi de iure docenti, fol. 225. n. 3.
Possessio pignoris non dominium ad creditorem transit, fol. 324. n. 3
Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, fol. 423. n. 9.
Potestas absolvendi ab excommunicatione ad clauem iurisdictionis non ordinis expectat, fol. 106. n. 7.
Precaria vsque ad trienium vel quinquennium contrahi potest fol. 229. numero 6.
Precariæ de quinquennio adquiquennium renocari debent, fol. 225. n. 1.
Precatiæ quando institui cæpissent, fol. 225. n. 2.
Precarij possessores nullo tempore præscribunt, fol. 225 n. 3.
Precarij natura est vt pro concedentis arbitrio revocetur, fol. 226. n. 4.
Precarij possessio petenti non vero heredi concessa videtur, fol. 233. n. 4.
Precarium quid sit, fol. 231. n. 1.
Precarium & precaria in quo differant, fol. 226. n. 4.
Precarium est contractus medium obtinens interlocationem & conductionem sed interse differunt, fol. 231. n. 1.
Precarium simpliciter vel ad tempus certum, concedi potest, fol. 232. n. 2.
Precarium simpliciter constitutum differt à concesso cum hac clausula quoad ipse volet, fol. 235. n. 9.
Precarum finitur si dominus rem alienauerit, fol. 237. n. 12.
Precarium finitur obitu eius cui concessum est non concedentis, fol. 233. n. 3.
Prebenda inter duas personas diuidi nõ potest, fol. 173. n. 2.
Prebenda dimisa quomodo de vacaturis integrari debet, fol. 174. n. 4.
Præscriptio non currit impedito agere, fol. 279. n. 5.
Præscriptio prohibetur quæ iuri publico nocet, fol. 436. n. 7.
Præscriptio reprobatur per quam ius instituendi contra Episcopum vsurpatur, fol. 438. n. 11.
Presbyter habens populum debet habere Clericum quisecum cantet, fol. 13 n. 1.
Prælato non licet rem vnius Ecclesiæ in aliam vertere, fol. 181. n. 1.
Prælati rerum Ecclesiæ non sunt domini sed administratores, fol. 181. n. 2.
Prælati omnes quibus pascendi Christiani gregis cura incumbit residere tenentur, fol. 73. n. 1.
Prælati vulgo aguinaldos sine solemnitate facere possunt, fol. 415. n. 3.
Prælatus duabus Ecclesijs præsidere non potest, fol. 173. n. 2.
Prælatus non debet dispergere quæ nõ colligit, fol. 198. n. 2.
Prælatus & capitulum possunt Prebendæ vacanti honestum onus imponere, fol. 102. n. 1.
Prælatus iurans nõ alienare bona quæ sũt demensa Episcopili non potest alienare illa de quibus dubium est an sint demẽsa, fol. 214. n. 1.
Prædiorum conductiones Monachis permissæ sunt, fol. 30. n. 4.
Precium ob fideiussionem recipere licitũ est, fol. 365. n. 5.
Priuilegium clericale toti collegio concessum renunciari non potest, fol. 61. n. 1.
Principes seculares res Ecclesiæ alienare non possunt, fol. 187. n. 1.
Principes seculares in rebus Ecclesiæ nullam habent potestatem, fol. 188. n. 2.
Principi licet rem meliorem siue æqualem Ecclesiæ donare & sibi ab Ecclesia aliam recipere, fol. 190. n. 8.
Primipillus quis dicatur, fol. 352. n. 9.
Priuilegium lata significatione multoties accipitur pro quacunque superioris concessione, fol. 429. n. 8.
Priuilegium proprie sumptum dicitur quod concessum est contra ius cõmune, fol. 429. n. 8
Priuilegium sessionis publicum est & renunciari non potest, fol. 4. n. 6.
Priuandus nõ est quis indubio iure suo, fol. 52. n. 2.
Probare debet is qui agit, fol. 394. n. 1.
Probatio matrimonij cladestini marito an mulieri incumbat, fol. 397. n. 5.
Probationes à rerũ natura facile pereũt, fol. 225. n. 3.
Procurationes visitatoribus debentur & eas in pecunia recipi possint, fol. 22. n. 6.
Prohibita rei alienatione cessetur etiam prohibita pignoris datio, fol. 201. n. 9.
Prohibitione furti omnis illicita rei vsurpatio continetur. fol. 47. n. 9.
Promissio incerti beneficij vacantis valet, fol. 144. n. 3.
Promissio beneficij cum voluerim vel illa cum potuerim interse differunt fol. 140. n. 8.
Publicum ius in sacris & Sacerdotibus consistit, fol. 2. n. 2.
Puniri quis meretur in eo in quo delinquit, fol. 29. n. 2. & fol. 63. n. 2. & fol. 78. n. 2.

Q.

Qui facit per alium est perinde ac si faceret per se ipsum, fol. 71. n. 5.
Quique quod spondit in memoria retinere debet, fol. 306. n. 6.
Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, fol. 168. n. 3.
Quotidianæ distributiones quomodo dividendæ sunt, fol. 79. n. 4.

R.

Ratio ciuilis naturalem vincere non potest, fol. 403. n. 16.
Ratio vbi eadem viget eadem quoque dispositio debet procedere, fol. 315. n. 3.
Reuerentia magna Sacerdotibus apud omnes gentes fuit adhibita, fol. 2. n. 2.
Receptus in canonicum debet quando facultas se obtulerit habere Præbendam, fol. 99. n. 1.
Rectori leproso coadiutor datur qui possit eius curam gerere, fol. 123. n. 1.
Rector Ecclesiæ qui dat ipsi Ecclesiæ rẽ duplæ æstimationis potest eius seruos manumittere, fol. 192. n. 10.
Reddenda sunt Cesari quæ sunt Cesaris & quæ sunt Dei, Deo, fol. 62. n. 2.
Reduci ad animum non possunt ea quæ in facto consistunt, fol. 175. n. 5.
Regulares clerici sine vllo beneficij titulo ordinari possunt, fol. 92. n. 10.
Reipublicæ expedit vt res Ecclesiæ conseruentur, fol. 330. n. 2.
Remunerationis causa quod datur non est donatio, fol. 193. n. 5.
Remedio ordinario extante cessat extraordinarium, fol. 118. n. 3.
Remedium legis 2. C. de rescindenda nõ conceditur nisi læsso in initio contractus, fol. 292. n. 8.
Renunciare proprio foro Clericus nec tacite nec expresse potest, fol. 32. n. 1.
Repeti potest pecunia iudici data, fol. 25. n. 12.
Repetitio cõpetit actori probanti indebite soluisse fol. 402. n. 14.
Rescripta & mandata Pontificis ex eius intentione dependent, fol. 96. n. 3.
Rescripta gratiæ vel iustitiæ inter se differunt, fol. 97. n. 6.
Rescriptum tacita impetrantis dignitate subrepticium est, fol. 97. n. 6.
Rescriptũ sui natura stricti iuris est, fol. 378. n. 6.
Restantum valet quantum vendipotest, fol. 260. n. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Res inter alios acta alijs non nocet, fol. 310. n. 13.
Res facile reuertitur ad suam naturã, fol. 323. n. 2.
Res ædibus iuncta ex senatus consulto Trajano alienari prohibentur, fol. 182. n. 3.
Residētia an à iure diuino proueniat, fol. 70. n. 1.
Residere tenentur Ecclesiæ prælati gregibus pascendi cura incumbit, fol. 73. n. 1.
Restituitio sui natura fructus comprehendit, fol. 219. n. 5.
Restituitur Ecclesia aduersus alienationem perquam enormiter læditur, fol. 218. n. 1.
Retro venditio nihil aliud est quam secunda venditio, fol. 224. n. 8.
Reus probatam habet intentionem do nec aliud appareat, fol. 396. n. 4.
Romanus Pontifex est Vicarius Christi & caput omnium Ecclesiarum, fol. 437. n. 8.

S.

Sanctuarium Dei iure hereditario ab homine possideri non potest, fol. 81. numero 1.
Sacerdotis officium extat in frequenti oratione, fol. 2. n. 2.
Sacerdotibus apud omnes gentes magna fuit adhibita reuerentia, fol. 2. numero 2.
Sacerdotes in loco & sedibus laicis præferre debent, fol. 2. n. 2.
Sacerdotibus Ecclesiæ Græce tempore permissum erat cum uxoribus antea habitis cohabitare, fol. 40. n. 7.
Sacerdotes sub obtentu ordinis non debent uxores contemnere, fol. 58. numero 8.
Sacerdotes non sunt domini beneficiorum sed administratores tantum fol. 313. n. 2.
Sacerdotes olim domi uxores ut sorores retinebant, fol. 39. n. 6.
Sacerdos Missam celebrare potest dũmodo unus tantum ei assistat, fol. 14. n. 5.
Salarium non est præstandum famulo infirmo, fol. 122. n. 8.
Salarium aduocato infirmo debetur, fol. 122. n. 8.
Scientia ubi non est non potest esse negligentia, fol. 147. n. 2.
Scholastici possunt pro eodem pretio domum habere & alijs præferuntur, fol. 287. n. 3.
Sculenta & poculenta iudex post quã functus est officio suo poterit recipere, fol. 22. n. 4.
Sculenta & poculenta olim iudicibus secularibus permissum erat recipere, fol. 22. n. 5.
Sculenta & poculenta visitator procurationis tempore potest recipere, fol. 22. n. 6.
Sculentum & poculentum quid significet, fol. 21. n. 3.
Sedeuacante eius status mutari nõ debet fol. 153. n. 1.
Sedeuacante beneficia expectantia ad collationem prælati non possunt conferri per capitulum fol. 157. n. 1.
Sedeuacante Capitulum potest instituere clericos præsentatos à patronis, fol. 158. n. 4.
Sedeuacante Capitulum potest absoluere ab excommunicationis sententia, fol. 170. n. 7.
Sedeuacante Capitulum potest dare literas dimissorias ad ordines suscipiendos, fol. 170. n. 8.
Sedeuacante Capitulum potest de matrimonialibus causis cognoscere, fol. 160. n. 9.
Sectio seu diuisio Ecclesiarum ut fiat quæ desiderentur, fol. 147. n. 3.
Seculares Principes res Ecclesiæ alienare non possunt, fol. 187. n. 1.
Semel Deo dicatum ad profanos usus conuerti non debet, fol. 193. n. 4. & fol. 330. n. 2. & fol. 198. n. 2.
Sententia lata contra reum an exequi possit contra fideiussorem uel contra, fol. 371. n. 11.
Sententia excommunicationis non fertur nisi ob contumatiam, fol. 17. n. 6.
Sententia lata pecunia interueniente nulla est. fol. 21. n. 2. & fol. 26. numero 15.
Semestre ad eligendum nõ curris legitime impedito, fol. 147. n. 1.
Sessionis priuilegium publicum est & renunciari non potest, fol. 4. n. 6.
Seruus pluuium si uolet efficis clericus consessus unius sufficit, fol. 176. n. 6.
Seruus inter res mobiles connumeratur, fol. 190. n. 6.
Secundum naturam est commoda eiusque rei cum sequi quæ sequuntur incõmoda, fol. 328. n. 7.
Sine mandato nemo alterius nomine iudicio admittitur, fol. 209. n. 8.
Simile non est idem, fol. 125. n. 6.
Symonia contrahitur cum aliquid temporale pro spirituali datur, fol. 315. numero 4.
Simoniæ periculum est cum nulla partium commutatio extat, fol. 105. n. 2.
Synodalicum idem est quod Cathedraticum, fol. 338. n. 12.
Socer nisi in id quod facere potest non condemnatur, fol. 390. n. 15.
Socius nisi inquantum facere potest non condemnatur, fol. 392. n. 18.
Socius inuito socio potest uti de re communi, fol. 169. n. 5.
Solennitas extrinseca non præsumitur, fol. 204. n. 16. & fol. 280. n. 8.
Solutione facta uidetur sublata omnis obligatio, fol. 272. n. 12.
Solennitas in precarij alienatione desiderata non uero in eius renouatione, fol. 228. n. 6.
Solennitas quæ requiritur ad actum faciendum requiritur etiam in eo reficiendo, fol. 228. n. 6.
Spirituale fœdus coniugij celebratur inter Episcopum & Ecclesiam, fol. 65. numero 2.
Spiritualis res nõ recipit æstimationem, fol. 315. n. 14.
Specialiter qui non est prohibitus regulam iuris pro se habet ut admittatur, fol. 399. n. 10.
Status liber quandoque ut liber iudicatur & punitur, fol. 336. n. 4.
Status Episcopatus perfectior est statu regulari, fol. 64. n. 8.
Æstimationem qui præstat rem ipsam præstare uidetur, fol. 311. n. 15.
Stuprum cum ingenua concubina committitur, fol. 48. n. 10.
Stipendium delegati iudices olim non habebant, fol. 21. n. 3.
Subscribens id quod factum est approbare uidetur, fol. 206. n. 2.
Subintroducta uxor quæ dicatur, fol. 41. n. 8.
Successio cõsanguinei ab intestato consanguineis debetur, fol. 82. n. 4.
Successor ex delicto prædecessoris non tenetur, fol. 91. n. 9.
Successor alicuius compellitur soluere debita ante a facta, fol. 290. n. 6.
Successor in beneficio tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta. fol. 376. n. 14.
Successor non potest conueniri ex rescripto impetrato contra Antecessorem, fol. 378. n. 6.
Successor in maioratu tenetur soluere debita prædecessoris institutoris, fol. 379. n. 8. & 9.
Suspensio, depositio, & degradatio in quo differant, fol. 49. n. 12. & 17.

T.

Tabernam clerici per interpositam personam exercere possunt, fol. 31. n. 6.
Tarbernarij inter uiles homines connumerantur, fol. 31. n. 6.
Tabellionis officium clerici in sacris instituti exercere non possunt, fol. 32. n. 10.
Taciturnitas expresso consensui solet æquiparari, fol. 32. n. 11.
Talis quis in eodẽ malo præsumitur qualis esse solebat, fol. 343. n. 5.
Testis pro ferendo testimonio an possit aliquid recipere, fol. 27. n. 16.
Terra non fertilis Ecclesiæ dari potest in miphyteusim, fol. 210. n. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terminis suis quisque debet esse contentus, fol. 65. n. 2.
Templorum vasa & Dei ministri munda esse debent, fol. 35. n. 2.
Titulus per Rectorem obtentus nō potest esse penes alium, fol. 420. n. 2.
Tonsura non est de substantia Clericatus, fol. 62. n. 3.
Transactio in causa spirituali fieri nō potest, fol. 103. n. 3.
Transactio debet fieri sue re dubia, fol. 247. n. 9.
Tria in donationibus sunt attendenda, fol. 412. n. 6.
Transire ad alium Episcopatum non licet sine licentia Pontificis, fol. 65. n. 1.
Tutior via in dubijs est eligenda, fol. 53. n. 5. & fol. 214. n. 1.
Tutellam orphanorum clerici gerere possunt, fol. 31. n. 8.
Tutores & curatores res mobiles pretiosas alienare vetantur, fol. 108. numero 3.
Tutor non potest prædium pupilli absque solemnitate in dotē dare, fol. 222. n. 4.
Tutor idoneus à Magistratu est nominandus, fol. 347. n. 7.

V.

Valor dispositionis ad eius finem debet attendi, fol. 139. n. 5.
Vacante sede eius status mutari non debet, fol. 153. n. 1.
Vacante sede beneficia expectantia ad collationem prælati non possunt conferri per capitulum, fol. 157. n. 1.
Vacante Ecclesia iurisdictio Episcopi ad capitulum devoluitur, fol. 155. numero 5.
Vacante Ecclesia æconomus ei est constituendus, fol. 156. n. 6.
Vasa Sacra si ex necessitate vendita sunt desinunt esse Sacra, fol. 334 n. 8.
Vasa Sacra femina tangere nō possunt fol. 3. n. 4.
Vasa templorum & Dei ministri mūdi esse debent, fol. 35. n. 2.
Vasallo non licet alienare feudum irrequisito Domino, fol. 166. n. 11.
Valet argumētum de matrimonio carnali ad spirituale, fol. 173. n. 2.
Venditione sola absque legitima traditione dominium non trāsfertur, fol. 237. n. 12.
Vendere rem suam nemo cogitur, fol. 259. n. 8.
Vēditio tenet licet in ea interveniat deceptio ultra dimidiā, fol. 265. n. 1.
Vēditio Ecclesiastica ex solemnitatis defectu nulla est, fol. 267. n. 3.
Venditio sine pretio non consistit, fol. 325. n. 14.
Venditionis substantia consistit in re & pretio, fol. 266. n. 2.
Venditionis contractus bonæ fidei est, fol. 266. n. 2.
Venditio rescinditur vel mensura suppletur quoties deceptio extat, fol. 276. n. 16.
Venditor qui tempore contractus iustum rei valorem sciebat an possit agere remedio dictæ legis 2. C. de rescindenda, fol. 297. n. 8.
Verbalis degradatio differt ab actuali depositione, fol. 49. n. 12.
Verbum anathema inducit sensum latæ sententiæ, fol. 18. n. 6.
Verbum concedo licet sit generale tamen restringitur secundum mentem contractus cui adheret, fol. 434. n. 2.
Verba cuiusque dispositionis sunt ampliāda vel restigenda secundum mentem disponentis, fol. 425. n. 2.
Vna eademque res non debet diverso iure censeri, fol. 425. n. 2.
Vnio non potest fieri sine Episcopi auctoritate, fol. 441 n. 4.
Vnio alienatio est, fol. 284. n. 7.
Vnio Ecclesiarum quomodocunque fiat cedit in antilitatem Ecclesiæ, fol. 152. n. 2.
Vnusquisque rei sue arbiter & moderator est, fol. 274. n. 14.
Via tutior in dubijs est eligenda, fol. 53. n. 5.
Vnum si est in obligatione quomodo vertatur, fol. 276. n. 17.
Viā fraudibus apperire res apublica odiosum est, fol. 21. n. 3
Vicino permißum est iniuriam propriam sui defendere, fol. 8. n. 6.
Visitator procurationis tempore potest sculenta & poculenta recipere, fol. 22. n. 6.
Visitatoribus procurationes denegatur, fol. 22. n. 6.
Victualium administratio ad seculares iudices expectat, fol. 259. n. 7.

Vindicatio solis dominis competit, fol. 189. n. 6.
Voluntas morte cuiusque extinguitur, fol. 235. n. 8.
Voluntati alicuius quod committitur non subiacet iuris necessitati, fol. 260. n. 7.
Vsusfructus, fructus & habitatio personæ coherent & morte finiuntur, fol. 138. n. 3.
Vsufructuarius caret quod fructus salua rerum substantia, fol. 358. n. 1.
Vsusfructus multis modis finitur & revertitur ad proprietatem, fol. 358. n. 2.
Vsusfructus an in pecunia & rebus mobilibus dari possit, fol. 362. n. 10.
Vsurarius si emit rem eo pacto quod possit tempus restituat venditori recipiendo aliquid vltra sortem iudicatur contractus fœneratitius, fol. 341. n. 10.
Vxor primipili ob maleficium viri obligatur, fol. 352. n. 9.
Vxori si ex mariti bonis petest consuli rem propter nuptias sibi donatā & eo nō sentiente venditam non potesterit repetere, fol. 277. n. 10.
Vxor subintroducta qua dicatur fol. 41. n. 8.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca